BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
2 M
3

17

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

DISPVTATIONES
IN
VNIVERSAM
ARISTOTELIS
LOGICAM.

AVTHORE R. P. FRANCISCO ALPHONSO [redacted] *è Societate Ieſu Sacræ Theologiæ profeſſore in ſuo Collegio Complutenſi.*

TERTIA EDITIO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Anno 1659.

CVM PRIVILEGIO.

COMPLVTI Apud Mariam Fernandez.

Digitized by Google

Suma de la Prorrogacion y Licencia.

Tiene prorrogacion el P. Rector de la Compañia de Ieſus de la Villa de Alcalâ de Henares por tiempo de quatro años para imprimir vn libro intitulado *Diſputationes in vniuerſam Ariſtotelis Logicam*, como conſta de ſu prorrogacion dada en Madrid en 31. dias del mes de Enero de 1659. años.

Suma de la Taſſa.

LOs Señores del Conſejo taſſaron eſtē libro intitulado, *Diſputationes in vniuerſam Ariſtotelis Logicam*, à quatro marauedis cada pliego, como parece por el teſtimonio de Pedro Hurtiz de Ypiña Secretario de Camara. En Madrid à 6. de Iunio de 1659. años.

FE DE ERRATAS,

Pag. 1. col. 1. vt alia, lege *vtilia*, eadem pag. & col. lin. 14. eſſentia, lege *eſſentiam*. Pag. 9. col. 1. lin. 18. Quod ſit, lege *quo ſit*, Pag. 18. col. 1. lin. vltim. docte, lege *docet*. Pag. 25. col. 2. lin. 13. ratificem, lege *artificē* Pag. 52. col. 2. lin. 27. ſubditos lege *ſubdicta* Pag. 56. col. 2. lin. 11. vt à tio, lege *vt ratio*. Pag. 66. col. 1. lin. 34. ſuppoſita, lege *ſuppoſitis*. Pap. 87. col. 1. lin 11. pręſentationem, lege *repræſentationem*. Pag. 101. col. 1. lin. 3. exiſtimat lege *exiſtimãt* Pag. 109. col. 2. lin. 35. ſtat lege *fiat* Pag. 113. col. 2. lin. 26. compoſitionem, lege *comparationem*. Pag. 123, col. 1. lin. 40. ſcientias, lege *eſſencias*. Pag. 124. col. 1. lin. 32. dinerſas, lege diuerſas, Pag. 185. col. 1. lin. 26. vniuerſitati, lege *vniuerſale*. Pag. 192. col. 2. lin. 31. eſſe ſpecies, lege *eſſet ſpecies*. Pag. 206. col. 1. lin. 8. petentis, lege perētis Pag. 208. col. 1. lin 13. admitteret, lege *amitteręt*. Pag. 215. col. 1. quia, lege *qui*. Pag. 119. col. 2. homo eſt album, lege *albus*. Pag. 244. col. 2. lin. 4. albedo color lege *eſt color*. Pag. 252. col. 2. lin. 14 animal, lege *animali*.

Suo reſpondet exemplari Compluti 10. Aprilis Anno 1659.

Dr. D. Franciſcus Ignatius de Porres.

LICEN-

Licentia R. P. Prouincialis.

EGO Ferdinandus Valdes Societatis Ieſu in Prouincia Toletana Præpoſitus prouincialis, poteſtate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre noſtro Mutio Vitelleſchi Præpoſito Generali, facultatem facio, vt liber inſcriptus: *Diſputationes in vniuerſam Ariſtotelis Logicam*, octo libros Phyſicorum, &c. Authore Patre Franciſco Alphonſo noſtræ Societatis, & in noſtro Collegio Compluténſi Theologiæ profeſſore, & Doctorum, grauiumque hominum eiuſdem Societatis iudicio approbatus typis mandetur. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſygillo noſtro munitas dedimus. Matriti in noſtro Imperiali Collegio, die octauo Auguſti, anno millesſimo ſexcenteſsimo trigeſsimo octauo.

Fernandus Valdes.

Approbatio R. P. Fr. Ildephonſi de Herrera, Ordinis Minimorum S. Franſci de Paula, Prouinciæ Definitoris, & ſtudiorum Regentis.

SVpremi Regij Conſilij imperiò parens reuiſi opus Philoſophicum R. P. Franciſci Alphonſi Societatis Ieſu. Inueni penitiſsimam penetrationem quæſtionum, ſententiarum omnium dilucidationem ita perſpicuam, ita enodatam, vt ſententiam nouum nobis aduenisse Æ lipum, nouum Philoſophiæ iubar. Non deinceps vocabitur Philoſophus, ſed ſophus. Hac in re ingenuè fatebuntur omnes, oleum & operam ſtrenue abſumpſiſſe. Quis, cum legerit, & penetrarit, nec muſitare, perdidiſſe, audebit? Attendat concisionem claram; attendat laconem perſpicuum; ingenio acrem, difficultatum expeditorem facillimum, concordem doctrinæ curſum. Verè liberalis doctrinæ curſum cæpit, conſummauit, leges Philoſophicas ſeruauit. Reliquum eſt, vt coronetur opus facultate Regia ad cuſionem. Coronari debet, qui legime certau.t. Hoc eſt meum iudicium. In Conuentu Victoriano Matritenſi Ordinis Minorum S. Franciſci de Paula, die 23. Auguſti, anno Domino 1638.

Fr. Ildephonſus de Herrera.
Prouintiæ Definitor, & ſtudiorum Regens.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Apro-

Digitized by Google

Approbatio R.P. Fr. Luiſij Moia Coronel Ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis, & Theologiæ meritiſsimi Profeſſoris in ſuo Collegio Complutenſi.

Ex cõmiſsione D. D. Ioannis de Narbona vtriuſque iuris Doctoris, Toletanæque Diœceſis Vicarij Generalis, attẽtus, & ſedulus perlegi hoſce commentarios in vniuerſam Ariſtotelis Logicam, in octo libros Phyſicorũ, in tres de cœlo, & mũdo, duos de Generatione, & in tres alios de ſubſtantia corporea animata ſapientiſsimi Patris Franciſci Alphonſi in Cõplutenſi Societatis Collegio Theologiæ profeſſoris, & in nullo cenſoriæ virgæ obnoxios; ſed in omnibus omnes numeros habentes inueni: ideoque non cenſorem, ſed panegyriſtã ex iure repetebãt, nihil in eis humile, nihil de medio ſumptum; ſed exquiſita omnia, omnia grandia, ſublimia omnia. Optimo, & miro modo diſponit, proprijſsimo ſcholaſtico ſermone vtitur, breuitatem cum claritate conciliat, ad ſuam ſententiam neruoſa, & magnæ armaturæ affert argumenta in eis pergit multoties, & ſemper fœliciter pergit, contraria iacula leuiſsima corporis declinatione vitat, ſine pertinatia refellit, & ſine iracundia patitur refelli, Aquinatis Angelici, & Ariſtotelis ſententias ſcrlo explanat, & defendit, profert de theſauro ſuo noua multa, & eximiũ in hoc ingenium aperit: *Nam præclara ingenia*: inquit Philo in vita Moyſis *multa nouant circa ſcientias*, & benè illi congruit, quod alter cecinit.

Quidquid floris habent, veterum digeſta Catonum
Hic iacet, & noſtra hæc ſæcula quidquid habent:
Quin enim nata proprijs, oſtentauit in hortis.
Plurima, quæ necdum, vel ſchola longa tulit.

Oſtendit ſatis ſuam modeſtiam, prudentiam aliaque virtutum lumina; quæ omitto; ne iuſtus candor crimini ſit, & vt vno verbo cõcludam ſingulare opus filium doctiſsimæ, & ſanctiſsimæ Societatis delineauit Authorem. Eſt hæc Societas illa Prophetarum. Regum 6. vbi ad ſolum ingreſſum prophetat omnes. Eſt Societas illa Ieſu magni Sacerdotis, Zachariæ 3. vbi omnes viros Societatis Ieſu; viros portendentes Angelus Domini prædicauit. Eſt denique domus illa Ieſu, in qua Ioann 1. dico ex diſcipulis Baptiſtæ res grandes, & ſubtiliores (Cyrillo teſte) arbitrabantur digne edoceri. Sapit ergo filius Matrem qua propter voueo, vt commentarij iſti Typis mandentur ad publicam ſtudiorum vtilitatem. In Complutenſi Sanctiſsimæ Trinitatis Collegio. Auguſti. 12. anno 1638.

Fr. Luiſius Moia Coronel.

SAN-

SANCTISSIMÆ

VIRGINI DEIPARAE

MARIÆ

DIVINI AMORIS

PROTOMARTYRI.

HVMANÆ VIRGINITATIS.

PROTOTYPO.

VTRIVSQVE SAPIENTIÆ

PROTO MAGISTRÆ

D. C. Q.

PRODIT iam (ò MATER auguſtiſſima) ſicut elaboratum auxilio tuo, ſic auſpicete perfectum opus. Prodit in lucem, & ſi ſplendidum iam ipſo matris cognomine. Prodit ad maieſtatem gratulabundum tuã. Prodit ad gloriam iam inde tali patrocinio modeſte arrogans officioſè ſuperbum, & quaſi de alieno, dum licet, ambitioſum. Prodit. Sed ecqui modo grauidanda mens? Ecquid laudum erumpat iactabundus animus? Sileant: ſileant, diſpareant, obſcurentur; quotquod Patronos aut elegit ambio, aut mẽtita eſt adulatio. Habes Patronã *fœliciſſime liber, in qua, nec adulatio, quid fingat, nec habet, quo excedatur veritas. Age ergo ſecurus gaude, exulta, lude, lauda* Patronam *tuam, & laxa laudes extra timorẽ, aut time paucitatem, non exceſſum. Quidquid dicas, aut verum erit, aut citra, non vltra veritatem. Nõ peccabis audacia, ſed timore: nõ errabis exceſſu ſed defectu, nam, ſi cæteris licentia eſt adulatio, licentia tibi veritas eſt. Euoluant ergo generoſas progenies; qua ſtirpe ſatum prædicent, quibus atauis quo ſemine conditum, quo nomine quo ſtammate clarum? Euoluant. At ſuſpiciant Dauidem Mariæ atauum, Ioſephum virum, Chriſtum prolem. Obſeruent modo geſta, quas de bello coronas, quas de victoria lauros quas de hoſtibus exuuias, quæ meruerũt inſignia, quæ ſtẽmata? Obſeruẽt. Et taceant coram Virgine, cuius pedibus calcatur ſerpens, ad cuius nomẽ*

hare-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

hæreſis friget, barbaria corruit, inſolentia tepet, ſolumque augetur inferni rabies. Aſt modo quænam ſtemmata, quænam inſignia? De ſerpente ſcabellum, de Luna calcei, de Sole amictus, de ſtellis corona. Et quænam ſpolia, quaſnam reportauit exuuias? De perfidia fidem, de fide affectum, de cordibus amorem de elementis ignem, de diebus auroram, de cœlis maieſtatem, de creaturis regnum, de omnibus Mariam. Iam ergo beneficia enumerent, & Mecœnates ſuos multæ largitionis laude commendent. Quid omnibus Maria? Solatium mæſtis, tenebroſis lumen, laborantibus requies & omnibus omnia. Cedant ergo his omnibus, vel, ſi me audias, cedant ſoli Mariæ, ſolicius nemini. Verum nec ſtat in his potiſsima conſecrationis meæ ratio. Nam (prætermitte hæc omnia) ad quem ſchola confugiet, niſi ad matrem ſapientiæ, à qua docemur, illuminamur, erudimur? Ad matrem Philoſophiæ, ad naturæ, cauſarumque aſsiſtricem ſapientiã? Quod ſi liber hic iuuentutis informationi decurrit, atque ideo librum integrum in libellos digeſsi placuit iuuenum Matrem acclamare, vt quos ipſa maternitate fouet ſelectiſsima doctrina erudiat; vt quam illi adiutricem venerantur, magiſtram venerentur, & colant, vt quoties recognoſcunt paginam, recognoſcant, & in fronte Mariam explicatricem Philoſophiæ noſtræ diſpenſatricemque profectus ſui. Age ergo diuinæ ſapientiæ Mater, humanæ ſapientiæ fons. Accipe librum iuuentutis tuæ ſuſcipe iuuentutem libro meo. Vt adfuiſti ſcribentis calamo, ſic adeſto per legentiũ ſtudio. Sic horum mentes aperi, ſic inſtrue, vt noſtram caſtigaſti pennam, vellicaſti aurem. O bene! Patrocinari tuum, gubernare eſt manum. Menti obumbras, & illuminas mentem. Suſcipis opus, & retribui ſcientiam, & ſoluis in doctrina numeris in luminis argento, in ſapientiæ auro. Ipſam liber vltra laudes exorna, tibi liber vltra gaudium exultã, ſpem confide, vltra fiduciam ſpera, vltra magnum argue, vltra maximum doce, & tanto patrocinio in omnibus tranſcende vſque ad plus vltra.

COM-

Digitized by Google

COMPLVTENSIBVS

PHILOSOPHIAE

STVDIOSIS

PRÆLOQVIVM.

AD te modo, inclyta Academia Complutenſis, ad tē mentis acumē, ad te calami vbertas, ad te cumulus voti. Nec enim in præſenti verbis agendū eſt; ſed animo; ſed amoris menſura; ſed extra menſuram amore. Vel tu doctus eſt amor, & effectuum ſuorum eloquētiſsimus Rhetor, agamus iam eloquio; ſed quod pariat amoris plenitudo. Etenim (vt ſi nō aſſequi, laudes inſequi liceat) ecquis erit deſiderio meo ſcopus? Ecqua laudationi ſeges? Ingeniorum ſubtilitas, vigor, ardor? Ecquis neſciat excelſam tuorū mentem, delicatā aciem, neruoſum acumen? Scriptores? Ecquis ignorat quot habueris Philoſophiæ lumina, quot lampades Theologię? In ſtudijs aſsiduitas? Norunt omnes, quam feruida libros vrgeas, quam ardens inſequaris litteras! & quod legendi ſitim, & quod ſtudendi famem, nec extinguat labor vllus, nec expleat niſi veritas ipſa labore tuo parta. Luces, luces Academia inter omnes, & ingeniorum afflaxu, & ſtudentium ardore, & litterarum exercitio, & alumnorū ſcriptis, & denique beneficio veritatis nec, ſi ſatis laudanda ſis, potes vnquam digne laudari.

Fatetur hoc ſuperbia: nec enim fuere tam imbelles radij, quos emiſſerunt ſcriptores tui, vt eos vel poſſet arrogantia negare, vel poſſet inſolentia tacere. Fatetur hoc inuidia, & ſi quis adhuc hoſtis coram tanto fulgore durat. Decuit enim tuas lades ab ipſis aduerſarijs concedi, ne elogia inuſitata, quibus de te dicentes abſtinere non poſſumus, amori potius, quam veritati tribuerentur. Fateor, & item ego ſplendoris tui nutricius. Fateor, fateor, poſſe iam Scriptores tuos pudere coram tuorum ſcriptis, poſſeque eos præteritorum, vel retardare memoriam, vel deterrere claritudinem. Quid enim poſſet remorari filios, niſi parētum acta? Quid tuos ſcriptores niſi ſcriptores tui? Et quid denique te, niſi tu ipſa? Luces, luces.

Verum enim verò reuerentia non vergat in timorem. Obſeruantia non habeat in metum. Non pugnant hæc duo ſcriptores æſtimare antiquos, & libros edidiſſe nouos. Æſtimationis inimica non eſt imitatio, ſed emulatio: hæc ſecum pœnitentiam affert, illa ſæcum æſtimationem boni, vt imitari non pigeat quos laudare delectat. Quod ſi ſemper antiquis ſtandum foret, & perleganda eadem, frigeret quam citiſsime ſtu-

dio-

Digitized by Google

diorum ardor. Conſurgunt quotidie difficultates nouæ: cõſurgunt argumẽta recẽtia, quæ nec ſperni oporteat, nec omitti, vel nihil ſapiẽtes, niſi ferruginẽ ſaperent, nil docti, niſi putredinẽ olerent, nil ſapientia; niſi tædium faceret. Scire eſſet ratione antiqua, ſcire eſſet recordari vetera, & ſcire eſſet memoriæ, non ingenij. Opportuna parœmia, gloria maiorũ tẽporanea eſt. Sed quomodo vera, cum horũ fame per omne porrigatur tẽpus? Sanè, nã vt ſint in omne tẽpus magni, ſufficit eſſe magnos æuo ſuo. Victoria ætatis ſuæ vincunt reliquas: & memoria definiti tẽporis pariũt abſque definitione memoriã. Ita quidẽ habita ſęculi ſui ratione. At certè ſi plures horum cõponas, cum recentibus, ſi non ſit incremento antiquitas, ſi non ſit decremento nouitas, diſparebunt certè diſparebunt maiores, nec enim fuit antiquorũ fortuna, vt fortunã omnium arrogarent ſibi. Habuerunt incipiendi gloriã abſque dubio maximã aperuerunt viam abſque dubio difficilẽ, inuenerũt principia ſtrata iam periclitantia tunc, & ita ſe geſſerunt, vt in paucis ęquiualerent plurimis. At ſupra hæc fundamenta permittant ædificare poſteros, & tãtæ molis idæam, vel producere ad vltimũ, vel inaurare deſuper, vel addere illi, vel demere nonnulla. Nil extitam perfectũ ictu primo, vt nec addere deceat, nec reparare liceat.

Cum autem (vt cum dolore notaui) vel breuitate quarti curriculi, vel tædio præteriti laboris, vel deſiderio optati finis, ferè nunquã legantur quæſtiones de Metaphyſica, de cœlo, & aliæ: ego, quæ ibi tractarentur per reliquos Philoſophiæ tomos diuido. De ente reali, de eius tranſcendentia, analogia, ac diuiſione in prædicamenta ago in Logica, vbi etiam de ente rationis, vnitate, vniuerſalitate, ac diſtinctione. De veritate vero, ac bonitate in libris de Anima. De eſſentia, exiſtentia, & ſubſiſtentia ago ad finẽ libri primi de phyſico auditu; de loco tẽpore duratione, atque præſentia ad quartũ, & de prima cauſa ad ſecundũ. Quod attinet ad libros de Periarmenijs, de priori ac poſteriori reſolutione ex parte tractamus in Summulis, & ex parte ad libros de Anima. quod verò ad operationes intellectus, de earũ natura, veritate, ſimplicitate, cõpoſitione, euidentia, certitudine, & quomodo inter ſe dependeant, habes in 3. lib. de Ani. deniq; pro libris de cœlo, & loquor ad primũ Phyſicæ, & ad finẽ librorũ de Gener. & Corrupt. Vnum te moneo (inuentus mihi prima) quam abſtinẽs inanis gloriæ, quam ſat agens officij erga te mei, vel fuerim, vel curauerim fuiſſe. Cum enim tractatus hoc integrum exigeret opus, quale faciunt recentes, qui pro dignitate prolõgant, ſcribentes ad magiſtros, omittẽtes ſcholaſticos ego profectus tui quã glorioſæ auidior meæ, integrũ librum, & ad prælum paratiſsimum iam, digeſsi in breues tomos, & ſi recidens multa, et ſi deterens alia, breuitati conſulens illi, quam poſtulat ſemeſtris labor iuuenum. Contineo me ſub hac laude libentiſsimus lucro officij mei. Vale.

DIS

DISPVTATIONES IN VNIVERSAM ARISTOTELIS LOGICAM.

PRÆFATIO.

IN Libris, quos Inſtitutiones Dialecticas appellauimus, præcepta dedimus ad conſtruendas definitionem; diuiſionem, argumentationem, & ſyllogiſmum neceſſaria, vt ijs inſtructus intellectus inſtrumenta habeat vt alia admodum ad ſcientias omnes addiſcendas; ad vitandos errores; ad occultæ veritatis indaginem; & denique ad quarumcunque rerum naturam, & eſſentia principia, partes, cauſas, proprietates, & accidentia fœliciter enucleanda. Cæterum, vt præcepta ibi tradita executioni facile mandarentur in tot rerum varietate, neceſſarium fuit, res omnes ad certas claſſes reducere, in eiſque ipſarum rerum prædicata inferiora cum ſuperioribus, & ſuperiora cum inferioribus apte ordinare; vt inde præſto eſſet intellectui materia ad cuiuſque rei naturam per definitionem explanandam, eius partes, & ſpecies indagandas per diuiſionem; & denique cauſas, proprietates, & accidentia inuenienda per argumentationem.

2 Quapropter Ariſtoteles tractatum addit, in quo res omnes ad decē claſſes ea arte reduxit; vt in qualibet omnes rerum ad eam pertinentium cōceptus ab vno ſupremo genere vſque ad indiuidua apta quadam diſpoſitione ordinaret. His vocauit categorias (Latine prædicamēta dicuntur) hoc eſt diſpoſitiones rerum per ſuos conceptus à ſupremo aliquo vſque ad infima quæque ſub illa contenta;

quas cum ægre admodũ tyrones poſtea caperent ſine præuia aliqua inſtructione, per quam quid genus, ſpecies, differentia, proprium, & accidens eſſent, docerentur, introductionem quamdam inſtituit Porphirius, in qua de his omnibus egit. Præterea cum hæc omnia vniuerſalia dicantur, neceſſarium fuit tractatum quendam adiungere, in quo natura vniuerſalis in communi explicaretur.

3 Igitur de his omnibus inſtituenda nobis diſputatio eſt eo ordine; vt primo de vniuerſali in genere diſputemus, deinde de quinque eius ſpeciebus, quæ prædicabilia dicuntur; quibus diſputationem quandam de prædicationibus adiungemus. Et quia hæc omnia multis permiſcentur fictionibus intellectus, non incõgrue inſtituetur diſputatio de ente ficto, ſeu rationis. Poſtea agemus de vniuocis, æquiuocis, & analogis, vt viam paremus ad prædicamentorum tractationem, quibus tota logica, quam magnam appellant abſoluetur. Denique nonnulla addemus ad paruã Logicam pertinentia, quæ, quia tyronum captum excedunt, in hunc locum reſeruauimus, dum de inſtitutionibus dialecticis ſermonem inſtitnimus.

DISPVTATIO VNICA PROOEMIALIS de natura, & obiecto Logices.

PRius quam diſputationes Logicas aggrediamur, agendum eſt de natura, & obiecto ipſius Logices, quod in hac vnica diſputatione præſtabimus.

SECTIO I.

De Etymologia, definitione, fine, & origine Logices.

TRibus nominibus nuncupari ſolet hæc facultas (quam dari de facto magna hominum eam addiſcẽtium frequentia probat.) Primo dicitur *Logica* à Greco nomine *Logos*, quod inter alia ſignificat argumentationem. Et quidẽ apte hoc nomine nuncupatur, nã, cum ipſa intellectũ inſtruat ad benè argumentandũ, congruè dicitur facultas Logica, quod eſt idẽ ac argumentatiua. In idem recidit ſecundum nomen, quod eſt *Dialectica* à verbo Græco *Diclego me*, quod eſt idẽ ac diſſerere, hoc eſt; ignota patefacere per notiora; quod ipſa præſtat dum naturã definitionis, diuiſionis, & argumentationis, quibus res occultæ pãduntur, ſedulo inueſtigat. Hinc ortũ eſt vt tertio modus etiã ſciẽdi nuncupetur; quia viam parat & modũ præſcribit ad alias quaſcumque ſcientias adquiren las;

Ea

2 Ex his facile definitio Logices deducitur: eſt enim *facultas differendi*: hoc eſt, quod docet, quomodo mens noſtra ignota ex notioribus inueſtiget, quod non aliter præſtat, niſi oſtendendo naturam definitionis, diuiſionis, & argumentationis; his enim occultas rerum naturas, partes, & proprietates explanamus. Hinc innoteſcit finis dialectices, tam proximus, quam remotus. Proximus enim eſt intellectũ inſtruere ad bene differendum; remotus verò ipſum differendi opus; quod tam in ipſa Logica, quam in alijs ſcientijs per directionem Logicæ conficitur.

3 Quod ad originem dialecticæ attinet, certum eſt, non fuiſſe vnum eius inuentorem; quia pars topica (quæ de argumentis probabilibus agit) Zenoni, ſeu Pythagoræ tribuitur; ars definiendi, Architæ, aut Socrati; ars diuidendi, Platoni; & denique ſyllogiſticam, & ſophiſticam ſibi ipſi tribuit Ariſtoteles in fine Elenchorum. Cæterum, quamuis non omnes partes vnus ſolus Ariſtoteles inuenerit; totius Logicæ author merito nuncupari poteſt; quia, & ipſe præcipuas partes inuenit, & reliquas ab alijs inuentas, ita auxit, & diſpoſuit, vt nullius iniuria vnici authoris gloriã promeruerit: qua propter dialectici omnes ipſum Ariſtotelem, vt Principem in hac arte multis ab hinc ſæculis ſuſpexerunt.

SECTIO II.

Vtrũ Logica neceſſaria ſit ad alias ſcientias acquirendas.

4 Logica communiter diuiditur in naturalẽ, & artificialem. Naturalis eſt vis propria intellectus ad differendum in quacumque materia. Artificialis eſt facultas quædam intellectui addita, qua recte inſtruitur ad bene differendũ. Hæc iterũ eſt duplex: actualis vna, habitualis alia. Logica actualis eſt iudicium quoddam intellectus deductum per demonſtrationem (vt dicemus infra) clare oſtendens modum differendi; hoc eſt qua ratione conſtruenda ſit definitio, diuiſio, & argumẽtatio. Habitualis eſt facultas quædam in intellectu relicta ab eo iudicio frequẽter elicito, qua promptus redditur, & facilis eſt ipſe intellectus ad ſimilia alia iudicia elicienda.

5 Rurſus bifariam dicitur aliquid neceſſarium ad aliud acquirendum: nam vel eſt neceſſarium ſimpliciter; vel ſecundum quid. Simpliciter neceſſarium dicitur, quod ita conducit ad aliud acquirendum, vt ſine illo obtineri nequeat; hac ratione eſt hominibus neceſſarius cibus ad conſeruandã vitam; quia ſine illo conſeruari nequit. Neceſſarium ſecundũ quid dicitur illud, ſine quo res poteſt acquiri, cũ dificultate tamen, labore, & periculo: hac ratione dicitur equus neceſſarius ad iter lõgũ

agendum; quia abſolute loquendo pedibus poteſt quis iter agere, ſed ſi longum ſit, non illud ſuſcipiet ſine magno labore, quem quidem vitabit, ſi equum, currũ, aut aliud ſimile aſſumat. His poſitis.

6 Certum eſt Logicam naturalem neceſſariam ſimpliciter eſſe ad quanlibet ſcientiam acquirendam, hæ enim vel ſunt actus intellectus, vel medijs illis acquiruntur: actus autem intellectus produci nequeunt ſine ipſo intellectu quem naturalem Logicam appellamus in præſenti. Solum ergo procedit difficultas de Logica artificiali, tam actuali, quam habituali, eam prius enodabimus in actuali, & inde facile colligetur, quid dicendum ſit circa habitualem.

7 Dico primo: Logica non eſt ſimpliciter neceſſaria ad vnã, vel alteram concluſionem cuiuſcumque ſcientiæ comparandam. Ita Scot. 2. Metaph. q. 12. P. Fonſeca 2. metap. q. 3. ſect. 2. PP. Conimb. q. 6. pro cœmiait. 2. & alij plures. Probatur: quia primæ demonſtrationes Logicæ acquiſitæ ſunt ſine adminiculo ipſius Logicæ: ergo idẽ contingere poteſt in alijs ſciẽtijs. Conſequẽtia eſt bona: quoad hoc enim eadem debet eſſe ratio de Logica, & de alijs ſcientijs, vt conſtabit ex ratione à priori infra adducenda. Antecedens autẽ probatur: quia, quando primo habita fuit per demonſtrationẽ hæc concluſio, *demonſtratio debet conſtare propoſitionibus neceſſarijs*, nõ præceſsit alia cognitio, habita ex propoſitionibus neceſſarijs per demonſtrationem, quæ dirigeret ad faciendam illam demonſtrationem alias iam ea non eſſet prima; vt ſupponimus, ergo acquiſita fuit ſine directione Logicæ: ergo idem poterit contingere in alijs ſcientijs.

8 Ratio à priori eſt; quia quælibet ſcientia habet propria principia certa, & per ſe euidentia; quæ ſolo lumine naturali poteſt homo cognoſcere: ſed his cognitis euidenter, neceſſarius eſt, ſaltem quoad ſpeciem (de quo infra ſect. 8. num. 153.) aſſenſus concluſionis, quæ inuoluitur in illis præmiſſis: ergo ſolo lumine naturali poſſumus acquirere vnam, vel alterã concluſionem ſcientificã in quacumque ſcientia.

9 Obijcies vt aliqua concluſio ſit ſcientifica non ſufficit illam deducere per veram demõſtrationem; ſed etiam eſt neceſſarium reflexe ſcire eam eſſe veram demonſtrationem: at non poteſt quis ſcire ſe habere veram demonſtrationem, niſi per Logicam; quia ad hãc pertinet cognitio demonſtrationis: ergo nõ poteſt habere cõcluſionem aliquã ſcientificã ſine adminiculo Logices. Maior probatur ex Ariſt. primo Poſter. tex. 5. vbi ait: *Scire autem arbitramur vnumquodq; ſimpliciter cum cauſã exiſtimamus cognoſcere, propter quã res eſt, quod illius cauſa eſt, & nõ cõtingere hoc aliter ſe habere*: ergo ſentit Ariſtoteles, ad concluſionẽ ſciẽtificã eſſe neceſſariam cognitionẽ reflexam, per quam cognoſcatur,

præmiſſas eſſe cauſas, ex quibus neceſſario ſequitur concluſio. Et ratio videtur ſuadere: quia nunquam nos arbitramur ſcire, niſi reflexe cognoſcamus ſcire.

10 Nego maiorem primi ſyllogiſmi. Ad probationē reſpondeo, ibi Ariſtotelem non loqui de cognitione reflexa, per quam cognoſcamus concluſionem formalē deduci neceſſario ex præmiſsis; ſed ſolùm de cognitione directa, per quam certo, & euidenter cognoſcimus ex parte obiecti vnam eſſe cauſam alterius taliter, vt hoc neceſſario ſequatur ex illo, quod quidem totum cognoſcitur per ipſam demonſtrationem ſine vlla cognitione reflexa, vt oſtendi poteſt in hac demonſtratione: *Omne animal rationale eſt riſibile; omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt riſibilis* per cuius maiorem propoſitionem cognoſcimus, animal rationale, & eſſe cauſam riſibilitatis, & eſſe cauſam neceſſariā illius. Deinde per maiorem cognoſcimus, hominem eſſe animal rationale; & ex his euidenter deducimus, riſibilitatem inueniri in homine, cùm in eo inueniatur cauſa ipſius riſibilitatis.

11 Hanc eſſe mentem Ariſtotelis, aperte deducitur ex contextu, nam paulo poſt verba in obiectione adducta: hæc addit: *Dicimus autem, & per demonſtrationē cognoſcere: demonſtrationem verò dico ſyllogiſmum ſcientialē: ſcientialem autem dico, ſecundū quē eo quod ipſum habeamus, ſcimus.* En docet nos ſcire eo præciſſe, quod demonſtrationē habeamus: ergo ad rationem ſcientiæ non requiritur ex mente Ariſtotelis cognitio reflexa demonſtrationis; ſed ſolúm demonſtratio, per quam certo, & euidenter cognoſcatur res per ſuā cauſam, & quod eſt cauſa neceſſaria illius. Ex quo etiam conſtat ad rationem ſubiunctam in ea probatione. De hoc redibit ſermo in lib. de poſteriori reſolutione.

12 Dico ſecundò: Logica, Phyſicè loquendo, non eſt ſimpliciter neceſſaria ad alias ſcientias perfecte acquirendas. Ita authores adducti pro prima concluſione. Probatur: quia in qualibet ſcientia poſſumus ſine adminiculo Logicæ acquirere concluſionem, quæ proximior eſt principijs vniuerſalioribus, vt probatum eſt: ſed hæc concluſio ſe habet vt principium ad aliam concluſionem: ergo ex illa poſſumus ſolo lumine naturali deducere talem concluſionem, ſicut deduximus primam ex ſuis principijs. Deinde ex illa poſſumus deducere aliam, & ex illa aliam vſque ad perfectā ſcientiæ conſecutionem. Idem explicari poteſt in Philoſophia. Ex his enim præmiſsis, *omne animal rationale eſt admiratiuum; omnis homo eſt animal rationale*, lumine naturæ deducitur hæc concluſio: *ergo omnis homo eſt admiratiuus.* Rurſus deducta hæc concluſione, poſſum experientia cognoſcere, *omne admiratiuum eſt riſibile*: ex quo principio poſito pro maiori,

& cõcluſione illa pro minori deduco ſecundam concluſionem, *ergo omnis homo eſt riſibilis*; & eodem modo poſſumus alias cõcluſiones ex iſta ſucceſſiue deducere: ergo phyſicè loquendo non eſt Logica ſimpliciter neceſſaria ad alias ſciẽtias perfectè acquirendas.

13 Dico tertiò: Logica eſt neceſſaria ſecundũ quid ad alias ſciẽtias perfectè acquirendas. Ita authores ſupra citati. Probatur: quia difficilimum eſt, quod quis lumine ſolo naturæ præmeditatos habeat omnes modos, ac regulas differẽdi ad rectè concludendũ neceſſarias, & omnes fallacias, quæ impedimento eſſe poſſunt, ne rectè concludat ſyllogiſmus; vt experiẽtia ipſa demõſtrat: ergo neceſſaria eſt ſaltem ſecundũ quid aliqua ſcientia, quę hos modos, & regulas benè differendi doceat, & fallacias ſyllogiſmorum aperiat; ſed id pręſtat Logica: ergo neceſſaria eſt ſaltem ſecundum quid ad alias ſcientias acquirendas. Quin potius moraliter loquendo eſt impoſsibile eas acquirere ſine Logica: quia tot ſunt regulæ obſeruandæ ad perfectam ſcientiæ conſuetudinem, vt vix poſsit inueniri ingenium hominis adeò perſpicax, quod aliquę non lateant, ſi non præluceat Dialectica. In hoc ſenſu intelligendus eſt Ariſtot. in Metaph. lib. 1. tex. 8. & lib. 4. tex. 8. vbi docet. Antiquos Philoſophos propter imperitiam Logicæ in multis erraſſe; quod quidem dixit, non quia phyſicè loquendo, neceſſaria ſit Logica ad vitandos omnes errores; ſed quia adeò difficilè eſt, abſque eius directione non incidere in plures, vt quicumque accidant, Logices imperitiæ meritò tribui debeant.

14 Obijcies primò Ariſtotelẽ lib. 1. de anima tex. 11. vbi definitiones dialecticas vocat vanas, & innanes ad demonſtrãdas eſſẽtias, & proprietates rerum: ergo ſentit Logicam non eſſe vtilem ad alias ſcientias adquirendas. Pro reſponſione noto, Ariſtotelem hoc nomine, *Dialectica*, aliquando ſignificare totam Logicam; aliquando ſolam partem topicam; ad quam pertinet docere modum differendi per definitionem, diuiſionem, & argumentationem probabilis. In loco ergo adducto dialecticam ſumit prò parte topica, & docet, definitiones probabiles, quæ per directiones partes topicæ efficiantur; vanas eſſe, & inutiles ad demonſtrationem: quia cum hæc niti debeat principijs neceſſarijs, & euidentibus, ſupponere debet definitiones, quæ clarè, & euidenter naturas rerum patefaciant, vt inde euidenter deducatur quidquid intenditur probari per demonſtrationem. Cum hoc tamen rectè cõponitur, quod definitiones factæ per directionem aliarum partium Logicæ (vt eſt ea, quę agit de definitione) vtiles valde ſint, & neceſſariæ ad quaſcumque demonſtrationes in quibuſuis ſcientijs cõſtruendas.

15 Obijcies ſecundò: Logica nõ eſt neceſſaria, aut vtilis ad ſe ipſam perfectè acquirendam; cum

non poſsit acquiri prius ſe ipſa: ergo neque vtilis, aut neceſſaria erit ad alias ſcientias. Conſequētia patet: quia, ſi ipſa Logica perfecte acquiritur ſine adminiculo ſui, aut alterius ſcientiæ præcedētis; cur nō idem continget in alijs ſcientijs? Diſtinguo antecedens: non eſt neceſſaria, & vtilis ſecundum vnam, & eandem rationē ad ſe ipſam perfecte acquirendā concedo: ſecundum diuerſas rationes, nego antecedens. Eſt dicere: Si partes Logicæ ſeorſim conſiderentur, nulla eſt neceſſaria ad ſe ipſam perfecte acquirendam, ita vt vna, & eadē omnino pars ſit, & quæ neceſſaria eſt, & id, ad quod eſt neceſſaria. Cæterum, ſi partes Logicę mutuo comparentur inter ſe, mutuo neceſſarię ſunt ad ſe ipſas perfecte acquirendas: nā pars, quæ agit de definitione conducit maxime ad conſtruēdas bonas definitiones in parte topica, parte demonſtratiua, & alijs: deinde pars, quæ agit de demōſtratione iuuat ad efficiendas bonas demonſtrationes in parte topica, in parte agente de definitione, & in alijs. Præterea pars topica, quæ docet probabiliter diſſerere, iuuat ad probabiliter diſſerēdum in alijs partibus; & ſic de reliquis. Imo, & vna, ac eadem pars ſecundum diuerſas particulas eſt neceſſaria ad ſe ipſam perfecte acquirendā: nam poſtquam quis ſcientificè cognouit in parte definitiua: definitionē in communi debere conſtare genere, & differentia: poteſt hoc dictamine adiuuari ad recte conſtruendas definitiones ſpecierū, quæ ſub definitione in cōmuni continētur. Et ſic de alijs partibus.

16 Ea quæ diximus de neceſsitate Logices ad alias ſcientias perfecte acquirēdas, intelligēda ſunt de Logica actuali: hæc enim eſt, quæ proxime iuuat, & dirigit intellectum ad definitiones, diuiſiones, & argumentationes recte cōſtruendas, dum illi expreſſe proponit, quomodo hæc omnia gerenda ſunt. Ex dictis tamen recte colligitur, qua ratione conducat Logica habitualis ad perfectam earundem ſcientiarum conſecutionem: nam, cum munus Logicæ habitualis nullum aliud ſit, niſi intellectum facilitare, aut iuuare ad eliciendum iudicium, quod dicitur Logica actualis; non aliter cōducet ad ſcientiarum conſecutionem, niſi medio ipſo iudicio, ad cuius efficientiam iuuat, ſeu facilitat intellectum.

17 Rogas, qua ratione inuenta fuerit Dialectica? Reſpōdeo, experientia inuentā fuiſſe, ſicut reliquas artes. Primo enim faciebant homines aliquos ſyllogiſmos, quos lumine naturali cognoſcebant recte cōcludere, alios præterea faciebant quos lumine etiam naturali deprehendebāt innanes, & inutiles ad cōcludendum. Inde obſeruabāt, qua ratione eſſet diſpoſitus vterque ſyllogiſmus, vt boni diſpoſitionē ſeruarent in reliquis, & fugerent diſpoſitionem mali; ſicque experiētia duce cognouere, vt ſyllogiſmus aliquis perfectus euaderet, habiturū concluſionem, in qua vnirentur extrema, quæ prius vnita fuiſſent in

Digitized by Google

præmiſsis cum vno, & eodem medio. Poſtea rationem huius à priori diſquirentes inciderunt in illa prima principia: *dici de omni*, & *dici de nullo*; & præterea in illa, *quæ ſunt eadem in vno tertio ſunt eadem inter ſe*. Quibus ex ipſa apprehenſione terminorum præbuerunt aſſenſum: & ex illis deduxerunt per veram demonſtrationem ſyllogiſmorũ perfectũ debere cõſtare talibus partibus tali modo diſpoſitis. Eodem modo inuentæ fuerunt reliquæ partes dialecticæ.

SECTIO III.

De Logica vtente, & docente.

DIſtinctio, ſeu diuiſio Logicæ in docentem, & vtentem, eſt iam recepta inter dialecticos, eãque tradidere S. Thom. 4. Metap. ſect. 4. & opuſc. 70. Scot. & alij ex antiquis. Multa tamen hic continentur explicanda, quæ ſatis confuſe ab authoribus traduntur, conabor tamen ea omnia ita clare diſponere, vt facile ab omnib' capiantur; quod vt præſtem ſectionẽ hanc in nonnullas partes diuidã.

PARS I.

Nonnulla ſupponuntur pro intelligentia difficultatis præſentis.

18 SVppono primo, in quauis arte, ſeu facultate practica diſtinguendum eſſe *vſum* à *doctrina*; nam *doctrina* dicitur iudiciũ, quo intellectus cognoſcit, qua ratione faciendum ſit opus pertinens ad ipſam artem: *vſus* verò eſt executio ipſius operis facta ab artifice per directionem prædicti iudicij. Ex. gr. ad artem pingendi, & pertinet iudiciũ, quo pictor cognoſcit, quomodo delineanda ſit imago; & pertinet ipſa operatio, aut delineatio imaginis facta ab ipſo pictore per directionem prædicti iudicij. Illud primũ dicitur *doctrina*, ſeu dictamen dirigens pictorem ad imaginem depingendam; hoc ſecundum dicitur *vſus* prędicti dictaminis. Hoc idem inuenitur in Logica (quã infra dicemus, eſſe artem, & facultatem practicam) nam datur iudicium quoddã, quo intellectus cognoſcit, qua ratione efficiendus ſit ſyllogiſmus, definitio, aut diuiſio, hoc dicitur *doctrina*, ſeu dictamen dirigens inetllectum ad faciendum ſyllogiſmum, &c. Deinde datur executio ſyllogiſmi facta ab intellectu per directionẽ prædicti iudicij; & hęc dicitur *vſus*: quia, dum ſyllogiſmus fit eo modo, quo iudicium illud dictat faciendũ, ponitur in vſu, ſeu in exercitio id, quod dictat, ſeu docet ipſum iudicium.

19 Suppono ſecundò, iudicium illud, quo intellectus cognoſcit, qua ratione efficiendus ſit ſyllogiſmus, &c. dum pluries repetitur, relinquere in ipſo intellectu facultatem, ſeu qualitatem quandam, quæ in poſterum facilitat, ſeu iuuat ipſum intellectum ad alia ſimilia iudicia elicienda. Id quod experientia probatur, quia

noui-

nouimus; quod quò pluries illud iudiciū repetimus; faciliores reddimur ad illud in poſterū repetendum; hæc vero facilitas non poteſt aliunde prouenire, niſi ex eo, quod per priores act⁹ producatur in intellectu aliqua facultas, quæ illum facilē reddat ad vlteriores producēdos, vt videbimus in libris de anima. Quod quidem ſic euenit. Per primum actū producitur in intellectu aliqua pars talis facultatis, deinde hæc pars tribuit intellectui aliquam facilitatem ad producendum alium actum eiuſdem rationis; iſte verò actus auget facultatem illam producendo in ea nouā partē, quod ſit, vt intellectus facilior ſit in poſterum ad ſequentem actum eliciēdum; deinde iſte actus denuo auget facultatem illam, & ſic crebrò exercitio actuum augetur facultas prædicta, & intellect⁹ ſit in dies facilior ad vlteriores actus producendos. Hanc facultatem (poſtquam magnum accepit incrementum) vocamus habitum Logicæ, ſeu Logicam habitualem: & illi tribuuntur tanquam efficienti iudicia, ad quorum elicientiam facilitat, ſeu iuuat intellectum: iudicia verò tam illa, quę incipiunt producere habitum; quam quæ adiumento illius producuntur ab intellectu dicuntur Logica actualis, ſeu actus Logicæ.

20 Suppono tertiò; ſyllogiſmum (idem eſto de definitione, & diuiſione) qui ſit per directionem iudicij dictantis, qua ratione faciendus ſit, relinquere etiam in intellectu habitum pertinentem ad eam facultatem, in cuius materia elicitur prædictus ſyllogiſmus. Rē explico. Habeo iudicium pertinens ad Logicam, quod mihi dictat ſyllogiſmum faciendum eſſe ex tribus propoſitionibus, in quarum vltima cōiunguntur extrema; quæ coniuncta ſunt cum vno medio in duabus prioribus; deinde per directionem huius iudicij elicio in materia Philoſophię hunc ſyllogiſmū, *omne animal rationale eſt riſibile; omnis homo eſt animal rationale, ergo omnis homo eſt riſibilis.* In hoc caſu nō ſolū producitur in intellectu per primū illud iudiciū habitus quidam, qui ſit Logica habitualis, ſeu ad illam pertinens: ſed etiam per prædictum ſyllogiſmum producitur in ipſo intellectu alius habitus pertinens ad Philoſophiam, cuius muneris ſit intellectum facilitare ad ipſum ſyllogiſmum in poſterum eliciendum (quando occurrerit occaſio illum iterum eliciendi) & idem contingit quando per directionem Logicæ fiunt definitiones, & diuiſiones pertinentes ad alias ſcientias; hæ enim producūt, aut augent habitum illius ſcientię, ad quam pertinent.

21 Eſt tamen aduertendum, prædictum ſyllogiſmum (idem eſt de definitionibus, & diuiſionibus factis in alijs ſciētijs per directionem Logices) non habere tantam connexionem cum iudicio Logices, per cuius directionem efficitur, quantam habet cum habitu, quem in intellectu producit; quia cum habitu comparatur tanquam

cum

cum effectu, quem nequit non producere ex natura rei; at vero cum iudicio Logices dirigēte ad ipſius productionem, comparatur, tanquam cum cauſa, ſine qua poſſet ex natura rei fieri talis ſyllogiſmus; quia, vt diximus ſectione præcedēte, quilibet actus cuiuslibet ſciētiæ poteſt fieri ex natura rei ſine iuuamine, & directione Logices. Ex hoc colligitur, executionem præ dicti ſyllogiſmi non eſſe ex natura ſua vſum Logicæ; ſed accidentaliter ſolùm: quia eatenus eſt vſus Logicæ, quatenus fit per directionem dictaminis pertinentis ad ipſā Logicam; ſed omnino accidentale eſt illi ſyllogiſmo fieri per directionem talis dictaminis, ergo omnino accidētale eſt illi eſſe vſum Logicæ. Minorem probo: quia, vt dictum eſt ſectione præcedenti, ex natura rei poteſt fieri ſine directione talis dictaminis; ergo, quando per eius directionem fit, accidentaliter illi contingit talis directio. Imò eſt illi extrinſeca talis directio; quia ex eo, quod precedat iudicium dirigens ad eius cōſtructionem, neque variatur entitas ipſius ſyllogiſmi, neque aliquid in eo producitur, ratione cuius intrinſece varietur, vt omnibus cōpertum eſt.

22 Suppono quartò, tria neceſſaria eſſe, vt detur vſus. Primò enim requiritur cauſa, quæ aliam applicet ad operationē; & hæc dicitur cauſa vtens actiuè. Secundò requiritur cauſa, quę applicetur ad operationem; & hęc dicitur cauſa, ſeu inſtrumentum, quo applicans vtitur ad operandum. Tertiò operatio, ad quam vna cauſa applicatur ab alia: & hæc dicitur vſus. Id conſtat ex S. Thom. 1.2. quæſt. 16. artic. 1. in corpore vbi hæc habet: *Vſus rei alicuius importat applicationē rei illius ad aliquā operationē: vnde, & operatio, ad quā applicamus rē aliquā dicitur vſus*. In agētibus autem naturalibus tunc vna cauſa dicitur applicare aliam, ſeu vti illa ad operationē, quādo cū ea concurrit ad actionem, ad quam illi data eſt, tanquam perfectio propria, vt eam iuuet in elicienda tali operatione. Hinc eſt, quod quando ignis concurrit cum calore ad producendum alium ignem, non dicatur calor vti igne ad eam productionem, ſed è contra ignis vti calore: quia videlicet ignis non eſt perfectiò data calori, ſed ècontra, calor eſt perfectio data igni ad producendum alium ignem.

PARS II.

Explicatur quid ſit Logica docens, & Logica vtens.

23 Ex dictis parte præcedenti facile intelligentur ea, quæ dicenda ſunt de Logica vtente, & docente. Vt autem clarius procedamus, noto; tres actus requiri, vt quod libet inſtrumentū ſciendi per directionē Logices efficiatur: Ex gr. vt hæc definitio: *Homo eſt animal rationale* (quæ quidem ſpectat ad Philoſophiam) per directionem Logices efficiatur; primo requiritur iudicium quoddam practicū aſſerens, *definitio debet conſtare*,

ſeu

ſeu cõſtruenda eſt ex genere, & differẽtia. Secũdò requiritur iudiciũ quoddam ſpeculatiuũ (infra explicabo, quid ſit iudicium eſſe practicum aut ſpeculatiuũ) aſſerẽs, *Animal, & rationale ſunt genus, & differentia hominis.* Hi duo actus pertinent ad Logicã. Tertio ſuccedit mẽtalis cõſtructio illius definitionis. *Homo eſt animal rationalis.* Quæ quidẽ oritur ab intellectu, tãquã à cauſa phyſice illã eliciẽte; & ab habitu Philoſophię, tanquam à cauſa facilitante intellectum ad ipſius elicientiam, & à iudicio illo primo practico tanquam à cauſa dirigente ad ipſam definitionem eliciendam: & denique à iudicio illo ſpeculatiuo, tanquam ab oſtendente ex quanam materia conſtruenda ſit talis definitio. Hęc ſunt certa apud omnes; quibus poſitis.

24 Dico primò: Iudiciũ illud practicũ aſſerens, definitionẽ conſtruendam eſſe ex genere, & differentia, eſt Logica docẽs actualis, ſeu (quod idem eſt) actus Logicæ docentis: In id omnes conueniunt. In primis, quod ſit actus Logicæ eſt certum; quia ad Logicam pertinet dictare, quomodo facienda ſint inſtrumenta ſciendi, quales ſunt definitio, diuiſio, & argumentatio, ſeu ſyllogiſmus. Quod verò ſit actus docens, ſeu Logicę docẽtis facile probatur: quia iudicium illud actualiter fungitur munere Magiſtri inſtruentis mentem, vt rectè efficiat definitionem: ergo habet munus docentis. Hinc colligitur, habitũ, qui intellectũ reddit facilem ad prædictum iudiciũ eliciendum, eſſe Logicam docentem habitualem, ſeu habitum Logicæ docentis: quia, dum concurrit ad elicientiam talis actus, intellectum inſtruit medio ipſo actu ad rectè efficiendam definitionem.

25 Dico ſecundò: Iudiciũ ſpeculatiuum aſſerens, animal, & rationale eſſe genus, & differentiam hominis, eſt etiam actus Logicæ docentis. Quod prædictus actus, ac per conſequens habitus illi correſpondens pertineat ad Logicã, eſt certum: quia nullus eſt qui ambigat, ad Logicẽ pertinere cognitionẽ generis, & differentiæ. Quod verò ſit actus *docens* facile probatur: quia non ſolùm fungitur munere Magiſtri, qui practicè dirigit diſcipulũ ad aliquod opus efficiendum ſed etiam, qui diſcipulum inſtruit de aliqua veritate ſpeculatiua: ſed iudicium illud proponit intellectui veritatem quandam ſpeculatiuam: ergo habet munus docentis. Hinc conſtat, non ſolùm cõcluſiones Logicales practicas; ſed etiam ſpeculatiuas, gaudere nomine Logicæ docentis, quia omnibus conuenit hoc, quod eſt mentem docere, & inſtruere.

26 Dico tertiò: Habitus Logicæ docentis elicitiuus iudicij dictantis, qua ratione conſtruẽda ſunt inſtrumẽta ſciendi eſt etiã habitus Logicæ vtentis; ſeu Logica vtens habitualis. Ex gr. Habitus Logicę docentis, ad quem pertinet elicere hoc iudicium. *Definitiò conſtruenda*

finitionem, eſſe actum proprium Logicæ vtentis. Ratio eſt clara ex dictis, quia actus proprius Logicæ vtētis, vt talis, debet eſſe is, per quem habitus Logicæ conſtituitur vtens iudicio dictante modum conſtruendi inſtrumenta ſciendi, ſed per conſtructionem definitionis, factæ per directionem iudicij dictantis modum efficiendæ definitionis, conſtituitur habitus Logicæ vtens ipſo iudicio: ergo ea conſtructio eſt actus Logicæ vtentis. Minor probatur; quia, dum habitus Logicæ medio prædicto iudicio dirigente à ſe elicito conſtauit definitionem, concurrit medio ipſo iudicio ad operationem, ad cuius elicientiam illi datum eſt ex natura rei: ergo conſtituitur vtens per talem conſtructionē iuxta dicta num. 22. ex S. Thom. Et quidem nullus eſt, qui dubitet, quod ſi habitus Logicæ pluries eliceret iudicium hoc, *definitio cōſtruēda eſt ex genere, & differētia*: ita tamen, vt nullam definitionem per eius directionem conſtrueret, nullatenus diceretur vti prædicto iudicio, certe non alia de cauſa; niſi quia nunquam medio eo concurreret ad conſtructionem aliquā definitionis: ergo conſtituitur vtens illo per ipſam conſtructionē. Confirmatur: quia per ipſam conſtructionem reducitur ad ipſum, ſeu dictat prædictum iudicium: ergo ipſa conſtructio eſt vſus talis iudicij.

30 Duo ergo requiruntur vt detur actus Logicæ vtentis. Primum eſt conſtructio alicuius inſtrumenti ſciendi definiōis, v.g. vt conſtat ex num. præcedente. Secundum, quod hæc conſtructio fiat per directionem iudicij docentis, ſeu dictantis, qua ratione conſtruenda ſit definitio; quia, ſi daretur conſtructio definitionis ſine præuio iudicio dirigente intellectum ad talem conſtructionem, neque habitus Logicæ concurreret ad talem conſtructione, cum non aliter ad eam poſsit concurrere, niſi medio eo iudicio, neque ipſa conſtructio eſſet vſus Logicæ, cum per eam non reduceretur ad vſum, & ad praxim iudicium, ſeu dictamen aliquod Logicale in intellectu præcedens.

31 Hinc fit ſecundò, conſtructionem definitionis (& idem eſt de conſtructione reliquorum inſtrumētorū ſciendi) non eſſe actum Logicæ vtentis per ſuam entitatem, ſed per denominationem extrinſecam prouenientem illi ex eo, quod fiat per directionem iudicij Logicalis dictantis, quomodo cōſtruenda ſit: quia eatenus eſt actus Logicæ vtentis, quatenus eſt vſus Logicæ ſed eſſe vſum Logicæ prouenit illi ex eo, quod præcedat iudicium Logicale dictans, qua ratione facienda ſit, ergo & eſſe actum Logicæ vtentis prouenit illi ex eo, quod præcedat tale iudicium: ſed quod præcedat hoc iudicium eſt quid extrinſecum illi, vt nullus non fatetur: ergo per denominationem extrinſecam eſt actus Logicæ vtentis. Vnde actus Logicæ vtentis, vt talis includit actum docentis, tanquam id, per quod

quod conſtructio inſtrumentorum ſciendi, extrinſece conſtituitur in eſſe vſus, ſeu actus Logicæ vtētis.

32 Hinc fit tertio, habitum Logicæ non acquiri, neque augeri per actus Logicæ vtentis, prout diſtinctos ab actibus docentis, ſed ſolùm per actus Logicæ docentis præciſsè ſecundùm ſe ſumptos. Rem explico. Antequam eliciam definitionem hominis, elicio per veram demonſtrationem hunc actum Logicæ docentis: *Definitio conſtruenda eſt, ſeu cōſtare debet ex genere, & differentia*; poſtea per directionem huius actus elicio in Philoſophia definitionem hominis per alium actum, quo illam affirmo de ipſo homine, per hunc videlicet: ***Homo eſt animal rationale*** qui quidem eſt actus Logicæ vtentis, vt conſtat ex ſuperius dictis. In hoc ergo caſu habitus Logicæ non acquiritur, neque augetur, per iſtum vltimum actū; ſed ſolum per priorem dictantem, ſeu docentem definitionem conſtruendam eſſe ex genere, & differentia. Totum hoc facile probatur ex dictis.

33 Et in primis, quod habitus Logices acquiratur, & augeatur per actus Logicæ docentis, eſt certum: quia experientia conſtat; quod quo pluries elicimus illum actum, *definitio conſtare debet genere, & differentia*, eo faciliores reddimur ad illum repetendum: ergo crebro exercitio talis actus acquirimus facilitatem ad illum in poſterum eliciendum: ſed facilitas ad illum actum eliciendum eſt habitus Logicæ; vt omnibus compertum eſt: ergo per illum actum acquiritur, & augetur habitus Logicæ. Adde per actus Logicæ docentis non ſolùm acquiri, ſeu augeri habitum ipſius Logicæ docentis; ſed etiam habitum Logicæ vtentis, quia cum idem habitus ſit docens, & vtens, vt dictum eſt, non poteſt acquiri, aut augeri habitus docens, quin per eoſdem omnino actus acquiratur, ſeu augeatur vtens.

34 Quod autem non acquiratur, neque augeatur per actum Logicæ vtentis, vt diſtinctum ab actu docentis, probatur: quia actus vtentis, vt talis duo inuoluit, nempe, & conſtructionem alicuius inſtrumenti ſciendi; huius definitionis, v. g. ***Homo eſt animal rationale***, & quod hæc fiat per directionem iudicij: ſeu actus Logicæ docentis dictantis, qua ratione conſtruenda ſit talis definitio; ſed conſtructio prædictæ definitionis ſecundum ſe non producit, ſeu auget habitum Logicæ; quia, cum conſtructio illius definitionis ſecundum ſe non ſit in materia Logicæ; ſed in materia Philoſophiæ, non poteſt ex natura ſua ordinari ad producendum habitum Logicæ; ſed ſolum habitum Philoſophiæ: cuius ſignum clarum eſt: quod, ſi fieret ſine directione Logicæ (vt fieri poſſe conſtat ex ſect. 2.) nullatenus ad Logicam pertineret: vt fatentur omnes. Deinde neque hæc conſtructio prout facta per directionem Logicæ auget habitum

tum ipſius Logicæ: quia vt ſic ſolum addit denominationem quandam extrinſecam, illi prouenientem ex actu Logicæ docentis, dirigentis ad ipſius poſitionem: atqui ratione huius denominationis extrinſecæ nulla vis productiua poteſt illi accreſcere, cum nihil intrinſecum ipſi addatur ratione illius: ergo conſtructio inſtrumentorum ſciendi, vt actus eſt Logicæ vtentis, nullatenus auget habitum Logices.

PARS IIII.

Soluuntur obiecta.

35 OBijcies: ſæpe contingit: quòd quis habeat magnam facilitatem in eliciendo actu Logicæ docentis dictante qua ratione conſtruendum ſit aliquod inſtrumentum ſciendi, definitio, v. g. & nihilominus habeat difficultatem in conſtruenda ipſa definitione: quæ quidem difficultas vincitur per frequentem conſtructionem ipſius definitionis: ergo per frequentem conſtructionem definitionis acquiritur habitus, cuius muneris ſit, intellectum facilitare ad illam conſtruendam: ſed is habitus non poteſt eſſe alius, niſi habitus Logicæ vtentis: ergo habitus Logicæ vtentis acquiritur per conſtructionem definitionis. Ex quo fit, & quod habitus Logicæ vtentis acquiratur per actus ipſius Logicæ vtentis, cum acquiratur per conſtructionem inſtrumentorum ſciendi; quam diximus eſſe actũ vtentis: & quod ſit diuerſus ab habitu Logicæ docentis: cum acquiratur per diuerſos actus, quod quidem eſt contra doctrinam traditam in tota hac ſectione.

36 Reſpondeo, poſito actu Logicæ docentis dictante, qua ratione conſtruenda ſit definitio, v. g. dari ſæpe difficultatem in elicienda, ſeu conſtruenda ipſa definitione: at hæc difficultas referenda eſt in materiam, ex qua conſtruenda eſt definitio, & ideo victoria illius tribuenda eſt illi ſcientiæ, aut facultati, ad quam pertinet talis materia. Itaque ſi definitio; quæ fit per directionem actus Logicæ docentis fit in materia Philoſophiæ, vt hæc: *Homo eſt animal rationale*, ad Philoſophiæ habitum ſpectat vincere difficultatem, quæ inuenitur in elicienda, ſeu conſtruenda tali definitione, & habitus, qui acquiritur; ſeu augetur per frequentem repetitionem illius, erit ipſo habitus Philoſophiæ, vt conſtat ex num. 34.

37 Hinc facilè conſtat ad obiectionem in forma, conceſſo enim toto antecedenti, & prima, conſequentia, nego minorem: quia, vt diximus, habitus ille eſt Philoſophiæ, ſi definitio conſtructa pertineat ad obiectum Philoſophiæ; vel illius ſcientiæ, ad cuius obiectũ ſpectat: & ideo neque per conſtructionem definitionis augetur habitus Logicæ vtẽtis, neque eſt fundamentum aliquod quo probetur habitũ Logicę docentis,

& vtentis nō eſſe eundem realiter: quin potius neceſſarium eſt, quod idem habitus Logicæ, qui eſt docens, ſit etiam vtens: quia idem habitus qui medio actu à ſe elicito docet quomodo conſtruēda ſit definitio; ordinatur ex natura ſua ad conſtruendā ipſam definitionē medio eo actu; ac per conſequens ex natura ſua ordinatur ad vſum talis actus, quia eo ipſo quod medio illo concurrit ad conſtruendā definitionē, dicitur vti illo in huius conſtructionem.

38 Inſtabis: habitus generantur ex actibus: ergo ex diuerſis actibus generari debent diuerſi habitus; ſed actus Logicæ docentis, & vtentis ſunt diuerſi: ergo ex illis generari debent diuerſi habitus. Diſtinguo primum antecedens: habitus generantur ex actibus, ad quorum elicientiam facilitant potentiam, concedo ad quorum elicientiā non aliter concurrunt niſi dirigendo potentiam, nego antecedens. Itaque duobus modis poteſt vnus habitus concurrere ad eliciendos actus. Primo facilitando potentiam ad actus elicientiā. Secundo dirigendo, ſeu inſtruendo ipſam potentiā circa effectionem talis actus. Habitus ergò acquiritur, ſeu augetur per actum, ad cuius elicientiam facilitat potentiam, vt fatentur omnes, non verò augetur per actum ad cuius elicientiam dirigit; quia, cum hoc, quod eſt dirigi ſit denominatio extrinſeca in actu, qui dirigitur, nulla vis actiua accreſcit illi ex tali directione: atqui, ſi non præcederet directio, non produceretur, neque augeret actus ille habitum, ad quem pertinet dirigere; vt nullus non fatetur: ergo neque quando talis directio præcedit, illum producet, aut augebit. Cum autē habitus Logicæ vtentis non aliter concurrat ad actum ipſius vtentis niſi dirigendo ad illius elicientiā, vt ſatis, ſuperque conſtat ex dictis; non debet acquiri talis habitus per actus Logicæ vtentis, ſed ſolùm per actus Logicæ docentis; vt ſæpe diximus.

39 Rogas: An habitus Logicę ſit docens, & vtens ratione vnius formalitatis; vel ratione duarum? Duo diſtingui poſſunt in habitu, nempè & virtus intrinſeca docendi, ac vtendi: & exercitium actuale docendi, & vtendi. Si ſermo ſit de virtute intrinſeca, dico habitum per eandem formalitatē eſſe virtutem intrinſecam docendi, & vtendi. Ratio eſt clara; quia eatenus eſt virtus intrinſeca docēdi, quatenus poteſt elicere actum docentem conſtruere inſtrumenta ſciendi: & eatenus eſt virtus intrinſeca vtendi: quatenus medio eo actu docente poteſt concurrere ad efficienda ipſa inſtrumenta ſciendi. Sed per eandem formalitatem intrinſecam per quam poteſt elicere actum docentem, poteſt medio eodem actum concurrere ad efficienda inſtrumenta ſciendi: ergo per eandem formalitatem intrinſecam eſt virtus docendi, & vtendi. Minorem probo: quia non aliter concurrit habitus ad efficiēda inſtrumēta ſciendi, niſi producere

Digitized by Google

cendo actum docentem, qui immediatè concurrit ad eorum cõſtructionem: neque enim alium cõcurſum habet habitus Logicę in conſtructionem inſtrumentorum ſciendi præter concurſum actus docentis, quem ipſa immediatè producit: ergo per eandem formalitatem intrinſecam, per quā poteſt producere actum docentem, poteſt medio ipſo actu concurrere ad efficienda inſtrumenta ſciendi; ac per conſequens per eandem formalitatem intrinſecam eſt virtus intrinſeca docēdi, & vtendi.

40 Si verò ſermo ſit de exercitio actuali docendi, & vtendi; habitus Logicæ eſt docens, & vtens per actus realiter diſtinctos; quia actu docens conſtituitur per ſolū actum dictantē, qua ratione conficienda ſint inſtrumenta ſciēdi: at verò actu vtens conſtituitur per ipſam conſtructionem inſtrumentorum ſciēdi factā per directionem actus docentis. Vt ex dictis conſtat. Ex his colliges, diuiſionem Logicæ in vtentē, & docentem non eſſe diuiſionem vnius generis in diuerſas ſpecies Logicæ; ſed ſolum diuiſionem vnius principij in diuerſa munera, ſeu exercitia vel (vt propriè loquar) explicationem diuerſorum actuum ad idem principium pertinentium.

41 Hic eſt aduertendū, quod quilibet habitus ſcientificus poteſt appellari Logica vtens, ſi *Logica* ſumatur in anferēdi caſu quia dum habitus ſcientiarum ſuas definitiones, ſyllogiſmos, & demonſtrationes efficiunt præcedēte directione Logicę, vtuntur quidem dictamine ipſius Logicæ quando quidem ad praxim reducunt ſuos actus eo modo, quo reducendos eſſe docet ipſa Logica. Id tamen omnino per accidens illi conuenit, quia, cum omnino accidentale illis ſit, quod dictamen Logicę præcedat elicientiam actuum ad ipſos pertinentium, vt cõſtat ex dictis ſect. 2. omnino accidentale illis erit vti tali dictamine.

42 Idem dicendum de habitibus pertinētibus ad diuerſas partes Logicæ: nam habitus, ad quē pertinet agere de demonſtratione, dum ſuas conſtruit definitiones præcedente dictamine de modo conſtruendi definitionē (quod quidem dictamē pertinet ad eam partem Logicę, cuius muneris eſt agere de definitione) vtitur eo dictamine: quia ad praxim reducit ſuas definitiones eo modo, quo efficiendas eſſe docet ea pars Logicæ. Is tamen vſus accidentaliter cõuenit habitui partis demõſtratiuę: quia ſicut accidentale eſt reliquis ſcientijs, quod dictamen, ſeu directio Logices præcedat elicientiam actuum ad ipſas pertinentium; ita etiam parti Logices agenti de demonſtratione eſt accidentale, quod directio partis definitiuę præcedat elicientiam definitionum ad illam pertinentium.

43 Idem dico de reliquis partibus Logicæ reſpectu aliorū, per quorum directionē ſuos actus eli-

Digitized by Google

eliciũt. Et de habitibus probabilibus, qui tam in materia Logicę, quam in materia aliarũ ſcientiarum, ſuos actus eliciunt per directionem partis Topicæ docentis, qua ratione conſtruẽda ſint argumenta, ſyllogiſmi, & definitiones probabiles in quacũque materia. Hi enim habitus vtuntur dictamine partis Topicæ, quãdo per eius directionẽ ſuos actus eliciunt, & accidentaliter illis conuenit talis vſus: quia accidẽtale eſt illis, quod tale dictamen pręcedat, ſicut dictum eſt de reliquis.

SECTIO IV.

Vtrùm Logica ſit ſcientia.

44 Scientia in præſenti ſumitur in ea acceptione, qua Ariſtoteles 1. lib. poſter. cap. 2. eam definiuit: hoc eſt, *notitia certa, & euidens per demõſtrationẽ cõparata*. Hæc autẽ notitia dicitur ſciẽtia actualis, ſeu actus ſcientiæ: habitus vero, qui per hanc notitiam acquiritur, dicitur ſcientia habitualis, ſeu habitus ſcientiæ. Quærimus ergo: an ratio ſcientiæ ſecundùm hanc acceptionem Dialecticæ conueniat? Et primo agemus de illa, vt docente; ac inde procedemus ad illam vt vtentem.

45 Prima ſententia aſſerit, Logicã docentem non eſſe ſcientiam. Ita Themiſtius 1. poſter. cap. 24. Probatur primo ex Ariſtotel. 2. Met. cap. 3. vbi docet, abſurdũ eſſe, quærere ſimul ſcientiam, & modum ſciendi; ſed Dialectica eſt modus ſciendi: ergo, ſi eſſet ſcientia, is, qui illam quæreret, ſcientiam ſimul, & modum ſciendi quæreret, quod quidem Ariſtoteles reputat abſurdum. Secundó probatur ex eodem Ariſtotele 1. Rethoric. cap. 2. vbi ait: *Rethoricã eſſe partẽ Dialecticæ, & neutram eſſe ſcientiam*. Et cap. 5. addidit. Si quis Rethoricam, aut Dialecticã, vt ſciẽtias docere conatur, naturam illarum interimere videtur, ergo apertè ſentit Ariſtoteles, Dialecticam non eſſe ſcientiam.

46 Deinde probatur ratione. Primò: quia ſcientia debet habere materiam determinatam, circa quam verſetur: ſed Logica non habet materiam determinatam, circa quam verſetur; quia vt docet Ariſtoteles 4. Metaph. tex. 5. Dialectici de omnibus diſputant: ergo non eſt ſcientia. Secundò: quia ſcientia debet eſſe de neceſſarijs, ex Ariſtotel. 1. poſter cap. 2. ſed Dialectica ſaltem ſecundùm partem Topicam agit de probabilibus ex Ariſtot. 1. Topicor. capit. 1. ergo ſaltem quoad partem Topicam non eſt ſcientia.

47 Vera ſententia affirmat Logicam docentẽ ſecũdùm omnes ſuas partes, hoc eſt ſecundum partem Perihermeniacam, Prioriſticam, Poſterioriſticam, Topicam, & Sophyſticam, &c. eſſe ſcientiam. Ita S. Thom. 4. Met. lect. 4. Albert. cap. 1. in Porphir. quæſt.

quæst.1.prædicab.PP.Conimbric.quæst.4.procemial.artic.3. P.Rub.quæst.2.procemial.& cõmuniter Recentiores. Probatur: quia Logica habet proprias definitiones, & principia, per quę demonſtrat paſsiones, & proprietates de ſuo ſubiecto: ergo eſt verè, & propriè ſcientia. Conſequentia eſt bona, vt conſtat ex initio huius ſectionis. Antecedens probatur: quia Logica in lib. qui de diuiſione agunt, & de definitione, demonſtrat definitionem debere eſſe clariorem ſuo definito; & ſingula membra diuidẽtia minùs contentura, quam diuiſum: deinde in lib. de Prior. reſolut. vim, & efficaciam concludendi ſyllogiſmorum probat euidenter ex illis principijs, *dici de omni*, & *dici de nullo*: & ex illis; *quæ ſunt eadẽ vni tertio, ſunt eadẽ inter ſe*; &, *quæ repugnant in vno tertio, repugnãt interſe*. Vt vidimus lib. 5. inſtitut. Dialectic. Prętereà in lib. de Poſter. reſolut. ex definitione demonſtrationis deducit euidenter, ipſam demonſtrationem generare ſcientiam, & debere habere medium in præmiſsis tali modo, & in tali materia diſpoſitum cum extremis; vt conſtat ex lib. Ariſtot. de Poſter. reſolut. & denique in lib. Topicor. oſtendit ſyllogiſmũ probabilẽ generare opinionem; & alia plura, quæ paſsim in lib. Ariſtot. inueniuntur: ergo Dialectica eſt verè ſciẽtia Hinc ſequitur, habitum, qui ex prædictis actib⁹ relinquitur in intellectu, eſſe ſcientificum; quia habitus ſcientificus eſt, qui ex actibus ſcientificis generatur.

48 Eſt tamen aduertendum, aliquos dari actus docentes; qua ratione conſtruenda ſunt inſtrumenta ſciendi: qui non ſunt ſcientifici: vt, cum diſcipuli edocti à Magiſtris eliciunt cognitionem, quæ ex illorũ teſtimonio credunt, definitionem conſtruendam eſſe ex genere, & differentia; ſyllogiſmum compingendũ ex triplici propoſitione tali modo diſpoſita, &c. vel hæc diſcunt experientia aliorum ſimilium, quæ antea ipſi fecerunt. Hi enim actus intellectũ inſtruunt ad facienda inſtrumenta ſciendi; & ideò rectè dici poſſunt docentes, quia docent modum, quo efficienda ſunt. At non ſunt ſcientifici, quia non acquiruntur per demonſtrationem, & propterea non pertinent ad Logicam; (quam diximus eſſe ſcientiam ſuas concluſiones probantem per veram demõſtrationem.) ſed ad fidem humanam, ſi nitantur teſtimonio Magiſtrorum, vel ad inductionem, ſeu experientiam, ſi experientia comparentur, ac perconſequens habitus, qui ex illis generantur, non ſunt habitus Logicæ; ſed habitus, vel fidei humanæ, vel experientiæ.

49 Nunc ſoluenda ſunt argumenta primæ ſentent. ę Ad primũ adductum ex Ariſtotel. 2. Met. capit. 3. vbi docet: abſurdum eſſe ſimul quærere ſcientiam, & modum ſciendi, communiter reſponderi ſolet, locutum fuiſſe Ariſto-

riſtotelem de acquiſitione Logicæ, quam vocat modum ſciendi; & alterius ſcientiæ diſtinctæ, ita vt abſurdum putet Logicę, & alteri diſtinctæ ſciẽtiæ ſimul operam dare. Hæc tamen reſponſio, licèt argumentũ aduerſariorum eludat, ne aliquid probet contra noſtram ſententiam; videtur omnino eſſe extramentẽ Ariſtotelis: quia loco citato reprehẽdit quoſdam, qui nolunt diſcere veritatẽ ab alio, niſi omnia probet euidentia mathematica; alios, qui omnia vellent probari exẽplis, alios qui teſtimonijs Poetarũ: & addit Ariſtoteles, non omnia eodem modo docenda eſſe; ſed vnum quod que iuxta propriam naturam: atque adeo oportere antequã quis facultatem aliquã addiſcere incipiat, ſcire priusquomodo addiſcẽda ſit iuxta propriam naturam: quia abſurdũ eſſet quærere ſimul ſcientiam, & modũ ſciendi, quem quiſque pro ſuo libito eligere vellet, etiam ſi conſonus non eſſet tali ſcientiæ. Hæc eſt mens Ariſtotelis in citato loco; ex qua nihil deduci poteſt contra noſtra ſentẽtiam.

50 Pro ſolutione ſecundi teſtimonij adducti ex Ariſtotel. 1. Rethoric. capit. 2. & 4. noto primò Ariſtotelem in eo loco Dialecticam vſurpaſſe pro parte Topica quam frequenter Dialecticam appellat; quia docet, qua ratione cõſtruenda ſunt argumẽta probabilia; quod quidem ad partem Topicam ſpectat, vt cõpertum eſt. Noto ſecundo dupliçem actũ tribui tam parti Topicæ; quam Rethoricæ His enim primo tribuitur actus docẽs, qua ratione cõſtruenda ſunt argumẽta probabilia, vel quæ intellectui aliquid ſuadeant, vel quæ voluntatem alliciant ad aliquid faciendum Pars enim Topica ordinatur ad ſuadendum aliquid probabiliter intellectui, & Rethorica ad mouendam voluntatẽ audientium. Deinde eiſdem etiam tribuuntur ipſa argumẽta probabilia, quæ per directionem prioris actus docentis efficiuntur: quia, cum ex vna parte fiant perdirectionem illarum facultatum; & ex alia non generent habitum aliquem ſcientificum, ex ijs, qui apud ſcholaſticos propriũ nomen obtinuerũt; vt Metaphyſica, Mathematica, Philoſophia, Medicina, &c ſed ſolum generent habitus probabiles; qui nullo ſpeciali nomine nuncupantur, reducuntur tamen ad eas facultates per quarum directionem efficiuntur. His poſitis.

51 Reſpondeo, Ariſtotelem locis citatis, dum negat Rethoricam, & Dialecticam eſſe ſcientias, non loqui de illis, ſecundùm quod inuoluunt actus docentes, qua ratione conſtruenda ſunt argumenta probabilia, & eorum proprietates inueſtigant: ſecundũ hanc enim acceptionem ſcientiæ rationem obtinent, cum ſuas concluſiones per verã demonſtrationem probent; vt ſupra dictum eſt de parte Topica: & idem eſt de Rethorica: ſed loquitur de illis ſecun-

cundum quod inuoluunt ipſa argumenta probabilia, quæ in quauis materia perdirectionem earũ efficiuntur: ſub hac enim ratione nullatenus ſunt ſcientiæ; quia argumenta probabilia rem non demonſtrant, neque ſcientiam generant; ſed opinionẽ. Quod autem hæc ſit mens Ariſtotelis conſtat ex contextu; nam in eo capite 4. adducto in obiectione, poſtquam dixit eum, qui *Dialecticam, & Rethoricã, vt ſciẽtias docere conatur, earũ naturam interimere videri*, rationem ſubiunxit his verbis: *cum non ſolũ in orationis: ſed in quarũdã ſubiectarũ rerum ſcientias redigat*. Ac ſi diceret ideò naturas earum interimere videtur; quia non ſolùm annumerat illas inter ſcientias, prout agunt de oratione, ſeu argumentatione probabili; ſed etiam prout diſputant de quacumque materia: licet enim ſub priori ratione inter ſcientias numerari poſſint; non tamen ſub poſteriori, quando quidem ad illas non pertinet diſputare ſcientificè, & per demonſtrationem de quacumque materia; ſed ſolùm probabiliter, & per opinionem.

52 Circa primam rationem aduerſariorum noto, duplicẽ materiam atribui poſſe alicui ſcientiæ; vnam proximam; alteram remotam. Proxima dicitur obiectũ, cuius naturam, proprietates, & paſsiones inueſtigat ipſa ſcientia: remota vero dicitur materia, circa quam obiectũ illud verſari poteſt; ſi obiectũ eſt tale: quod circa aliud obiectum, ſeu materiam verſari poſsit. Rem explico in ipſa Dialectica, quæ quidem habet pro obiecto, cuius naturã, & proprietates inueſtigat, inſtrumenta ſciendi, definitionem videlicet, diuiſionem, & argumentationem. Rurſus hæ habent pro obiecto, ſeu materia, circa quam verſantur, quamcunque rem definibilem, diuiſibilem, ſeu adducibilem in diſputationem: Hæc ergo eſt materia remota Logices; ipſa vero inſtrumẽta ſciendi ſunt materia proxima.

53 Ad argumentum ergo diſtinguo maiorem. Scientia debet habere materiam determinatam, ſi ſermo ſit de materia proxima, concedo, ſi de materia remota, nego maiorem. Ratio enim, propter quam ſcientia debet habere materiam determinatam, eſt, vt poſsit certam aliquam naturam inquirere, & certas proprietates de illa demonſtrare: quod præſtare quidem poterit, ſi materia proxima illius ſit determinata (cum huius naturam, & proprietates inueſtiget) etiam ſi materia remota, circa quã illa proxima verſatur, determinata non ſit. Deinde diſtinguo minorem: ſed Logica non habet materiam determinatam remotam concedo, proximam, nego minorem. Et deinde nego conſequentiam. Dum autem Ariſtoteles dicit dialecticos de omnibus diſputare non loquitur de obiecto, ſeu materia proxima Dialecticæ (neque enim Dialectica omnium rerum naturas, & pro-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

prietates inſtrumentorum ſciendi inquirit, & modum præſcribit efficiendi talia inſtrumenta; intellectum inſtruit, vt medijs iſtis inſtrumentis, de quibuſcumque rebus diſſerere, ſeu diſputare poſsit.

54 Ad ſecundam rationem reſpondeo, duo conſiderari poſſe in argumentis probabilibus; nempè & eſſentiam, ac proprietates ipſorum argumentorum, & obiectũ, circa quod verſantur ipſa argumẽta probabilia. Hoc vltimum eſt ſemper contingens, vel ſaltem, vt contingens attingitur per argumenta probabilia; eſſentia vero ipſorum argumentorum, & cõnexiò proprietatum, & paſsionum eorum cum tali eſſentia ſemper eſt neceſſaria eo modo, quo dicemus in phyſ. diſput. 7. Dum autem dicitur Logica agere de probabilibus, ita intelligendum eſt, vt agat de argumentis probabilibus, inquirendo eſſentiam eorum, & connexionem, quam eorum proprietates, & paſsiones habent cum tali eſſentia: quæ quidẽ neceſſaria ſunt, & propterea diſtinguenda eſt minor: ſed dialectica agit de probabilibus argumentis, inquirendo eſſentiam, & proprietates eorum per verã demonſtrationem, concedo: agit de probabilibus obiectis, hoc eſt, de obiectis, quæ attingũtur per ipſa argumenta probabilia, diſſerendo probabiliter de illis, tanquam de ſubiecto proximo, nego minorem, & denique nego conſequentiam. Hæc de Logica docente.

55 Quod ad vtentem attinet, ſi ſermo ſit de habitu ſecundum virtutem intrinſecam vtendi, dicendum eſt, eſſe ſcientiam: quia is habitus per eandem formalitatẽ eſt virtus intrinſeca vtendi, & docẽdi; vt dictum eſt ſecti ne præcedente, num. 39. ſed vt eſt virtus intrinſeca docendi, eſt ſcientia, vt probatũ eſt in hac ſectione: ergo, & vt eſt virtus intrinſeca vtendi. Si verò ſermo ſit de actu Logicæ vtentis, prout eſt actus vtentis, nõ eſt ſcientia: quia actus Logicæ vtentis, vt talis eſt conſtructio inſtrumentorum ſciendi, prout facta per directionem Logicæ docẽtis: ſed conſtructio ſub hac ratione non eſt ſcientia: ergo, &c. Minorem probo: quia actus ſcientificus, vt talis eſt concluſio deducta ex præmiſsis per veram demonſtrationem: ſed conſtructio inſtrumentorum ſciendi, prout facta per directionem Logicæ docentis non eſt concluſio deducta per veram demonſtrationem; ſed ipſa demonſtratio ſyllogiſmus, aut definitio, &c. facta ea ratione, qua dictat Logica, eſſe faciendam: ergo non eſt ſcientia.

SECTIO V.

Vtrum Logica ſit ars?

ANtequam examinemus; an Logica ſit ars? Oportet inquirere naturam artis: ſi enim hanc ignoremus, qua ratione, eam Logicæ conuenire, ſeu repugnare aſſeuerabimus?

Digitized by Google

PARS I.

Quid ſit ars?

56 ARiſtoteles,lib.6.ethicor. cap.4.ſic artem definiuit. *Eſt habitus cũ vera ratione effectiuus.* Vt autem hanc definitionem explicemus,notandum eſt, Ariſtotelem in eo diſtinxiſſe habitum effectiuum, ſeu factiuum ab actiuo, quod effectiuus ex ſe ordinatur ad operationem, ex qua ſemel tranſacta perſeuerat aliquod opus factum per directionem ipſius habitus effectiui, vt contingit in facultate domificatiua, quę quidem ex natura ſua ordinatur ad ædificandam domum, dirigendo artificem ad eam efficiendam, ita tamen, vt tranſacta ipſa ædificatione.perſeueret domus.Habitum verò actiuum dicit Philoſophus, eſſe illum, qui ex ſe ordinatur ad operationem, ex qua ſemel tranſacta nullum opus remanet, quod factum fuerit per directionẽ ipſius habitus: vt contingit in facultate citharizandi quæ ex natura ſua ordinatur ad citharæ modulationẽ; ita tamen, vt hac tranſacta, nullũ relinquatur opus, quod per directionem prædictæ facultatis factũ fuerit. Tales etiam ſunt Rethorica, & Dialectica, quæ ex ſua natura ordinantur ad operationes, ex quibus ſemel tranſactis nullum opus remanet, quod per directionem earum facultatum factum fuerit. Prædictam diſtinctionem tradidit Philoſophus lib. 1. Magnorum moral.cap.35.

57 Porrò duplicem habitum actiuũ agnoſcit Ariſtoteles: vnum, qui verſatur circa actiones moraliter bonas, ſeu quæ ad bene viuẽdum pertinent,& hunc vocat Prudentiam 6.lib. Ethicor. cap.5.alterum, qui verſatur circa actiones non pertinentes ad bene viuẽdum; vt ſunt facultas citharizandi, Rethorica, & Dialectica &c. Hunc reuocauit ad artem pluribus in locis: nam 6.ethicor.cap.3. enumerans habitus intellectuales, duos tantum aſsignauit circa ea, quæ ſic, vel aliter, hoc eſt, bene, aut malè fieri poſſunt, nempè Artem, & Prudentiam: atqui infra cap.4. Prudentiæ ſolam attribuit actiones conducentes ad bonos mores: ergo reliquos habitus intellectuales, qui verſantur circa actiones non pertinentes ad bene viuẽdum, comprehendit ſub arte. Sed tales ſunt Dialectica, & Rethorica, &c. vt conſtat ex dictis num. 50. ergo ad artem, eas reuocat Ariſtoteles.

58 Deinde ipſe Ariſtoteles lib. 1. Rethor. cap. 2. paulo poſt initium dicit, Rethoricam eſſe artem. Et infra docet eſſe particulam Dialecticæ. Et inferius ex eo, quod nulla ars conſideret ſingularia, deducit, quod *nec Rethorica quod cuique credibile eſt conſiderabit, &c. veluti & Dialectica:* ergo plane reducit has facultates ad artem. Hinc ortum habuit diuiſio artis in artes liberales, & mechanicas, quam tradunt Theologi cum S. Thom. 1. 2. q. 57. artic. 3. ad 3 Artes liberales

Digitized by Google

dicuntur, quæ ex ſe ordinantur ad opera rationis, ſeu actus intellectus conſtruendos, vt Rethorica, Dialectica, &c. Artes mechanicæ dicuntur, quæ ad opera exterius per corpus exercenda dirigunt artificem, vt ſunt domificatiua, frænofactoria, & omnes facultates fabriles.

59 Obijcies Ariſtotelem, qui 6. ethicor: capit. 4. docet, nullum habitum effectiuum dari, qui non ſit ars; neque vllam artem, quæ nõ ſit effectiua: ergo plane excludit a ratione artis omnes habitus actiuos. Reſpondeo, Ariſtotelem locutum fuiſſe in eo loco de arte ſtricte, & proprijſsime ſumpta; non de ijs, quæ reductiue ſpectant ad artem; vt conſtat ex locis pro nobis adductis, in quibus habitus aliquos actiuos reducit ad artem, & iam vſus obtinuit, quod omnes habitus actiui ex ſe ordinati ad actiones non pertinentes ad bonos mores dirigendos, cõprehendantur ſub arte.

60 Ex dictis conſtat, qua ratione ars dicatur habitus effectiuus, & ſub ea comprehendi etiam aliquos habitus actiuos. Vt autem vno nomine omnes comprehendãtur, ſic eam definies. *Eſt habitus cũ vera ratione operatiuus circa ea opera, quæ non pertinent ad bonos mores.* Dicitur autem eſſe habitus operatiuus *cum vera ratione*, vt denotetur, eſſe habitum ex ſe determinatum ad eliciendum iudicium verum. Sic ſe expoſuit Ariſtoteles lib. 6. ethicor. capit. 3. & propterea ibidem à ratione artis, & aliarum virtutum intellectualium excluſit coniecturam, & opinionem: *Nam exiſtimatione,* (inquit) *& opinione fieri poteſt, vt menciamur*: Certe non alia de cauſa has excluſit, niſi, quia non ſunt habitus ex ſe determinati ad eliciendum iudicium verum. Veritas autem iudicij artificioſi in eo conſiſtit; quod ita repræſentet partes, diſpoſitionem, & modum rei efficiendæ, vt ſi potentia executrix iudicio illi ſe conformet in opere producendo, opus peragat eo modo, quo ſecundum ſuam naturam debet fieri.

61 Habitus veró tunc eſt ex ſe determinatus ad eliciendum iudicium verum; cum ex ſe eſt determinatus ad illud deducendum per veram demonſtrationem, aut per veram inductionem. Iudicium enim per veram demonſtrationem, aut per bonam inductionem deductum non poſſe eſſe falſum, omnibus compertum eſt. Hinc eſt, quod non ſit de ratione artis, eſſe ſcientiam; quia ad rationem ſcientiæ requiritur notitia deducta per veram demonſtrationem, vt conſtat ex ſectione præcedente, at vero ad rationem artis ſolum requiritur notitia ex natura ſua vera, ſine deducta ſit per veram demonſtrationem, ſiue per ſolam inductionem, vt dictum eſt: ergo de ratione artis non eſt eſſe ſcientiam.

62 Iudicium verum elicitur ab arte, vt medio illo concurrat ad conſtruendum ſuum obiectum, dirigen-

rigendo potentiam executricem ad eius productionem. Ex.gr. Ars ædificatoria elicit iudicium verũ oſtẽdens, qua ratione conſtruenda eſt domus, (quæ quidem eſt obiectum artis ædificatoriæ) vt medio eo iudicio dirigatur potentia executrix ad conſtruedã domum eo modo, quo conſtrui debet iuxta ſuam naturam. Id expreſsit Ariſtoteles 6. ethicor. cap. 4. *Ars autem* (inquit) *omnis circa generationem verſatur, cõmiſceturque, & contẽplatur, vt eorum aliquid fiat: quæ, & eſſe & non eſſe poſſunt*: ac ſi diceret: omnis ars ex natura ſua ordinatur ad efficiendũ ſuũ obiectũ media contẽplatione, ſeu iudicio dirigente ad eius conſtructionem. Dicit autem; *vt eorum aliquid fiat quæ, & eſſe, & non eſſe poſſunt*, vel (vt initio illius capitis dixerat) *quæ ſic, vel aliter eſſe poſſunt*: quia obiectum artis ſemper eſt aliquid, quod vno, aut altero modo fieri poteſt ab agente, & propterea datur ars circa illud, vt modo illi debito fiat media directione ipſius artis.

63 Addit Ariſtoteles: *quorumque principium eſt in eo, quod facit*: vt oſtendat artem debere exiſtere in eo, qui opus per directionem ipſius artis poſſit exequi; quod clarius expreſſit lib. 11. met. cap. 8. Hinc eſt, cognitionem exiſtentem in Angelo de modo, quo faciẽdus eſt ſyllogiſmus circa res naturales, non eſſe artem, licet media illa poſſit homines dirigere ad faciendos tales ſyllogiſmos: quia, cum ipſe Angelus non poſſit ſyllogiſmos circa res naturales conficere, vt oſtenditur in materia de Angelis, deeſt illi potentia ad opus illud exequendum per directionem ipſius cognitionis.

PARS II.

Nonnulla diſcutiuntur circa naturam artis.

64 **H**Ic eſt primo difficultas: An iudicium verum, medio quo ars dirigit artificẽ ad obiectũ eius exequendũ, debeat eſſe vniuerſale, vel potius ſingulare? Rem explico. Ad hoc vt ars ædificatoria artificem dirigat ad domum conſtruendam, debet medio iudicio vero illi proponere, qua ratione ſit conſtruenda domus. Rogamus ergo: an res id proponat medio iudicio vniuerſali dictante in vniuerſum domum faciendam eſſe hac, aut illa ratione, vel potius medio iudicio ſingulari docente, hanc domum in ſingulari efficiendam eſſe hoc, aut illo modo?

65 Nonnulli recentiores affirmant, ante effectionem cuiuslibet operis artificioſi duas cognitiones præcedere in intelectu: vnam vniuerſalem; & alterã ſingularem. Deinde docent, cognitionem vniuerſalem tribuendam eſſe ſcieatiæ practicæ docẽti, qua ratione opus illud in vniuerſum conſtituendum ſit, ſingularem vero tribuẽdã eſſe arti, ad quam pertinet opus exequi per directionem illius cognitionis ſingularis. Ex. gr. Logicus definitio

tionem aliquam conſtructurus habet iudicium vniuerſale, quo in vniuerſum cognoſcit, definitionem eſſe conſtruendam ex genere, & differentia tali modo diſpoſitis, deinde habet aliud iudicium ſingulare, quo cognoſcit hanc definitionem hic, & nunc eſſe conſtruendam ex hoc genere, & hac differentia hoc modo diſpoſitis. Priori ergo iudicio dicunt iſti authores correſpondere habitum in intellectu Logici, qui ſit ſcientia practica, ad quem pertinet per veram demonſtrationem in vniuerſum cognoſcere, qua ratione conſtruenda eſt definitio. Poſterius vero dicunt tribuendum eſſe alteri habitui, cuius muneris eſt executioni mandare conſtructionem huius definitionis ſingularis per directionem talis iudicij ſingularis.

66 Quod autem præcedere debeat iudiciũ hoc ſingulare probat quia Logicus effecturus eſt definitionẽ ſingularẽ: ergo debet habere cognitionem, qua cognoſcat quomodo facienda ſit hæc definitio ſingularis, ſed hæc cognitio eſt ſingularis ergo, &c. Quod verò hoc iudicium non ſit tribuendũ habitui ſcientifico Logicæ, ſed alteri habitui, qui ſit ars, probant: quia ſcientia ex Ariſtot. non eſt de ſingularibus: ergo iudicium illud ſingulare non poteſt pertinere ad habitum ſcientificum. Deinde ars ex Ariſt. 5. ethic. cap. 4. *comminiſcitur, & contẽplatur, vt verũ aliquid fiat, quæ & eſſe, & non eſſe poſſunt*; hæc autem ſunt ſingularia, quę actio non eſt de vniuerſalibus, ſed ſolũ de ſingularibus; ergo cognitio ſingularis dirigens ad faciendam rem ſingularẽ, ad artem pertinere debet: ergo præter habitum ſcientificum concedendus eſt alius artificialis, cuius muneris ſit dirigere intellectum Logici ad faciẽdam definitionem ſingularem, & idem eſto de reliquis artibus.

67 Dico primò: ad faciendum opus aliquod artificioſum præter iudicium vniuerſale oſtendens, qua ratione conſtruendum ſit illud opus ſecundum ſpeciem, non eſt neceſſarium aliud ſingulare dictans, qua ratione faciendum ſit hoc opus ſingulare. Ita communiter authores. Probatur, quia iudicium dictans, qua ratione faciendum eſt opus artificioſum, non aliter conducit ad ipſum opus, niſi dirigendo artificẽ ad eius conſtructionem; ſed per iudicium vniuerſale dictans, qua ratione facienda ſit definitio, v.g. ſufficienter dirigitur artifex ad faciendam definitionem ſingularem: ergò neceſſarium non eſt iudicium ſingulare dictans, qua ratione efficienda eſt hæc definitio ſingularis. Minorem probo: quia hæc definitio ſingularis non aliter facienda eſt, quàm reliquæ definitiones, cum genere, & differentia conſtare debeat eodem modo diſpoſitis, ac in reliquis definitionibus: ergo ſufficienter dirigitur artifex ad eius effectionem per cognitionem, ſeu iudicium dictans, qua ratione facienda ſit quæcunque definitio: ad quid ergo requi-

requiritur aliud iudicium ſingulare.

68 Eſt tamen aduertendum, duplex iudicium ſingulare poſſe dari circa definitionem ſingularē circa hanc, v. g. *animal rationale*, quæ eſt definitio hominis: vnum dictans hoc genus, & hanc differentiam nempè *animal rationale*, eſſe genus, & differentiam hominis: alterum dictans hanc definitionem, hominis videlicet, conſtruendam eſſe ex genere, & differentia, ſeu ex hoc genere, & ex hac differentia. De hoc ergo vltimo loquimur in concluſione, dum dicimus non eſſe neceſſarium iudicium ſingulare dictans, qua ratione efficienda ſit hæc definitio ſingularis. Primum verò eſt neceſſarium ad conſtruendam hanc definitionem; quia, cum hæc definitio ſingularis materiam requirat ſpecialem diſtinctam à materia reliquarum definitionum, neceſſaria eſt cognitio ſpecialis ſpecialiter oſtendens, quæ nam ſit hæc materia, vt rectè fiat hæc definitio. Hoc tamen iudicium eſt ſpeculatiuum, vt conſtabit ex infra dicendis.

69 Ex dictis facile ſoluitur primum argumentum oppoſitæ ſententiæ: conceſſo enim antecedente, nempe quod Logicus effecturus eſt definitionem ſingularem: diſtguo conſequens: ergo debet habere cognitionem, qua vniuerſaliter cognoſcat, quo modo facienda ſit hæc definitio ſingularis, concedo: qua ſingulariter cognoſcat, quomodo facienda ſit, &c. nego conſequentiam. Eſt dicere: Ad hoc, vt fiat hæc definitio ſingularis, eſt neceſſaria cognitio vniuerſalis, qua in vniuerſum cognoſcatur, quomodo facienda eſt definitio; &, cum hæc definitio ſingularis contineatur ſub definitione in communi, neque diuerſo modo diſponenda ſit eius conſtructio, ac reliquarum definitionum, iam per eam cognitionem vniuerſalem cognoſcetur, qua ratione facienda ſit hæc ſingularis; non tamen eſt neceſſaria prȩter illam cognitionem vniuerſalem alia ſingularis determinatè tendens in hanc definitionem ſingularem eo modo, quo illam ponunt aduerſarij, vt probatum eſt in noſtra concluſione.

70 Dico ſecundo: Iudicium illud vniuerſale dictans, qua ratione conſtruenda eſt definitio, verbi gratia, non ſolum pertinet ad Logicam, vt eſt ſcientia, ſed etiam, vt eſt ars. Ita communiter authores. Probatur primo ex Ariſtotele primo Rethoric. capit. 2. vbi docet, nullam artem conſiderare ſingularia, & ex eo infert Rethoricam non conſiderare, quod cuique credibile eſt; ſed quod omnibus: ergo plane ſentit, proprium eſſe artis iudicium vniuerſale dictans in vniuerſum, qua ratione conſtruendum ſit opus artificio ſum; non vero iudicium ſingulare tendens in hoc ſingulare opus. Ratione etiam probatur: quia

quia iudicium vniuerſale poteſt dirigere artificem ad faciendam diffinitionem ſingularem, vt probatum eſt concluſione 1. ergo pertinet ad artem. Patet conſequentia: quia ars ad nihil aliud requirit iudicium de modo conſtruendi opus artificioſum, niſi vt medio illo dirigat artificem ad tale opus conſtruendum: ergo, cum id fieri poſsit medio iudicio vniuerſali, non eſt cur nõ pertineat ad artem tale iudicium. Hinc colligo, idem iudicium pertinere ad Logicam, vt eſt ars, & vt eſt ſcientia: ſub diuerſa tamen ratione: quia ad artẽ pertinet præciſſe, vt verum eſt determinare; ad ſcientiam verò vt acquiſitum per veram demonſtrationem.

71 Ad argumentum ſecundo loco adductum pro aduerſatijs fateor, iudicium illud ſingulare, quod ipſi adſtruunt, non poſſe tribui Logicæ, vt ſciẽtiæ addo tamẽ neq; tribui poſſe illi, vt artis quia ſicut ſcientia ex Ariſt. eſt de vniuerſalibus, ita etiam ars ex eodem Ariſt. vt conſtat ex loco adducto pro ſecunda concluſione. Ad probationem adductam ex Ariſt. reſpondeo, duo præſtare artem circa opus artificioſum, nempe, & cognoſcere eius naturam, proprietates, partes, qua ratione conſtruendum ſit, &c. & concurrere ad eius conſtructionem. Primum præſtat circa opus artificiale vniuerſale. Secundum verò circa opera artificialia ſingularia; quia cognoſcendo in vniuerſum, qua ratione conſtruẽdum eſt opus artificioſum alicuius ſpeciei, dirigit artificem ad efficiendum quoduis ſingulare contentum ſub tali ſpecie, vt conſtat ex dictis. In hoc ſenſu intelligendus eſt Ariſtoteles adductus pro aduerſarijs ex lib 6. ethicor. cap. 4.

72 Secundò eſt difficultas: An ars ſit facultas pertinens ad ſolam naturam rationalem? Reſpondeo affirmatiue: quia ars, vt cõſtat ex dictis, *eſt habitus cũ vera ratione operatiuus*, hoc eſt, operatiuus medio actu rationis, ſeu iudicio verò; ſed actus rationis pertinet ad ſolam naturam rationalem, quia ipſa eſt, quæ vocatur ratio: ergo ſoli naturæ rationali conuenit, habere artem.

73 Tertiò eſt difficultas: An ars verſetur circa operationes ex ſe liberas? Reſpondeo affirmatiue. Id conſtat planè ex Ariſtot. 6. ethic. cap. 4. vbi poſt quam dixit, artem verſari circa ea, quæ ſic, vel aliter eſſe poſſunt; & circa ea, quæ & eſſe, & non eſſe poſſunt, concludit: *Neque enim eorũ eſt ars, quæ ex neceſsitate vel ſunt, vel fiunt: neque eorum, quæ ſunt ſecundum naturã*: ergo apertè ſentit verſari circa operationes liberas: hæc enim ſunt tũ, quæ, & eſſe, & non eſſe poſſunt; tum etiam, quæ ſic, vel aliter fieri poſſunt: tum denique, quæ nõ fiunt ex neceſsitate, aut ſecundum naturam. Hinc eſt, quod opera artis fieri debeant ex imperio voluntatis: præcedente directione intellectus: quia, cum libertas reſideat in voluntate, nihil poteſt eſſe liberum, niſi immediatè fiat à

vo-

Digitized by Google

voluntate, vel alia potentia, præcedente imperio ipſius voluntatis: deinde, cum ipſa non poſsit imperare, quo l opera artis hac, vel illa ratione fiant, niſi intellectus illi proponat, qua ratione facienda ſunt, neceſſarium eſt, quod intellectus eam dirigat, quod nõ aliter præſtat, niſi media cognitione artis dictantis, qua ratione faciendum ſit opus pertinens ad ipſam artem.

74 Ex dictis conſtat quænam requiratur ad rationem artis. Eſt enim habitus cum vera ratione operatiuus eorũ operũ, quæ cum ad bene viuendũ non pertineant ſecundum ſe, pendent ex libero imperio voluntatis, exiſtitque in eo, qui talia opera elicit, dirigendo ad illa per cognitionem vniuerſalem.

PARS III.
Logica eſt ars.

75 EX hucvſque dictis facilè conſtat, habitum Logicæ eſſe artem. Ratio eſt clara: quia habitus Logicæ eſt actiuus definitionis, diuiſionis, ſyllogiſmi, & demonſtrationis medio actu rationis, ſeu iudicio vero vniuerſali docẽte, qua ratione faciẽdę ſint. eæ operationes, vt ex hucvſque dictis cõſtat. Præterea eſt actiuus earum operationum, quæ nõ pertinent ſecundùm ſe ad bene viuẽdum, cum definitio, diuiſio, ſyllogiſmus, &c. non ſint ſecundùm ſe opera, quibus benè viuimus moraliter: deindę hæc pendent ex imperio libero voluntatis: quia voluntas applicat intellectum ad faciendam definitionem, &c. Vt dicemus ſect. 8. Idque præſtat voluntas præcedente in intellectu actu dirigente, quo docetur, qua ratione hæc omnia per agenda ſint: ergo Logica habet omnia requiſita ad rationem artis: atque adeò, cum ſectione præcedente probatum ſit, eſſe ſciẽtiam; eſt ſimul ars, & ſcientia: Ars quatenus per iudicium determinatè verum dirigit ad conſtruenda inſtrumenta ſciendi, ſcientia verò quatenus tale iudicium deducit per veram demõſtrationem. Nonnulla, quæ contra hanc doctrinam poſſunt obijci, ſoluentur ſect. 8. vbi agemus, an Logica ſit ſcientia practica?

SECTIO VI.
Quid ſit ſubiectum, ſeu obiectum Logicæ.

76 OBiectum ſcientiæ communiter accipi ſolet pro eodẽ ac ſubiectum, de quo agit ipſa ſcientia. Cæterum, ſi propriè loquendum ſit, aliquod eſt diſcrimen; vt conſtabit ex dicendis in hac ſectione.

PARS I.
Nonnulla ſupponuntur ad præſentis difficultatis enodationẽ.

77 MVlta hic miſcentur, à iunioribus, quæ nec ad rem faciunt, nec à neophitis conpre-

hen-

hendi poſſunt, & ideo eis relictis in proprias ſedes, ea ſolum adducam, quæ lucem aliquam afferre poſſunt ad enodandam præſentẽ difficultatem. Duplex aſsignari poteſt ſubiectum ſcientiæ. Vnum eſt illud, in quo ipſa ſcientia recipitur, ſeu inhæret, quod quidem dicitur ſubiectũ receptionis, ſeu inhæſionis: & quod ad hoc attinet, certum eſt, intellectum eſſe ſubiectum receptionis omnium ſcientiarum; quia tam actus intellectus, quam habitus per illos acquiſiti recipiuntur in ipſo intellectu, vt omnes Philoſophi vnanimi conſenſu docent. Alterum ſubiectum ſciẽtię dicitur illud, circa quod verſatur ipſa ſcientia, aliquid de illo probando, ſeu affirmando, & ſecundùm hanc acceptionem ſumitur in præſenti ſubiectum, dum inquirimus, quod nam ſit dialecticæ ſubiectum?

78 Porrò ſubiectum, hac ratione ſumptum aliud eſt adæquatũ, aliud inadæquatum. Adæquatum coaleſcit ex ijs omnibus, de quibus aliquid affirmat, ſeu probat ſcientia. Inadæquatum eſt pars ſubiecti adæquati. Deinde ſubiectum inadæquatum aliud eſt magis principale, quod ſubiectum attributionis vocatur, & eſt illud, cuius perfecta cognitio per ſe intenditur à ſcientia, & cuius occaſione agit de alijs, quæ ad illud pertinent, vel tanquam principia, cauſæ ad partes; vel tanquam proprietates, aut paſſiones; vel tanquam ſpecies, aut contraria, vel tanquam ſuperiora, ſub quibus continetur. Hoc autem ſubiectum debet eſſe aliquo modo vnum in ſe (& vnum aliquid conſtituere cum ſubiecto minus principali) vel vnitate vniuoca, vel analoga, vel vnitate ordinis, vel alio modo, ita vt poſſit aliquo modo per vnam definitionem explicari, & aliquas habeat proprietates, quæ de illo poſsint demonſtrari; alioqui non poterit vna ſcientia verſari circa illud. Aliud eſt ſubiectum minus principale, ſeu attributum; ſub quo continentur ea omnia, de quibus agit ſcientia, eo quod ad ſubiectum attributionis pertineant aliquo ex prædictis modis.

79 Rurſus ſubiectum aliud eſt materiale: & eſt illud, quod attingitur à ſcientia ratione alterius; aliud eſt formale, & eſt illud, quod, & attingitur à ſciẽtia ratione ſui, & ratione cuius attingitur ſubiectũ materiale, vt in Philoſophia ſubiectum materiale ipſius Philoſophiæ dicitur eſſe ſubſtantia compoſita ex materia, & forma, & ſubiectum formale dicitur eſſe mobilitas; quia Philoſophia agit de ſubſtantia cõpoſita, prout mobili, & ideo mobilitas attingitur ratione ſui à Philoſophia, & eſt id ratione cuius, aut ſub qua attingitur ab ipſa hilophia ſubſtantia compoſita.

80 Obiectum verò ſcientiæ (ſi propriè loquẽdum ſit) dicitur id, quod intellectui obijcitur per actus ipſius ſcientiæ: ſiue tanquam ſubiectum, de quo aliquid affirmatur,

matur, aut probatur: ſiue tãquam prædicatum, quod de altero affirmatur, aut probatur. Itaque obiectum latius patet, quam ſubiectum ſcientiæ; quia ſubiectum eſt illud ſolum, quod per actus ſcientię attingitur tanquam id, de quo aliquid probatur, affirmatur, ſeu negatur: obiectum verò includit non ſolum id, de quo aliquid probatur, ſed etiam id, quod de ſubiecto affirmatur, aut probatur per actus ſcientiæ: cum autem omnis actus ſcientię, vel ſit concluſio deducta ex pręmiſsis, vel vna ex pręmiſsis, ex quibus deducitur concluſio, eſt neceſſarium, quod obiectum adæquatum ſcientiæ coaleſcat ex obiectis pręmiſſarum, & ex obiectis concluſionum pertinentium ad talem ſcientiam.

81 Hæc tamen obiecta ita inter ſe comparantur, vt obiecta cõcluſionum ſe habeant vt obiectũ materiale ſcientiæ; obiecta verò præmiſſarum, vt obiectum formale: quia obiectum formale debet eſſe id, ratione cuius intellectus alteri aſſentitur, aut diſſentitur: & materiale id, cui aſsẽtitur, vel diſſentitur intellectus ratione alterius; ſed ſic ſe habent obiecta præmiſſarũ, & obiecta concluſionũ: ergo, &c. Minorem probo: quia tunc intellectus dicitur aſſentiri, aut diſſentiri vni ratione alterius, quando hoc inducit, & mouet ipſum intellectũ ad aſſentiendũ, vel diſſentiendum illi: ſed obiectum præmiſſarum mouet, & inducit intellectum ad aſſentiendum, vel diſſentiendum obiecto concluſionis: quia ex aſſenſu, vel diſſenſu circa obiectũ pręmiſſarum determinatur ad aſſenſum, ſeu diſsensũ circa obiectum concluſionis eo modo, quo dicemus in lib. de Anima, vbi etiam dicemus, an obiectum præmiſſarum ſit obiectum formale intrinſecum reſpectu obiecti concluſionis, an ſolum extrinſecum: ergo obiectum præmiſſarum eſt id, ratione cuius intellectus aſſentitur, vel diſſentitur obiecto concluſionis; ac perconſequens hoc eſt obiectum materiale, illud verò formale ſcientiæ. Hæc de obiecto, & ſubiecto ſcientiarum in genere.

82 Certum ergo eſt primò, inſtrumenta ſciendi, qualia ſunt definitio, diuiſio, argumẽtatio, & earum ſpecies, pertinere ad ſubiectum Logicæ, quia earum naturas inueſtigat; & multa de eis probat, ac concludit, vt nullus ignorat. Certum eſt ſecundò, hæc obiecta mẽte, voce, & ſcriptis fabricari: quia id ipſum, quod apud nos metipſos interiùs per mẽtis cõceptus definimus, diuidimus, & probamus, definimus poſtmodũ, diuidimus, & probamus alijs exterius per verba, & ſcripturas. Hinc eſt; quod mentalibus ſolũ conueniat propria ratio inſtrumẽtorũ ſciẽdi: quia hæc ſunt quibus reuera rerũ naturas, earum partes, & proprietates ſcimus; verbis verò, & ſcripturis non quidem ſcimus; ſed manifeſtamus alijs ea, quæ mentali ſciẽtia cõparauimus; & propterea hæc non dicuntur propriè inſtrumenta ſciẽdi; ſed ſolum per

analogiam ratione ſimilitudinis, quam habent cum definitione, diuiſione, & argumentatione mentali. Dicuntur tamẽ propriè inſtrumenta docendi: quia medijs illis docemus alios ea, quæ nos ſcimus.

83 Certum eſt tertio, in definitione, diuiſione, & argumentatione mentali duo inuolui (& idẽ eſt de vocalibus, & ſcriptis) nempe, & actum intellectus, & obiectum talis actus. v.gr. in definitione mentali hominis inuenitur, & actus intellectus repræſentans expreſſe naturam hominis, & ipſa natura hominis expreſſe repreſentata, hæc dicitur conceptus obiectiuus; ille cõceptus formalis, & vtrumque includit definitio. Probatur: quia nõnulla tribuũtur definitioni, quæ verificari non poſſunt niſi de conceptibus obiectiuis: vt, quod cõſtet genere, & differẽtia: quod prædicetur de definito, & cum illo conuertatur, & alia ſimilia: neque enim id, quod eſt prædicari de definito, aut eſſe genus, & differẽtiã cõuenit cõceptibus formalibus; ſed obiectiuis, prout taliter repræſentatis per ipſos cõceptus formales, vt ex dicẽdis circa prædicabilia conſtabit. Deinde nonnulla alia conueniunt definitioni ratione conceptuum formalium: vt, quod explicet naturã definiti; ſit clarior illo, &c. Claritas enim, & explicatio non inuenitur in obiectis ſed in actib⁹ repræſentantibus ipſa obiecta, vt omnibus compertum eſt: ergo definitio mẽtalis nõ includit ſolum conceptus formales, aut ſolum conceptus obiectiuos; ſed coaleſcit ex vtriſque.

84 Ita tamẽ coaleſcit ex vtriſque, vt cõceptus obiectiui ſe habeant vt materia, & cõceptus formales vt forma: quia obiecta ex ſe indifferẽtia vt definitionem, diuiſionem, argumentationem, aut ſyllogiſmum cõſtituant, determinantur per hos conceptus formales ad cõſtituẽdam definitionem; per illos ad diuiſionem; & per alios ad argumentationem, ac ſyllogiſmum. Natura enim hominis prout ſubeſt conceptui claro de animali & rationali, fit clarior ſaltem obiectiue ſe ipſa, vt definitũ eſt; conſtituitur cõſtans genere, & differentia, prædicabilis de definito, & cõuertibilis cum illo. Deinde natura animalis prout cognita per conceptum diuidẽtem illam in hominẽ, & brutum, conſtituitur in eſſe diuiſionis obiectiuæ, ac in eſſe diuiſi, & cõtrahitur ad mẽbra diuidẽtia, &c. Præterea extrema propoſitionum ſyllogiſmi, prout cognita per talẽ cognitionem, cõſtituuntur vnita cum medio in præmiſsis, & poſteà vniuntur inter ſe in concluſione: ergo omnia inſtrumenta ſciendi coaleſcunt ex cõceptibus obiectiuis, vt materia, & ex conceptibus formalibus, vt forma.

85 Certum eſt quarto, cõceptus formales non eſſe formas intrinſecè inhærentes conceptibus obiectiuis; ſed formas extrinſecas: quia cõceptus formales ſunt in intellectu, & obiectiui ſũt extra intel-

Digitized by Google

intellectum. Au verò concedẽda ſint entia aliqua rationis intrinſeca conceptibus obiectionis, per quæ conſtituantur intrinſecè in eſſe definitionis, diuiſionis, &c. dubium eſt inter authores, cuius reſolutio pertinet ad tractatũ de vniuerſalibus. Certum eſt quintò ea, quæ diximus eſſe inſtrumenta ſciẽdi ad triplicem operationem intellectus pertinere. Definitio enim præciſſe ſecundùm ſe ſumpta pertinet ad ſimplicem apprehenſionem, quæ prima operatio intellectus dicitur. Diuiſio pertinet ad iudicium, quæ eſt ſecũda: ad quam etiam pertinet definitionem de ſuo definito prædicare. Argumentatio denique pertinet ad diſcurſum, qui tertia operatio intellectus nuncupatur.

86 His præiactis, inueſtigandũ modo, quod nam ſit ſubiectum adæquatum Logices? Quod nam ſubiectum attributionis? Et quod nam formale, & materiale? Quæ omnia facilè reſolui poſſunt ex prænotis.

PARS II.

Declaratur, quod ſit Logices ſubiectum.

87 IN hac re in tot ſentẽtias diſtracti ſunt athores; vt vix vnus cum altero conſentiat in omnibus, quæ ad ſubiectum Logices ſpectant. Ego vero vt clarius, & breuiùs rem totam expediam nõ morabor in recenſendis omnium opinionibus; ſed meam proponam nonnullis concluſionibus. & poſt quamlibet concluſionẽ ſubiungam obiectiones, quæ contra illam opponi ſolent pro oppoſitis ſententijs.

88 Dico primò: ſubiectũ adæquatum Logicæ coaleſcit ex definitione, diuiſione, vniuerſalibus, & prędicabilibus, ſubiecto, prędicato, copulà, nomine, & verbo, propoſitione, & eius terminis, argumẽtatione, & eius ſpeciebus, proprietatib⁹, & diſpoſitione. Ita P. Hurt. diſp. 1. Logicæ ſect. 2. Probatur: quia ſubiectũ adæquatum Logicæ debet coaleſcere ex omnib⁹ ijs, quorũ naturas inueſtigat ipſa, & de quibus aliquas proprietates probat: ſed ita ſe habet Logica reſpectu eorum, quę enumerauimus: ergo ex omnib⁹ illis coaleſcit ſubiectũ adæquatum illius. Maior admittitur ab omnib⁹. Minor probatur: quia de ſubiecto prædicato, copula, nomine, verbo, & propoſitione agitur in libris Periherm. ſeu de Interpret. de vniuerſalibus, & prædicabilibus in Iſagoge Porphirij de diuiſione, & definitione certũ eſt agi in Logica, licèt non extent libri, in quibus de his egit Ariſtoteles: de argumẽtatione, & ſyllogiſmo in cõmuni, eius extremis, &c. agitur in lib. de priori reſol. de ſyllogiſmo probabili in lib. Topic. de fallaci in lib. Elenchor. de demonſtratiuo in lib. de Poſter. ergo ex his omnibus coaleſcit ſubiectũ adæquatum logicæ.

89 Obijcies contra hanc concluſionem Logica inuenta eſt, vt doceat rectè facere tres operationes intellectus: ſed nõ docet quo

modo facieda ſint recte vniuerſalia, & prædicabilia: ergo nō pertinent hæc ad ſubiectū adæquatum Logicæ. Minor probatur: quia vniuerſalia fiunt per apprehenſionem omnino ſimplicē: ſed Logica nō docet quomodo debeamus apprehendere per apprehenſionē omnino ſimplicē, ſicut neq; docet quomodo debeamus recte videre aut imaginari: ergo nō docet, quomodo faciēda ſint vniuerſalia. Fateor. Logicā inuentam eſſe, vt doceat recte facere tres operationes intellectus: at id non aliter docet niſi earum naturā indagando; quā vt ſatis peſpectā habeat, eſt neceſſarium, quod omnes eius partes, proprietates, cauſas: & quidquid ad illas pertinet diſquirat, & perfectè cognoſcat. Cum autem vniuerſalia, & prędicabilia ſin partes definitionis, neque eorum cognitio parùm cōducat ad perfectam cognitionem diuiſionis, ſyllogiſmi, & demonſtrationis, oportet, quod Logica de eis agat, & eorū naturam, ac proprietates inquirat: ac per conſequens ad ſubiectum adæquatū ipſius Logicæ pertinere debent. Vnde ad obiectionem conceſſa maiori, & minori prioris ſyllogiſmi, nego conſequētiam: quia non ſolum pertinēt ad ſubiectum Logicæ ea, quæ docet recte facere ipſa Logica; ſed etiā ea, quorum cognitio ad illorum perfectam cognitionem conducit. Talia autem ſunt vniuerſalia, & prædicabilia, & ideò pertinere debent ad ſubiectum adæquatum

90 Dico ſecundò: ſubiectum materiale in his, quæ aſsignauimus, ſunt cōceptus obiectiui; formale verò ſunt conceptus formales, prout conſtituunt obiectiuos in eſſe definitionis, diuiſionis, argumētationis, ſyllogiſmi, &c. Probatur prima pars de ſubiecto materiali: quia ſubiectum materiale ſcientiæ eſt illud, quod non ratione ſui; ſed ratione alicuius formæ illi ſupperadditæ attingitur ab ipſa ſpecie, vt conſtat ex num. 79. atqui tales ſunt conceptus obiectiui in Logica; ergo ſunt ſubiectū materiale ipſius Logicæ. Minorē probo: quia conceptus obiectiui nō attingūtur à Logica, niſi prout conſtituunt definitionē, diuiſionem, ſyllogiſmum, genera, & ſpecies, &c. atqui hæc omnia conſtituunt prout ſubſunt conceptibus formalibus: neque enim *animal rationale* eſt definitio niſi prout ſubeſt cognitioni explicitæ hominis; neque animal eſt vniuerſale, niſi prout ſubeſt cognitioni abſtrahenti illud ab Inferioribus, & ſic de alijs: ergo conceptus obiectiui attinguntur à Logica ratione cōceptuum, quibus ſubſunt.

91 Hinc facilè probatur ſecunda pars de ſubiecto formali: quia conceptus formales prout conſtituentes obiectiuos in eſſe definitionis, &c. ſunt id, ratione cuius, vel ſub quo attingūtur à Logica ipſi conceptus obiectiui; ergo ſunt ſubiectum formale ipſius Logicæ. Conſequentia patet ex definitione ſubiecti formalis adducta num. 79. Itaque

conceptus formales ſecundùm ſe ſumpti cum duobus extremis cõferri poſſunt, nempè, & cum anima à qua phyſicè producuntur, & cum conceptibus obiectiuis, quibus denominationes tribuunt definitionis, diuiſionis, &c. Secundùm priorem rationem pertinent ad Philoſophiam, cuius eſt agere de anima, eius potentijs, actibus, & obiectis ſecundùm ſe ſumptis: ſecundùm poſteriorem verò, pertinent ad Logicam, cuius eſt agere de denominationibus (quas vocant ſecundas intentiones) prouenientibus obiectis ab actibus intellectus; vt per earum cognitionem dirigatur ipſe intellectus ad rectè diſponendas ſuas operationes.

92 Obijcies primò: id, quod Logica conſiderat in ſuo ſubiecto eſt pro formali ens rationis fictum: ergo ſubiectum formale Logicæ eſt ens rationis fictum. Antecedens probatur: quia Logica conſiderat conceptus obiectiuos, vt ſunt definitiones, genera, & ſpecies: ſed conceptus obiectiui conſtituuntur in eſſe definitionis, generum, &c. per entia rationis ficta. ergo ſubiectum formale eſt ens rationis fictum. Minor eſt certa, quia in animali, & rationali nihil eſt reale, ratione cuius conſtituantur in eſſe definitionis, generis, differentiæ, &c. Nego primùm antecedens. Ad probationem, conceſſa maiori, nego minorem: quia, vt infra dicemus, hoc, quod eſt eſſe definitionem, genus, & differentiam, conuenit obiectis per denominationem extrinſecam prouenientem illis ab actibus realibus intellectus. Ad probationem fateor, in animali, & rationali nihil eſſe reale intrinſecum, ratione cuius conſtituantur in eſſe definitionis, generis, &c. Cum hoc tamen rectè componitur, quòd in eſſe talium conſtituantur per denominationem extrinſecã prouenientẽ illis ab actibus realibus intellectus.

93 Sed age iam admittamus, obiecta conſtitui in eſſe definitionis, generis, ſpeciei, &c. formaliter per entia rationis ficta intrinſeca ipſis obiectis; vt multorum ſententia fert: adhuc in hoc caſu non eſſet concedẽdum, entia rationis eſſe ſubiectum formale Logicæ: quia duo tunc poſſent diſtingui in obiecto definitionis, v.g. nempè, & quod cognoſceretur per actum expreſsè repræſentãtẽ naturam ipſius obiecti, & quod ex hoc actu reſultaret in ipſo obiecto ens quoddam rationis fictũ, ratione cuius conſtitueretur formaliter, & intrinſecè in eſſe definitionis.

94 Illud ergo primũ eſt, quod per ſe attingitur à Logica tanquã ſubiectũ formale, hoc verò ſecundũ nullatenus eſt de ratione ſubiecti formalis ipſius Logicæ: quia id, quod Logica circa definitionem conſiderat, eſt, quod explicet naturam definiti, ſit clarior illo, & de ipſo poſsit mutuò prædicari, &c. at qui hæc omnia verificantur ex eo præcisè, quod

definitum attingatur per cognitionem expreſsè repræſentantem naturam ipſius; ſiue ex tali cognitione reſultet in re cognita ens rationis, ſiue non: ergo per accidens ſe habet ens rationis ad ſubiectū Logicæ. Minorem probo: quia ex eo præciſſe, quod detur cognitio expreſſe attingens prædicata intrinſeca rei, quæ definitur; explicatur natura illius, & clariùs apparet, quam antea præterea id, quod per illam cognitionem repræſentatur poteſt mutuo prædicari de definito: ergo impertinenter ſe habet ens rationis ad ea, quę Logica conſiderat de ſuo formali ſubiecto.

95 Idem dicendum eſt de genere, ſpecie, differentia, &c. quia id, quod Logica in his cōſiderat, eſt, quod abſtrahantur à ſuis inferioribus, & de illis prædicari poſſint: atqui ſiue hæc conſtituantur formaliter in eſſe generis, &c. per entia rationis ficta in rebus abſtractis, ſiue non, abſtrahentur ab inferioribus per actus reales intellectus cognoſcentes illa ſine ſuis inferioribus, & deinde poterunt prædicari de illis per actus reales affirmantes illa de ipſis inferioribus: ergo ad ea, quæ Logica conſiderat in generibus, ſpeciebus, &c. impertinenter ſe habent entia rationis in ipſis generibus, ſpeciebus, &c. conficta. Hęc omnia clara fient quādo agamus de vniuerſalibus, & prædicabilibus. Dices: ad quam ergo ſcientiam pertinebunt entia illa rationis conficta ſi dentur? Reſpondeo, pertinere ad metaphyſicā, cuius eſt agere de omni ente ſiue reali, ſiue ficto. Vel pertinebunt ad Logicam, non vt ſubiectum formale illius, ſed vt quid conſequens, ſeu comitans ſubiectum formale illius.

96 Obijcies ſecundò: Logica ex ſe ordinatur ad dirigēdas operationes, ſeu conceptus formales intellectus: ergo hi vt dirigibiles ſunt Logicæ ſubiectum; ita tamē, vt ipſi conceptus formales ſint ſubiectum materiale, & dirigibilitas ſit ſubiectum formale. Multa hic continētur digna examine. In primis non rectè dicitur, operationes intellectus eſſe dirigibiles per logicam: quia logica non dirigit operationes ſed intellectum vt bene eliciat ipſas operationes: ſicut Architectura non dirigit domum conſtruendam ab artifice; ſed potius artificem, vt bene conſtruat domum.

97 Deinde demus eſſe dirigibiles ipſas operationes intellectus. Vel hæc dirigibilitas eſt in illis capacitas quædam intrinſeca ad hoc, vt dirigantur à Logica; quæ quidem dicitur dirigibilitas radicalis, vel denominatio quędā extrinſeca iſtis proueniens ab actibus Logicæ illas dirigentibus, quæ dicitur dirigibilitas formalis. Si hoc vltimum, nullatenùs poſſunt attingi à Logica, vt dirigibiles; quia dirigibilitas ſecundùm hanc rationem conſtituitur in eſſe talis per ipſos actus Logicæ; ergo non poteſt Logica per ſuos actus hanc dirigibilitatem,

vt

vt ſubiectum formale attingere; quin ſimul attingat ipſos actus; ſed actus Logicæ non attingunt ſe ipſos: vt experientia conſtat; neque enim, per actum quo cognoſcimus, definitionem eſſe clariorē ſuo definito, cognoſcimus ipſum actum: ergo Logica non attingit operationes intellectus, vt dirigibiles ſecundò illo modo. Si vero ſermo ſit de dirigibilitate primo modo ſumpta, hoc eſt de dirigibilitate radicali, hæc non diſtinguitur ab intrinſeca entitate operationum, quæ quidem eatenus ſunt ex natura ſua capaces directionis, quatenùs ex natura ſua ſunt tales, quæ poſsint cum cōceptibus obiectiuis cōponere, ſeu conſtituere definitionē, diuiſionē, argumentationē, ſyllogiſmū, &c. Et ſecundū hanc rationē iam fatemur, has operationes eſſe ſubiectum formale Logicæ; at non alia de cauſa, niſi quia ſecundùm hanc rationem ſunt id, ſub quo attinguntur conceptus obiectiui, cum quibus conſtituunt definitionem, &c. Itaque ſi hæ operationes non eſſent tales, quæ cōceptus obiectiuos conſtituere poſſent in eſſe definitionis, diuiſionis &c. non eſſent dirigibiles à Logica, neque ad eam pertinerent, quando quidem reliqua omnia, quæ in illis inueniuntur ad Philoſophiam ſpectāt, vt Philoſophus edisces. Hinc eſt, quod non aliter ad Logicam ſpectent, niſi vt ſubiectum formale, ſub quo conceptus obiectiui attinguntur ab ipſa Logica. Et ſi quid probat de ipſis conceptibus formalibus ſecundū ſe ſumptis, in eum finem probat, vt meliùs inde cognoſcat, quas denominationes tribuat conceptibus obiectiuis, ac perconſequens ſemper illos conſiderat, vt ſunt rationes, ſub quibus attingit iſtos.

PARS III.

De ſubiecto attributionis Logicæ.

98 Dico tertiò: ſubiectū attributionis Logicæ eſt demoſtratio. Ita P. Vazq. 1. p. diſp. 4. cap. 1. P. Puent. Hurt. hic diſp. 1. ſect. 5. vbi adducit pro ſe Simplic. Themiſtium, Philoponū, & nonnullos Recētiores. Probatur: quia illud eſt ſubiectum attributionis alicuius ſcientiæ, ad cuius perfectam cognitionem, & primario dirigitur ipſa ſententia, & cōducunt reliqua omnia, de quibus ſeorſim agitur in eadem ſciētia, vel vt partes, cauſæ, aut principia, vel vt ſuperiora, ſub quibus continetur; vel vt proprietates, ſpecies, oppoſita, &c. Sed ita ſe habent reſpectu demonſtrationis ea omnia, de quibus agit Logica: ergo demonſtratio eſt ſubiectum attributionis Logicæ. Minorem probo; & primò, quod Logica primario dirigatur ad perfectā cognitionem demonſtrationis: quia Logica ex primaria ſua intentione directa eſt ad inueſtiganda ea, quibus perfecta rerum ſcientia comparatur, vt admittunt omnes: ſed hæc comparatur per demon-

monſtrationem, vt docet Ariſtoteles 1. lib. Poſter. c. 2. cuius meminimus ſupra ſect. 4. n. 44. ergo ex primaria ſua inſtitutione directa eſt ad perfectam cognitionem demonſtrationis.

99 Deinde, quod reliqua omnia de quibus agitur in Logica, referantur, aut conducant ad perfectam cognitionem demonſtrationis, facile probatur. Et in primis, quod Logica in ordine ad demonſtrationē agat de ſyllogiſmo, propoſitione, termino, & reliquis pertinentibus ad ſyllogiſmum, docuit expreſsè Ariſtoteles lib. 1. de Prior. reſolut. vbi acturus de ſyllogiſmo ſic incipit; *Primum dicere, circa quod, & cuius ſit conſideratio; quoniam circa demonſtrationem, & ſcientiæ demonſtratiuæ. Poſtea determinare, quid ſit propoſitio, & quid terminus, & quid ſyllogiſmus, &c.* Vbi clare docet tractatũ de ſyllogiſmo propoſitione, &c. ordinari per ſe ad conſiderationẽ, ſeu cognitionem perfectã demonſtrationis. Et ratione facilè probatur: quia ad perfectam cognitionẽ alicuius compoſiti maximè conducit cognitio partium, ex quibus coaleſcit, generum, ſub quibus continetur, & ſpecierũ, quas ſub ſe continet; eorum etiam quæ cum illo opponũtur, &c. ſed ea omnia, de quibus agitur in Logica pertinent ad demonſtrationẽ aliquo ex prædictis modis: ergo cognitio eorum conducit ad perfectam cognitionem demonſtrationis.

100 Minorem probo: quia in primis ſyllogiſmus eſt genus, ſub quo demõſtratio cõtinetur: deinde propoſitio eſt pars demonſtrationis, ac per conſequens ea omnia, ex quibus coaleſcit propoſitio, vt ſunt terminus, ſubiectum, prædicatum, & copula, vniuerſalia, ac prædicabilia, & recta horũ coordinatio debent pertinere ad ipſam demonſtrationem. Præterea definitio eſt medium potiſsimum ad demonſtrandas proprietates de definito; quia, cum ea explicet eſſentiã, quæ eſt cauſa proprietatum; eo ipſo, quod affirmatur in præmiſsis de definito, concluduntur rectè proprietates de ipſo definito. Deinde idem eſt de diuiſione, quia vel non diſtinguitur à definitione, vel ſaltem maximè conducit, vt demonſtrentur proprietates diuiſi. Et deniq; notitia ſyllogiſmi probabilis, & falſigraphi; vtpotè qui oppoſiti ſunt cum demonſtratione, & ipſa imperfectiores, non parũ conducit, vt dignitas, & excellentia ipſius demonſtrationis melius innoteſcat: ergo ea omnia, de quibus agitur in Logica pertinent ad demonſtrationem aliquo ex prædictis modis.

101 Dices: definitio duo dicit, & eſſe modum ſciendi, & eſſe cauſam proprietatum: vt cauſa eſt proprietatum pertinet ad demonſtrationem, tanquam pars illius; at vero vt eſt modus ſciẽdi, non eſt pars demonſtrationis, & ideo attingitur per ſe à Logica, non vt ſubiectum attributum, ſed vt ſubiectum attributionis. Sed

con-

cōtra definitio, vt eſt modus ſciēdi, eſt pars demonſtrationis: ergo adhuc vt talis, eſt ſubiectū attributum reſpectu ipſius demonſtrationis. Antecedēs probatur: quia definitio eſt modus ſciendi, prout eſt explicatio, ſeu declaratio eſſētiæ, & naturæ definiti: atqui vt explicatio, & declaratio eſt eſſentiæ eſt pars demonſtrationis; quia vt talis eſt medium, per quod proba mus proprietates, & paſsiones de definito, vt probatum eſt: ergo vt eſt modus ſciendi, eſt pars demonſtrationis.

102 Inſtabis: etiam ſi non eſſet poſsibilis demonſtratio, vel ſaltē nulla notitia eſſet de illa, poſſet Logica inueſtigare naturam definitionis: at qui in eo caſu ageret per ſe definitione, & non in ordine ad demonſtrationem: ergo & modo etiam aget per ſe de illa, & non in ordine ad demonſtrationē. Admiſſa maiori, quæ ſub lite eſt; reſpondeo, quod in eo caſu foret hæc pars Logicæ, quæ modo agit de definitione: nec ordinaretur ad demonſtrationem tanquam ad ſubiectum attributionis: quia nō eſſet pars illius. At verò nunc cū defacto ſit pars demonſtrationis, defacto ordinatur ad illam, tanquam ad ſubiectū attributionis; quia ad eandem ſciētiam; ad quā pertinet agere de toto, pertinet etiam agere de eius partibus ſeorſim tanquam de rebus ad aliud pertinentibus.

103 Obijcies: omnia de quibus agit Logica, pertinent ad ſyllogiſmum incommuni, vel tanquam partes phyſicæ, cauſæ, aut principia, vt conſtat ex dictis; vel tanquam ſpecies; quia omnes ſyllogiſmi particulares, vt ſunt demonſtratio, ſyllogiſmus topicus, &c. ſunt ſpecies ſyllogiſmi in cōmuni: ergo non eſt, cur demonſtratio potius, quam ſyllogiſmus in communi dicatur ſubiectū attributionis logicæ. Fateor, omnia, quæ tractantur in Logica reuocari poſſe ad ſyllogiſmū in cōmuni; ſicut reuocantur ad demōſtrationem. Nihilominus demonſtratio potius, quàm ſyllogiſmus dicenda eſt ſubiectum attributionis, tum quia ſyllogiſmus eſt pars intrinſeca, & eſſentialis metaphyſica demonſtrationis; & vt omnes norunt cognitio partium eſſentialium per ſe conducit, & ordinatur ad perfectam cognitionē totius, potiùs quàm ècontra, quia perfecta cognitio totius ſupponit per ſe perfectā cognitionem partium, non verò ècontra: tum etiā, quia intellectus noſter inter alias operàtiones, quas exercere poteſt circa obiecta pro hoc ſtatu, primario appetit ſciētiā, quæ quidem per demonſtrationē cōparatur; & ideo Logica, quæ ex prima ria ſua inſtitutione inuenta eſt, vt intellectum dirigat in ſuis operibus, primariò ordinari debet ad directionem demonſtrationis.

104 Id quod diximus de ſubiecto attributionis intelligendū eſt de demonſtratione mentali, non de vocali, aut ſcripta: quia, cum hæ non ſint inſtrumenta ſciendi, niſi per ordinem ad mentalem,

vt diximus ſupra num. 82. neceſſariū eſt, quod Logica, cuius muneris eſt agere de inſtrumentis ſciendi; non agat de illis niſi per ordinem ad demonſtrationē mentalem, & ideo non aget de illis, tanquam de ſubiecto attributionis; ſed tanquam de ſubiecto attributo. Idem dicito de definitione, diuiſione, ſyllogiſmo, &c. vocalibus; de quibus non aliter agit, niſi per attributionem ad mentales propter rationem traditam.

SECTIO VI.

Vtrùm Logica ſit vnus ſimplex habitus, vnave ſimplex qualitas?

105 QVilibet actus ſcientificus (vt ſæpè dictū eſt in præcedentibus) producit in intellectu qualitatem quandam, quæ dicitur habitus, cuius formalis effectus eſt reddere intellectum facilem ad eliciendos alios actus ſimiles. Inquirimus ergo, an omnes actus Logicæ generent vnum tantum habitum, qui reddat intellectum facilē ad eliciendum quemcunque actum Logicę facultatis, vel potiùs generent plures habitus realiter diſtinctos, & non vnitos, quorum ſinguli intellectum facilitent ad actus pertinentes ad ſingulas partes ſubiecti ipſius Logicæ: ita vt vnus habitus facilitet ad actus pertinentes ad definitionem, & alius ad actus pertinentes ad ſyllogiſmum, &c? Quod ſi primum contingat, erit Logica vnus habitus, & vna qualitas. Si verò ſecundum, erit plures habitus, & plures qualitates.

106 Rurſus aduertendum eſt; quod ſi Logica ſit vnus habitus tali modo poteſt eſſe vnus, vt cōponatur ex diuerſis partibus phyſicè vnitis inter ſe; per quarū ſingulas extendatur ad actus pertinentes ad ſingulas partes ſubiecti ipſius Logicæ: & ſic non erit ſimplex habitus, aut qualitas; ſed cōpoſitus ex partibus quaſi integrātibus, vel tali modo poteſt eſſe vnus, vt non cōponātur ex diuerſis partibus; ſed ſit ſimplex quædā, & indiuiſibilis entitas, quæ ſecundū ſe totā extendatur ad quemlibet actū. Et ſic erit vnus ſimplex habitus. In præſenti ergo inquirimus, an Logica ſit vnus habitus, ita, vt ſit omnino ſimplex; vel ſaltem an ſit cōpoſitus ex pluribus partibus Phyſicè vnitis inter ſe.

PARS I.

Referuntur, & refutantur duæ ſententiæ.

107 PRima ſententia docet, Logicam non ſolum eſſe vnū habitum; ſed etiam eſſe omnino ſimplicem. Ita Caiet. 1. 2. quæſt. 54. artic. 4. Capreol. quæſt. 3. Prologi, & alij, quos refert P. Suar. in Metaph. diſput. 44. ſect. 11. num. 22. Probant primò, quod ſit vnus habitus: quia Logica eſt vna ſcientia: ergo eſt vnus habitus. Antecedens eſt certum; quia non dantur plures Logicæ; ſed vna tantum. Conſequentia

verò

verò facilè probatur: quia ſciētia eſt habitus per demonſtrationem acquiſitus; ergo, cum Logica ſit vna ſcientia, erit etiam vnus habitus.

108 Quod verò iſte habitus ſit omnino ſimplex, probant: quia, ſi talis habitus cōponeretur ex partibus diſtinctis, ea deberēt diſtingui ſaltem numero: ſed in eodem indiuiſibili ſubiecto, quale eſt intellectus, non poſſunt accidentia numero diuerſa ſubiectari: ergo neque habitus, qui cōſtet talibus partibus poterit ſubiectari in intellectu, ſed Logica ſubiectari debet in intellectu: ergo non poteſt eſſe habitus compoſitus ex partib' diſtinctis; ſed debet eſſe omnino ſimplex. Idem ſentiunt iſti authores de habitibus aliarū ſcientiarum.

109 Diſsident tamen in explicando, vnde nam deſumenda ſit vnitas horum habituum. Quidā enim dicunt, vnitatē deſumendā eſſe ex abſtractione à materia, ita vt illa ſciētia, ſeu habitus ſit vn', qui attingit ſubiectum, cui' partes omnes abſtrahunt eodē modo à materia. Triplicēque aſsignant abſtractionē à materia, vnā vocant abſtractionem á materia ſingulari; alteram à materia ſenſibili; tertiam deniq; à materia intelligibili. Ea autem ſcientia dicitur aſtrahere à materia ſingulari quæ agit de ſubiecto aliquo ſenſibili præſcindendo à ſingularitatibus, ſeu differētijs indiuidualibus illius. Talem dicunt eſſe Philoſophiam, quia hæc agit de ente naturali, quod ex vna parte eſt materia ſenſibilis, cum percipiatur per ſenſus, ex alia vero nō attingitur â philoſophia, prout contractum ad ſua ſingularia; quia ſcientia non agit de ſingularibus.

110 Deinde ea ſcientia dicitur abſtrahere à materia ſenſibili; quæ cum agat de ſubiecto aliquo corporeo) quod, cum intellectui objiciatur, vt quid materiale, & corporeum, dicitur materia intelligibilis) illud tamen non attingit vt ſenſibile; hoc eſt, ſub aliqua forma ratione ſui perceptibili per ſenſus. Tales dicunt eſſe Mathematicas diſciplinas: quia agunt de quantitate ſecundum ſe ſumpta, quæ ex vna parte eſt corporea, & ideo eſt matèria intelligibilis, quia videlicet objicitur intellectui, vt quid materiale, & corporeum ex alia vero parte ſecundum ſe ſumpta non eſt ſenſibilis, quia ſecundùm ſe præſcindit à qualitatibus ſenſibilibus.

111 Denique ea ſcientia dicitur abſtrahere à materia intelligibili quæ agit de ſubiecto præſcindente à ratione aliqua corporea, ſeu materiali Talem, dicunt eſſe Metaphyſicam; quia hæc agit de ente vt ſic, quod eſt ratio abſtrahens à cōceptu quouis materiali, ſeu corporeo, & propterea dicitur non attingi ab intellectu vt quid materiale. Hinc colligūtprędicti authores primo, Logicā eſſe vnā ſciētiā quia agit de inſtrumētis ſciendi ſub vna abſtractione à materia; omnia enim abſtrahunt à ma-

à materia intelligibili. Colligo ſecundò, Logicam eſſe ſcientiam diſtinctam à Philoſophia, & Mathematica; quia hæ abſtrahunt à materia ſenſibili, & illa à ſingulari.

112 Hæc ſententia omnino reijcienda eſt. Primò: quia ſub eadem abſtractione à materia dantur ſcientiæ, quas iſti authores fatentur eſſe diuerſas; ergo vnitas, ſeu multiplicitas ſcientiarum non eſt deſumenda ex diuerſitate, vel multiplicitate abſtractionis à materia. Antecedēs probatur. Nam in ſententia horum authorū metaphyſica abſtrahit à materia intelligibili; quia habet pro obiecto ens prout præſcindēs ab ente corporeo. Deinde Logica, quam dicunt eſſe ſcientiam diſtinctam à Metaphyſica, habet pro obiecto formali, aut dirigibilitatē actuū intellectus; aut ipſos act⁹ intellectus prout conſtituunt definitionem ſyllogiſmū, &c. Et ideo præſcindere etiam debet à materia intelligibili: quia actus intellectus, aut eorū dirigibilitas non eſt quid materiale, aut corporeum.

113 Secundò Metaphyſica nec omnino abſtrahit à materia intelligibili, nec à materia ſenſibili: ergo iuxta prædictam ſententiam non erit vna ſcientia: quod quidē repugnat ipſis authoribus aſſerentibus, eſſe vnam ſcientiam à reliquis omnibus diſtinctam. Antecedens probatur, ex Ariſtot. 1. metaphyſ. cap. 2. vbi docet, Metaphyſicam eſſe ſciētiam vniuerſalem: quia de omnibus rebus diſputat, & lib. 4. tex. 2. in fine ait, Metaphyſicā ſpeculari ens in quātum ens & ſpecies eius, & ſpecies ſpecierum; ſed vna ex ſpeciebus entis eſt quantitas, quæ eſt, materia intelligibilis, & alia eſt ſubſtātia corporea, quę eſt materia ſenſibilis: ergo Metaphyſica iuxta ſētentiam Ariſtotelis partim attingit materiam intelligibilem; partim ſenſibilem; ac per conſequens nō habet vnam, & eādem abſtractionem à materia; & nihilomin⁹ in ſententia horum eſt vna ſcientia: ergo non ſumitur vnitas ſciētiarum ab vna, & eadem abſtractione à materia.

114 Alij docent, vnitatem ſcientiæ deſumendam eſſe ex vnitate principiorum, ſeu præmiſſarum, propter quas aſſentimur cōcluſionibus ipſius ſcientiæ. Tunc verò docent, principia alicuius ſcientiæ eſſe vna, quando dependentiā habent, vel ab alio tertio, vel inter ſe ipſa, ita vt vnum ſupponat aliud. Cum autem Logicæ partes aliæ alijs præſupponantur, quia ſyllogiſmus ſupponit definitionem, & definitio diuiſionem; hinc eſt quod principia, ex quibus deducuntur concluſiones pertinētes ad diuiſionem præſuponātur ad principia pertinentia ad definitionē; & principia ad hanc pertinentia præſuponātur ad principia pertinētia ad ſyllogiſmū &c. Ex quo fit, Logicam eſſe vnū ſimplicem habitum.

115 Hæc ſententia neque probat, Logicam eſſe vnum habitum neque ſimplicem. Hoc vltimum pro-

probatur: quia principia diuiſionis ita præſupponuntur ad principia definitionis,&c.vt poſsit quis deducere plures cõcluſiones circa definitionẽ antequã, aliquã eliciat circa ſyllogiſmum: ergo tunc habebit habitũ circa definitionẽ, & non circa ſyllogiſmũ, ac per cõſequens non verſabitur vnus ſimplex habitus circa omnes partes obiecti Logices. Patet conſequẽtia: quia habitus generantur ex actibus: ergo, ſi nullus detur actus circa ſyllogiſmũ, nullus generabitur habitus circa illum.

116 Dices eundem habitum, qui generatur ex actibus circa definitionem, reddere potentiam facilem ad eliciendas concluſiones circa ſyllogiſmũ. Sed contra eſt. Quod ſæpe eſt quis facilis ad eliciendas cõcluſiones circa definitionem, & maximam habet difficultatem in eliciẽda aliqua circa ſyllogiſmum, vt experientia notũ eſt: ergo non eſt verũ dicere, quod idem habitus, qui facilitat potẽtiam circa definitionem, facilitat etiam circa ſyllogiſmum. Ex his probatum manet non colligĩ ſimplicitatẽ Logicę ex vnitate principiorum adducta à prędictis authoribus.

117 Quod verò neque inde colligatur, Logicam eſſe vnũ habitum facilè probari poteſt: pro cuius probatione noto, dari aliquas ſcientias, quæ ſubalternatæ dicuntur à Philoſophis; quia ſubalternantur alijs. Illæ autẽ ſciẽtię dicũtur alijs ſubalternari, quę ad probãdam concluſionem propriam aſſumunt pro præmiſſa cõcluſionem aliquam alterius ſcientiæ: vt contingit in Architectura, quæ ad deducendã hanc concluſionem, *fundamẽtum domus debet eſſe lapideum, tectũ verò ligneum,* ſupponit has duas præmiſſas *fundamẽtum domus debet eſſe graue, tectum vero leue: ſed lapis eſt grauis, & lignũ leue*: ex quibus hæc vltima eſt concluſio deducta ex principijs Phiſicis: ad Phyſicam enim ſpectat probare lapidem eſſe grauem, & lignum leue.

118 Hoc ergo ſuppoſito probatur, non bene colligi vnitatem habitus Logicæ ex vnitate principiorum adducta ab illis authoribus: nam principia ſcientiæ ſubalternatę, vt eſt Architectura, ſupponunt principia ſcientiæ phyſicæ, cui ſubalternatur; & nihilominus Phyſica, & Architectura ſũt habitus omnino diſtincti in ſententia horum authorum: ergo, quod principia vnius partis Logicæ ſupponantur ad principia alterius, non probat, Logicam eſſe vnum habitum: qui verſatur circa vtramque partem. Maior patet: quia ſcientia ſubalterna habet pro principio, ex quo deducat ſuas concluſiones, vnam ex concluſionibus ſcientiæ ſubalternantis; ſed concluſio ſcientiæ ſubalternantis ſupponit principia ipſius ſcientiæ ſubalternantis, ſi quidem ex illis deducitur: ergo de primo ad vltimum principia ſcientiæ ſubalternatæ ſupponunt principia ſcientiæ ſubalternantis.

Secun-

Digitized by Google

119 Secunda ſententia docet, Logicam eſſe vnum habitū, non tamen ſimplicē ſed compoſitum ex diuerſis partibus phyſicè vnitis interſe, per quarū ſingulas extēditur ad ſingulas partes ſui ſubiecti. Ita P. Rub. quæſt. 4. Proœmial & alij recentiores, quos refert P. Suar. in Met. diſp. 44. ſect. 11. num. 19. Quod debeat eſſe habitus conſtans partibus diuerſis, probatum eſt contra ſecundum modum explicādi primam ſententiam. Quod verō hæ partes debeant eſſe phyſice vnitæ inter ſe poteſt probari: quia omnes hæ partes conſtituunt vnā ſcientiam: ergo debent eſſe vnitæ inter ſe. Probatur conſequentia: quia res diuerſæ non alio modo conſtituūt vnum cōpoſitū, niſi media vnione reali omnium.

PARS II.

Logica neque eſt habitus ſimplex, neque vnus phyſice.

120 Tertia ſententia docet Logicam (& idē eſt de qualibet alia ſcientia) neque eſſe vnū habitum ſimplicem; neque compoſitum ex pluribus partibus inter ſe vnitis per veram vnionem phyſicam, & realem ſed eſſe plures habitus, qui non aliter vnam ſcientiam conſtituut, niſi quatenus ex ſe ordinātur ad perfectam cognitionem vnius ſubiecti attributionis. Hæc eſt vera, & tenenda. Eam tradunt P. Suar. in Met. diſp. 44. ſect. 11. num. 55. P. Fonſeca lib. 5. Met. capit. 7. quæſt. 5. ſect. 1. P. Tolet. in proœmial Logicæ quæſt. 3. Scot. in Prologor. ſentent. quęſt. 3. dub. 2. Aureol. ibidem & Gregor quæſt. 3. art. 1. OKam. quæſt. 1. & 5. Gabriel q. 8. & in 3. diſtinct. 2. quæſt. 2. P. Puente Hurt. diſp. 16. de Anim. num. 13. In eandem videtur inclinare Sonzin. 6. Metap. quæſt. 6. Pro maiori tamen explicatione.

121 Dico primò: Logica non eſt vnus habitus ſimplex. Probatur, quia habitus ſcientificus nihil aliud eſt, quam facilitas quædam relicta in intellectu ex actibus ſcientificis ad faciliùs eliciēdos in poſterum alios actus eiuſdem rationis: ſed facilitas relicta ex actibus attingētibus definitionem non reddit intellectū facilē ad eliciēdos actus attingētes ſyllogiſmos: ergo habitus, qui relinquitur ex actibus attingētibus definitionē non eſt omnino idem cū habitu, qui verſatur circa ſyllogiſmum; ac per conſequens, neque Logica eſt vnus ſimplex habitus. Minorem probo: quia poteſt quis eſſe admodum facilis in eliciendis concluſionibus attingentibus definitionem; & maximam habere difficultatē in eliciendis concluſionibus circa ſyllogiſmū: imò & plures errores habere circa ſyllogiſmum, vt experientia docet: ergo diuerſa facilitas requiritur ad eliciendas concluſiones attingentes definitionem, ac ad concluſiones attingentes ſyllogiſmum.

Pro-

122 Probatur ſecundo à paritate habituum voluntatis: quia intra eandem virtutẽ temperantiæ poteſt quis habere facilitatem in temperantia circa potum, & magnam habere difficultatem in temperantia circa cibum: imò & eſſe temperatus circa potum, & maximè intemperatus circa cibum; & è contra: ergo per diuerſum habitum redditur quis tẽperatus circa potũ, ac circa cibũ: ergo idem dicendum eſt de habitibus ſcientificis, qui pertinent ad intellectum; nempè quod per vnũ habitũ redditur intellectus facilis ad actus circa definitionem, & per aliũ ad actus circa ſyllogiſmum.

123 Dico ſecundo: Logica nõ eſt habitus phyſicè compoſitus ex pluribus habitibus inter ſe vnitis per vnionẽ phyſicam. Probatur: quia vnio phyſica habituũ non eſt neceſſaria ad hoc, vt Logica dicatur vna ſcientia: ergo non eſt concedenda talis vnio. Conſequentia patet: quia non ſunt multiplicandæ entitates ſine neceſsitate, & vnio phyſica habituũ ad nihil aliud neceſſaria eſſe poteſt, niſi vt Logica ſit vna ſcientia. Antecedẽs autem probatur: quia collectio habituum ex ſe conducentiũ ad perfectã cognitionẽ vnius ſubiecti attributionis, eſt ſufficiens, vt ſcientia tales habitus includens dicatur abſolutè vna; ſicut ordo pluriũ legionũ, ſeu cohortiũ ad vnũ Imperatorem, ſub quo mereantur, ſufficit, vt abſolute dicatur eſſe vnus exercitus: & ordo pluriũ prouinciarum ad vnum Regem, cuius moderamini ſubijciantur, ſufficit, vt dicatur eſſe vnũ Regnum, aut Imperium: ergo non eſt cur adſtruatur vnio phyſica taliũ habituũ ad hoc, vt ex eis coaleſcat vna ſcientia.

124 Obijcies primò: collectio plurium habitum non vnitorum eſt aggregatũ per accidens: ergo non poteſt ad vllum prædicamẽtum pertinere: ſed ſcientia qualibet pertinet ad prædicamentum qualitatis, vt ſępius docet Philoſophus; ergo non poteſt coaleſcere ex collectione plurium habituum non vnitorum inter ſe. Diſtinguo antecedens: collectio plurium habituum, qui neque inter ſe, neque in ordine ad aliud tertium ſubordinantur; eſt aggregatum per accidens, concedo: collectio habituum, qui vel inter ſeſe, vel in ordine ad aliud ſubordinantur, eſt aggregatum per accidẽs nego antecedẽs. Habitus autem ex quibus ſciẽtia vna coaleſcit, ſubordinantur inter ſe, & in ordine ad perfectam cognitionem vnius ſubiecti attributionis, & ideo non ſunt aggregatum omnino per accidens; ſed vnum quoddam conſtituunt per ſe pertinens ad prædicamentũ: quia ad hoc non requiritur maior vnitas, quam, quòd dentur plures entitates inter ſeſe, vel in ordine ad aliquod tertium ſubordinatæ, vt cõſtabit ex dicendis in tractatu de prædicamentis.

125 Obijcies ſecundò: Si ſciẽtia eſt collectio habituũ per ſe cõducentium ad perfectã cognitio-

nem

nem vnius ſubiecti attributionis, ſequitur vnam tantum dari ſcientiam: hoc non concedis; ergo neque illud debes concedere. Sequela probatur: quia omnia, quæ ſcientificè cognoſcimus, perſe conducunt ad perfectam cognitionem entis realis, vt ſic; omnia enim pertinent ad ens reale, vel vt ſpecies illius, vel vt cauſæ, vel vt affectiones; vel vt oppoſita, ita vt horum omnium cognitio non parũ conducat ad perfectam cognitionem entis realis: ergo vnica tãtũ aſsignanda erit ſcientia, quæ ſit collectio omnium habituũ per ſe conducentium ad perfectam cognitionem entis realis vt ſic.

126 Nonnulli admittunt ſequelam: putant enim diuiſionem ſciẽtiarum, & ſubiectorum attributionis non habere fundamentũ in naturis rerum; ſed in ſolo hominum placito, qui pro ſuo libito ea, quæ vnam ſcientiam integrant in varias diſtribuerunt ob addiſcentium commodum: ne videlicet diſcipulorum ingenia tanta rerum varietate in vnum collecti confunderentur. Ita Mirandul. lib. 13. de euerſione ſingulat. certam. ſect. 6. & 7. ſecutus Ægidium 1. Met. quæſt. 22. & in principio Poſteriorũ. Et licèt P. Suar. Met. diſp. 1. ſect. 2. acriter in hãc ſententiã inuehatur, poſtea tamen diſp. 44. ſect. 11. a. 61. mitiorem ſe præbet circa illam: quia docet, in hac re ſtandũ eſſe communi modo loquendi inter philoſophos; cum id maximè pendeat ex modo cõcipiendi, & loquendi: quibus verbis videtur ſcientiarũ diuiſionem ad placitũ philoſophorũ potius, quã ad naturas rerum referre, & n. 68. docet, vnitatẽ ſcientiæ non eſſe exactã, ſed quaſi artificialẽ. Iuxta hanc ergo doctrinã facile poteſt ſolui obiectio adducta, ſi cõcedatur, omnes ſcientias reduci poſſe ad vnã, quæ ex omnibus coaleſcat, tanquã ex partibus illã integrantibus, ſicut ex omnibus regnis, & prouincijs vnus mũdus coaleſcit: neq; ex hoc deduci poteſt aliquod abſurdum.

127 Secũdo reſpõderi poteſt, ſciẽtias diſtingui ex natura rei penes ordinẽ ad diuerſum ſubiectũ attributionis: quia licèt cognitio attingẽs quamuis entitatem realem ſecundùm ſe ſumptam reduci poſsit ad eam ſcientiã, quæ de ente reali, vt ſic agit: quia illa nõ parum conducit ad perfectã cognitionem huius: nihilominus plura conſiderari poſſunt ſub aliquibus affectionibus, quæ cum nõ augeãt perfectionẽ entis realis, parum iuuant ad perfectam eius cognitionem, vt dicã in lib. de anima, dum agam de habitibus ſcientiarũ, & ideo poteſt dari circa illã diuerſa ſcientia ab ea, quæ verſatur circa rationem entis vt ſic. Ita ſe habet Logica: quia duo cõſiderari poſſunt in operationibus intellectus. Primũ eſt entitas Phyſica illarũ, & ſecundũ hanc rationẽ pertinẽt ad eandẽ ſcientiam, ad quam pertinet agere de ente reali; quia ſunt ſpecies illius, per quarũ differentias nõ parùm perfectionis accreſcit ipſi enti reali vt ſic, vt dicã in

lib.

lib. de Anima loco citato. Secũdũ eſt, quod ſimul cum conceptibus obiectiuis cõſtituant definitionẽ, diuiſionẽ, &c. & ſecundùm hanc rationem pertinent ad Logicam: quia, cũ nulla noua perfectio accreſcat entitati harũ operationũ ex eo, quod eas denominationes tribuant conceptibus obiectiuis, non eſt, cur non poſsint ſecundum hanc rationẽ cadere ſub diuerſam ſcientiã, ac earum entitates. Sed de hoc latius agam loco citato.

128 Nunc ſoluenda ſunt argumenta oppoſita. Ad primũ argumentum primæ ſententiæ: diſtinguo antecedens: Logica eſt vna ſciẽtia vnitate ordinis cõcedo vnitate phyſica, nego antecedens: deinde diſtinguo cõſeqaens, ergo eſt vnus habitus vnitate ordinis cõcedo: vnitate phyſica nego cõſequentiã, nam ſicut plures habitus Logicæ phyſice diſtincti ratione ordinis, quẽ ad vnũ ſubiectũ attributionis habent vnã ſcientiã conſtituunt, quæ non ſit vna phyſicè, ſed ſolũ vnitate ordinis: ſic etiam poſſunt dici, conſtituere habitum vnũ, non phyſicè, ſed vnitate ſolũ ordinis. Nos autẽ dum negamus Logicã eſſe vnũ habitũ, loquimur de habitu vno vnitate phyſica, vt conſtat ex ſuperioribus. Eſt tamẽ aduertẽdũ, quod licet Logica diſciplina poſsit, coaleſcere ex pluribus habitib⁹; imò ex plurib⁹ ſciẽtijs phyſicè diſtinctis, ex ſe ordinatis ad vnã ſciẽtiã cõponẽdã; nõ tamen poteſt dici coaleſcere ex pluribus Logicis; ſed ſolũ ex pluribus partibus Logicę, phyſice diſtinctis: quia Logica eſt nomẽ impoſitum ad ſignificandã aggregationem pluriũ habituũ conducẽtium ad perfectã cognitionem ſui ſubiecti attributionis: & ideò non poteſt hoc nomen tribui ſingulis partib⁹ illius ſed toti aggregato. Ad ſecundum reſpondeo, plures ex illis habitib⁹ diſtingui ſpecie, & plures diſtingui ſolo numero. Deinde diſtinguo minorẽ: in eodem indiuiſibili ſubiecto nõ poſſunt accidentia ſolo numero diuerſa ſubiectari, ſi non reſpiciant terminos diuerſos, cõcedo: ſi reſpiciãt terminos diuerſos, nego minorẽ: nam in potẽtia intellectiua, quæ eſt ſubiectũ omnino indiuiſibile, ſubiectatur ſpecies intelligibiles Petri, & Pauli; quia licet ſolo numero diſtinguãtur reſpiciũt tamẽ diuerſos terminos, idem ergo dicendũ eſt in Logica, quę quidem circa ſubiecta aliqua ſolo numero diuerſa cõtinet habitus ſolo numero diuerſos; hi tamẽ ſubiectari poſſunt in eodẽ indiuiſibili ſubiecto: quia habent terminos numero diuerſos.

129 Ad argumentũ ſecundæ ſẽtẽtię: fateor plures illas partes conſtituere vnã ſciẽtiã, ita tamẽ, vt ſit vna vnitate òrdinis, non verò vnitate phyſica: & ideo nõ habẽt eſſe vnitæ vnione aliqua phyſica; ſed ſufficit, quod ordinẽ aliquem habeant ad vnũ ſubiectũ attributionis, ratione cuius conſtituant vnã ſcientiã, quæ nõ ſit vnũ omnino per accidens ſicut neque exercitus, neque regnum eſt vnũ omnino per accidens.

SEC:

Digitized by Google

monſtrationem, vt docet Ariſtoteles 1.lib.Poſter.c.2. cuius meminimus ſupra ſect.4. n.44. ergo ex primaria ſua inſtitutione directa eſt ad perfectam cognitionem demonſtrationis.

99 Deinde, quod reliqua omnia de quibus agitur in Logica, referantur, aut conducant ad perfectam cognitionem demonſtrationis, facile probatur. Et in primis, quod Logica in ordine ad demonſtrationē agat de ſyllogiſmo, propoſitione, termino, & reliquis pertinentibus ad ſyllogiſmum, docuit expreſsè Ariſtoteles lib. 1. de Prior. reſolut. vbi acturus de ſyllogiſmo ſic incipit; *Primum dicere, circa quod, & cuius ſit conſideratio; quoniam circa demonſtrationem, & ſcientiæ demonſtratiue. Poſtea determinare, quid ſit propoſitio, & quid terminus, & quid ſyllogiſmus, &c.* Vbi clare docet tractatū de ſyllogiſmo propoſitione, &c. ordinari per ſe ad conſiderationē, ſeu cognitionem perfectā demonſtrationis. Et ratione facilè probatur: quia ad perfectam cognitionē alicuius compoſiti maximè conducit cognitio partium, ex quibus coaleſcit, generum, ſub quibus continetur, & ſpecierū, quas ſub ſe continet; eorum etiam quæ cum illo opponūtur, &c. ſed ea omnia, de quibus agitur in Logica pertinent ad demonſtrationē aliquo ex prædictis modis: ergo cognitio eorum conducit ad perfectam cognitionem demonſtrationis.

100 Minorem probo: quia in primis ſyllogiſmus eſt genus, ſub quo demōſtratio cōtinetur: deinde propoſitio eſt pars demonſtrationis, ac per conſequens ea omnia, ex quibus coaleſcit propoſitio, vt ſunt terminus, ſubiectum, prædicatum, & copula, vniuerſalia, ac prædicabilia, & recta horū coordinatio debent pertinere ad ipſam demonſtrationem. Præterea definitio eſt medium potiſsimum ad demonſtrandas proprietates de definito; quia, cum ea explicet eſſentiā, quæ eſt cauſa proprietatum; eo ipſo, quod affirmatur in præmiſsis de definito, concluduntur rectè proprietates de ipſo definito. Deinde idem eſt de diuiſione, quia vel non diſtinguitur à definitione, vel ſaltem maximè conducit, vt demonſtrentur proprietates diuiſi. Et deniq; notitia ſyllogiſmi probabilis, & falſigraphi; vtpote qui oppoſiti ſunt cum demonſtratione, & ipſa imperfectiores, non parū conducit, vt dignitas, & excellentia ipſius demonſtrationis melius innoteſcat: ergo ea omnia, de quibus agitur in Logica pertinent ad demonſtrationem aliquo ex prædidictis modis.

101 Dices: definitio duo dicit, & eſſe modum ſciendi, & eſſe cauſam proprietatum: vt cauſa eſt proprietatum pertinet ad demonſtrationem, tanquam pars illius; at vero vt eſt modus ſciēdi, non eſt pars demonſtrationis, & ideo attingitur per ſe à Logica, non vt ſubiectum attributum, ſed vt ſubiectum attributionis. Sed con-

Digitized by Google

cõtra definitio, vt eſt modus ſciẽdi, eſt pars demonſtrationis: ergo adhuc vt talis, eſt ſubiectũ attributum reſpectu ipſius demonſtrationis. Antecedẽs probatur: quia definitio eſt modus ſciendi, prout eſt explicatio, ſeu declaratio eſſẽtiæ, & naturæ definiti: atqui vt explicatio, & declaratio eſt eſſentiæ eſt pars demonſtrationis; quia vt talis eſt medium, per quod probamus proprietates, & paſsiones de definito, vt probatum eſt: ergo vt eſt modus ſciendi, eſt pars demonſtrationis.

102 Inſtabis: etiam ſi non eſſet poſsibilis demonſtratio, vel ſaltẽ nulla notitia eſſet de illa, poſſet Logica inueſtigare naturam definitionis: atqui in eo caſu ageret per ſe definitione, & non in ordine ad demonſtrationem: ergo & modo etiam aget per ſe de illa, & non in ordine ad demonſtrationẽ. Admiſſa maiori, quæ ſub lite eſt; reſpondeo, quod in eo caſu foret hæc pars Logicæ, quæ modo agit de definitione: nec ordinaretur ad demonſtrationem tanquam ad ſubiectum attributionis: quia nõ eſſet pars illius. At verò nunc cũ de facto ſit pars demonſtrationis, de facto ordinatur ad illam, tanquam ad ſubiectũ attributionis; quia ad eandem ſciẽtiam; ad quã pertinet agere de toto, pertinet etiam agere de eius partibus ſeorſim tanquam de rebus ad aliud pertinentibus.

103 Obijcies: omnia de quibus agit Logica, pertinent ad ſyllogiſmum in communi, vel tanquam partes phyſicæ, cauſæ, aut principia, vt conſtat ex dictis; vel tanquam ſpecies; quia omnes ſyllogiſmi particulares, vt ſunt demonſtratio, ſyllogiſmus topicus, &c. ſunt ſpecies ſyllogiſmi in cõmmuni: ergo non eſt, cur demonſtratio potius, quam ſyllogiſmus in communi dicatur ſubiectũ attributionis logicæ. Fateor, omnia, quæ tractantur in Logica reuocari poſſe ad ſyllogiſmũ in cõmmuni; ſicut reuocantur ad demõſtrationem. Nihilominus demonſtratio potius, quàm ſyllogiſmus dicenda eſt ſubiectum attributionis, tum quia ſyllogiſmus eſt pars intrinſeca, & eſſentialis metaphyſica demonſtrationis; & vt omnes norunt cognitio partium eſſentialium per ſe conducit, & ordinatur ad perfectam cognitionẽ totius, potiùs quam è contra, quia perfecta cognitio totius ſupponit per ſe perfectã cognitionem partium, non verò è contra: tum etiã, quia intellectus noſter inter alias operàtiones, quas exercere poteſt circa obiecta pro hoc ſtatu, primario appetit ſciẽtiã, quæ quidem per demonſtrationẽ cõparatur; & ideo Logica, quæ ex primaria ſua inſtitutione inuenta eſt, vt intellectum dirigat in ſuis operibus, primariò ordinari debet ad directionem demonſtrationis.

104 Id quod diximus de ſubiecto attributionis intelligendũ eſt de demonſtratione mentali, non de vocali, aut ſcripta: quia, cum hæ non ſint inſtrumenta ſciendi, niſi per ordinem ad mentalem,

vt diximus ſupra num. 82. neceſſariũ eſt, quod Logica, cuius muneris eſt agere de inſtrumentis ſciendi; non agat de illis niſi per ordinem ad demonſtrationẽ mentalem, & ideo non aget de illis, tanquam de ſubiecto attributionis; ſed tanquam de ſubiecto attributo. Idem dicito de definitione, diuiſione, ſyllogiſmo, &c. vocalibus; de quibus non aliter agit, niſi per attributionem ad mentales propter rationem traditam.

SECTIO VI.

Vtrùm Logica ſit vnus ſimplex habitus, vnavè ſimplex qualitas?

105 QVilibet actus ſcientificus (vt ſæpè dictũ eſt in prçcedentibus) producit in intellectu qualitatem quandam, quæ dicitur habitus, cuius formalis effectus eſt reddere intellectum facilem ad eliciendos alios actus ſimiles. Inquirimus ergo, an omnes actus Logicæ generent vnum tantum habitum, qui reddat intellectum facilẽ ad eliciendum quemcunque actum Logicç facultatis, vel potiùs generent plures habitus realiter diſtinctos, & non vnitos, quorum ſinguli intellectum facilitent ad actus pertinentes ad ſingulas partes ſubiecti ipſius Logicæ: ita vt vnus habitus facilitet ad actus pertinentes ad definitionem, & alius ad actus pertinentes ad ſyllogiſmum, &c? Quod ſi primum contingat, erit Logica vnus habitus, & vna qualitas. Si verò ſecundum, erit plures habitus, & plures qualitates.

106 Rurſus aduertendum eſt; quod ſi Logica ſit vnus habitus tali modo poteſt eſſe vnus, vt cõponatur ex diuerſis partibus phyſicè vnitis inter ſe; per quarũ ſingulas extendatur ad actus pertinentes ad ſingulas partes ſubiecti ipſius Logicæ: & ſic non erit ſimplex habitus, aut qualitas; ſed cõpoſitus ex partibus quaſi integrãtibus, vel tali modo poteſt eſſe vnus, vt non cõponãtur ex diuerſis partibus; ſed ſit ſimplex quædã, & indiuiſibilis entitas, quæ ſecundũ ſe totã extendatur ad quemlibet actũ. Et ſic erit vnus ſimplex habitus. In præſenti ergo inquirimus, an Logica ſit vnus habitus, ita, vt ſit omnino ſimplex; vel ſaltem an ſit cõpoſitus ex pluribus partibus Phyſicè vnitis inter ſe?

PARS I.

Referuntur, & refutantur duæ ſententiæ.

107 PRima ſententia docet, Logicam non ſolum eſſe vnũ habitum; ſed etiam eſſe omnino ſimplicem. Ita Caiet. 1. 2. quæſt. 54. artic. 4. Capreol. quæſt. 3. Prologi, & alij, quos refert P. Suar. in Metaph. diſput. 44. ſect. 11. num. 21. Probant primò, quod ſit vnus habitus: quia Logica eſt vna ſcientia: ergo eſt vnus habitus. Antecedens eſt certum; quia non dantur plures Logicæ; ſed vna tantum. Conſequentia

verò

verò facilè probatur: quia ſciētia eſt habitus per demonſtrationem acquiſitus; ergo, cum Logica ſit vna ſcientia, erit etiam vnus habitus.

108 Quod veró iſte habitus ſit omnino ſimplex, probant: quia, ſi talis habitus cōponeretur ex partibus diſtinctis, ex deberēt diſtingui ſaltem numero: ſed in eodem indiuiſibili ſubiecto, quale eſt intellectus, non poſſunt accidentia numero diuerſa ſubiectari: ergo neque habitus, qui cōſtet talibus partibus poterit ſubiectari in intellectu, ſed Logica ſubiectari debet in intellectu: ergo non poteſt eſſe habitus compoſitus ex partib⁹ diſtinctis; ſed debet eſſe omnino ſimplex. Idem ſentiunt iſti authores de habitibus aliarū ſcientiarum.

109 Diſsident tamen in explicando, vnde nam deſumenda ſit vnitas horum habituum. Quidā enim dicunt; vnitatē deſumendā eſſe ex abſtractione à materia, ita vt illa ſciētia, ſeu habitus ſit vn⁹, qui attingit ſubiectum, cui⁹ partes omnes abſtrahunt eodē modo à materia. Triplicēque aſsignant abſtractionē à materia, vnā vocant abſtractionem á materia ſingulari; alteram à materia ſenſibili; tertiam deniq; à materia intelligibili. Ea autem ſcientia dicitur aſtrahere à materia ſingulari quæ agit de ſubiecto aliquo ſenſibili præſcindendo à ſingularitatibus, ſeu differētijs indiuidualibus illius. Talem dicunt eſſe Philoſophiam, quia hæc agit de ente naturali, quod ex vna parte eſt materia ſenſibilis, cum percipiatur per ſenſus, ex alia vero nō attingitur â philoſophia, prout contractum ad ſua ſingularia; quia ſcientia non agit de ſingularibus.

110 Deinde ea ſcientia dicitur abſtrahere à materia ſenſibili; quæ cum agat de ſubiecto aliquo corporeo) quod, cum intellectui obijciatur, vt quid materiale, & corporeum, dicitur materia intelligibilis) illud tamen non attingit vt ſenſibile; hoc eſt, ſub aliqua forma ratione ſui perceptibili per ſenſus. Tales dicunt eſſe Mathematicas diſciplinas: quia agunt de quantitate ſecundum ſe ſumpta, quæ ex vna parte eſt corporea, & ideo eſt matèria intelligibilis, quia videlicet obijcitur intellectui, vt quid materiale, & corporeum ex alia vero parte ſecundum ſe ſumpta non eſt ſenſibilis, quia ſecundùm ſe præſcindit à qualitatibus ſenſibilibus.

111 Denique ea ſcientia dicitur abſtrahere à materia intelligibili quæ agit de ſubiecto præſcindente à ratione aliqua corporea, ſeu materiali Talem, dicunt eſſe Metaphyſicam; quia hæc agit de ente vt ſic, quod eſt ratio abſtrahens à cōceptu quouis materiali, ſeu corporeo, & propterea dicitur non attingi ab intellectu vt quid materiale. Hinc colligūt prędicti authores primo, Logicā eſſe vnā ſciētiā quia agit de inſtrumētis ſciendi ſub vna abſtractione à materia; omnia enim abſtrahunt à ma-

à materia intelligibili. Colligo ſecundò, Logicam eſſe ſcientiam diſtinctam à Philoſophia, & Mathematica; quia hæ abſtrahunt à materia ſenſibili, & illa à ſingulari.

112 Hæc ſententia omnino reijcienda eſt. Primo: quia ſub eadem abſtractione à materia dantur ſcientiæ, quas iſti authores fatentur eſſe diuerſas; ergo vnitas, ſeu multiplicitas ſcientiarum non eſt deſumenda ex diuerſitate, vel multiplicitate abſtractionis à materia. Antecedēs probatur. Nam in ſententia horum authorū metaphyſica abſtrahit à materia intelligibili; quia habet pro obiecto ens prout pręſcindēs ab ente corporeo. Deinde Logica, quam dicunt eſſe ſcientiam diſtinctam à Metaphyſica, habet pro obiecto formali, aut dirigibilitatē actuū intellectus; aut ipſos act⁹ intellectus prout conſtituunt definitionem ſyllogiſmū, &c. Et ideo pręſcindere etiam debet à materia intelligibili: quia actus intellectus, aut eorū dirigibilitas non eſt quid materiale, aut corporeum.

113 Secundò Metaphyſica nec omnino abſtrahit à materia intelligibili, nec à materia ſenſibili: ergo iuxta prædictam ſententiam non erit vna ſcientia: quod quidē repugnat ipſis authoribus aſſerentibus, eſſe vnam ſcientiam à reliquis omnibus diſtinctam. Antecedens probatur, ex Ariſtot. 1. metaphyſ. cap. 2. vbi docet, Metaphyſicam eſſe ſciētiam vniuerſalem: quia de omnibus rebus diſputat, & lib. 4. tex. 2. in fine ait, Metaphyſicā ſpeculari ens in quātum ens & ſpecies eius, & ſpecies ſpecierum; ſed vna ex ſpeciebus entis eſt quantitas, quæ eſt, materia intelligibilis, & alia eſt ſubſtātia corporea, quę eſt materia ſenſibilis: ergo Metaphyſica iuxta ſētentiam Ariſtotelis partim attingit materiam intelligibilem; partim ſenſibilem; ac per conſequens nō habet vnam, & eādem abſtractionem à materia; & nihilomin⁹ in ſententia horum eſt vna ſcientia: ergo non ſumitur vnitas ſciētiarum ab vna, & eadem abſtractione à materia.

114 Alij docent, vnitatem ſcientiæ deſumendam eſſe ex vnitate principiorum, ſeu præmiſſarum, propter quas aſſentimur cōcluſionibus ipſius ſcientiæ. Tunc verò docent, principia alicuius ſcientiæ eſſe vna, quando dependentiā habent, vel ab alio tertio, vel inter ſe ipſa, ita vt vnum ſupponat aliud. Cum autem Logicæ partes aliæ alijs pręſupponantur, quia ſyllogiſmus ſupponit definitionem, & definitio diuiſionem; hinc eſt quod principia, ex quibus deducuntur concluſiones pertinētes ad diuiſionem præſuponātur ad principia pertinentia ad definitionē: & principia ad hanc pertinentia præſuponātur ad principia pertinētia ad ſyllogiſmū &c. Ex quo fit, Logicam eſſe vnū ſimplicem habitum.

115 Hæc ſententia neque probat, Logicam eſſe vnum habitum neque ſimplicem. Hoc vltimum pro-

probatur: quia principia diuiſionis ita preſupponuntur ad principia definitionis, &c. vt poſsit quis deducere plures cóclusiones circa definitionē antequā, aliquā eliciat circa ſyllogiſmum: ergo tunc habebit habitú circa definitionē, & non circa ſyllogiſmú, ac per cóſequens non verſabitur vnus ſimplex habitus circa omnes partes obiecti Logices. Patet conſequētia: quia habitus generantur ex actibus: ergo, ſi nullus detur actus circa ſyllogiſmū, nullus generabitur habitus circa illum.

116 Dices eundem habitum, qui generatur ex actibus circa definitionem, reddere potentiam facilem ad eliciendas concluſiones circa ſyllogiſmū. Sed contra eſt. Quod ſæpe eſt quis facilis ad eliciendas cóclusiones circa definitionem, & maximam habet difficultatem in eliciēda aliqua circa ſyllogiſmum, vt experientia notú eſt: ergo non eſt verū dicere, quod idem habitus, qui facilitat potētiam circa definitionem, facilitat etiam circa ſyllogiſmum. Ex his probatum manet non colligī ſimplicitatē Logicę ex vnitate principiorum adducta à prędictis authoribus.

117 Quod verò neque inde colligatur, Logicam eſſe vnú habitum facilè probari poteſt: pro cuius probatione nota, dari aliquas ſcientias, quæ ſubalternatæ dicuntur à Philoſophis; quia ſubalternantur alijs. Illæ autē ſcientię dicútur alijs ſubalternari, quę ad probādam concluſionem propriam aſſumunt pro præmiſſa cōcluſionem aliquam alterius ſcientiæ: vt contingit in Architectura, quæ ad deducendā hanc concluſionem, *fundamētum domus debet eſſe lapideum, tectū verò ligneum*, ſupponit has duas præmiſſas *fundamētum domus debet eſſe graue, tectum vero leue: ſed lapis eſt grauis, & lignū leue*: ex quibus hæc vltima eſt concluſio deducta ex principijs Phiſicis: ad Phyſicam enim ſpectat probare lapidem eſſe grauem, & lignum leue.

118 Hoc ergo ſuppoſito probatur, non bene colligi vnitatem habitus Logicæ ex vnitate principiorum adducta ab illis authoribus: nam principia ſcientiæ ſubalternatę, vt eſt Architectura, ſupponunt principia ſcientiæ phyſicæ, cui ſubalternatur; & nihilominus Phyſica, & Architectura sūt habitus omninò diſtincti in ſententia horum authorum: ergo, quod principia vnius partis Logicæ ſupponantur ad principia alterius, non probat, Logicam eſſe vnum habitum: qui verſatur circa vtramque partem. Maior patet: quia ſcientia ſubalterna habet pro principio, ex quo deducat ſuas concluſiones, vnam ex concluſionibus ſcientiæ ſubalternantis; ſed concluſio ſcientiæ ſubalternantis ſupponit principia ipſius ſcientiæ ſubalternantis, ſiquidem ex illis deducitur: ergo de primo ad vltimum principia ſcientiæ ſubalternatæ ſupponunt principia ſcientiæ ſubalternantis.

Secun-

119 Secunda ſententia docet, Logicam eſſe vnum habitū, non tamen ſimplicē ſed compoſitum ex diuerſis partibus phyſicè vnitis interſe, per quarū ſingulas extēditur ad ſingulas partes ſui ſubiecti. Ita P. Rub. quæſt. 4. Proœmial & alij recentiores, quos refert P. Suar. in Met. diſp. 44. ſect. 11. num. 19. Quod debeat eſſe habitus conſtans partibus diuerſis, probatum eſt contra ſecundum modum explicàndi primam ſententiam. Quod verò hæ partes debeant eſſe phyſice vnitæ inter ſe poteſt probari: quia omnes hæ partes conſtituunt vnā ſcientiam: ergo debent eſſe vnitæ inter ſe. Probatur conſequentia: quia res diuerſæ non aliq modo conſtituūt vnum cōpoſitū, niſi media vnione reali omnium.

PARS II.

Logica neque eſt habitus ſimplex, neque vnus phyſice.

120 Tertia ſententia docet Logicam (& idē eſt de qualibet alia ſcientia) neque eſſe vnū habitum ſimplicem; neque compoſitum ex pluribus partibus inter ſe vnitis per veram vnionem phyſicam, & realem ſed eſſe plures habitus, qui non aliter vnam ſcientiam conſtituunt, niſi quatenus ex ſe ordinātur ad perfectam cognitionem vnius ſubiecti attributionis. Hæc eſt vera, & tenenda. Eam tradunt P. Suar. in Met. diſp. 44. ſect. 11. num. 53. P. Fonſeca lib. 5. Met. capit. 7. quæſt. 5. ſect. 1. P. Toler. in proœmial Logicæ quæſt. 3. Scot. in Prologor. ſentent. quęſt. 3. dub. 2. Aureol. ibidem & Gregor quæſt. 3. art. 1. OKam. quæſt. 1. & 5. Gabriel q. 8. & in 3. diſtinct. 2. quæſt. 2. P. Puente Hurt. diſp. 16. de Anim. num. 13. In eandem videtur inclinare Sonzin. 6. Metap. quæſt. 6. Pro maiori tamen explicatione.

121 Dico primò: Logica non eſt vnus habitus ſimplex. Probatur, quia habitus ſcientificus nihil aliud eſt, quam facilitas quædam relicta in intellectu ex actibus ſcientificis ad faciliùs eliciēdos in poſterum alios actus eiuſdem rationis: ſed facilitas relicta ex actibus attingētibus definitionem non reddit intellectū facilē ad eliciēdos actus attingētes ſyllogiſmos: ergo habitus, qui relinquitur ex actibus attingētibus definitionē non eſt omnino idem cū habitu, qui verſatur circa ſyllogiſmum; ac per conſequens, neque Logica eſt vnus ſimplex habitus. Minorem probo: quia poteſt quis eſſe admodum facilis in eliciendis concluſionibus attingentibus definitionem; & maximam habere difficultatē in eliciendis concluſionibus circa ſyllogiſmū: imò & plures errores habere circa ſyllogiſmum, vt experientia docet: ergo diuerſa facilitas requiritur ad eliciendas concluſiones attingentes definitionem, ac ad concluſiones attingentes ſyllogiſmum.

Pro-

122 Probatur ſecundo à paritate habituum voluntatis: quia intra eandem virtutē temperantiæ poteſt quis habere facilitatem in temperantia circa potum, & magnam habere difficultatem in temperantia circa cibum: imò & eſſe temperatus circa potum, & maximè intemperatus circa cibum; & èconttra: ergo per diuerſum habitum redditur quis tēperatus circa potū, ac circa cibū: ergo idem dicendum eſt de habitibus ſcientificis, qui pertinent ad intellectum; nempè quod per vnū habitū redditur intellectus facilis ad actus circa definitionem, & per aliū ad actus circa ſyllogiſmum.

123 Dico ſecundo: Logica nō eſt habitus phyſicè compoſitus ex pluribus habitibus inter ſe vnitis per vnionē phyſicam. Probatur: quia vnio phyſica habituū non eſt neceſſaria ad hoc, vt Logica dicatur vna ſcientia: ergo non eſt concedenda talis vnio. Conſequentia patet: quia non ſunt multiplicandæ entitates ſine neceſsitate, & vnio phyſica habituū ad nihil aliud neceſſaria eſſe poteſt, niſi vt Logica ſit vna ſcientia. Antecedēs autem probatur: quia collectio habituum ex ſe conducentiū ad perfectā cognitionē vnius ſubiecti attributionis, eſt ſufficiens, vt ſcientia tales habitus includens dicatur abſolutè vna; ſicut ordo pluriū legionū, ſeu cohortiū ad vnū Imperatorem, ſub quo mereantur, ſufficit, vt abſolute dicatur eſſe vnus exercitus: & ordo pluriū prouinciarum ad vnum Regem, cuius moderamini ſubijciantur, ſufficit, vt dicatur eſſe vnū Regnum, aut Imperium: ergo non eſt cur adſtruatur vnio phyſica taliū habituū ad hoc, vt ex eis coaleſcat vna ſcientia.

124 Obijcies primò: collectio pluriū habituum non vnitorum eſt aggregatū per accidens: ergo non poteſt ad vllum prædicamētum pertinere: ſed ſcientia quælibet pertinet ad prædicamentum qualitatis, vt ſępius docet Philoſophus; ergo non poteſt coaleſcere ex collectione plurium habituum non vnitorum inter ſe. Diſtinguo antecedens: collectio plurium habituum, qui neque inter ſe ſe, neque in ordine ad aliud tertium ſubordinantur; eſt aggregatum per accidens, concedo collectio habituum, qui vel inter ſeſe, vel in ordine ad aliud ſubordinantur, eſt aggregatum per accidēs nego antecedē. Habitus autem ex quibus ſciētia vna coaleſcit, ſubordinantur inter ſe, & in ordine ad perfectam cognitionem vnius ſubiecti attributionis, & ideo non ſunt aggregatum omnino per accidens; ſed vnum quoddam conſtituunt per ſe pertinens ad prædicamentū: quia ad hoc non requiritur maior vnitas, quam, quòd dentur plures entitates inter ſeſe, vel in ordine ad aliquod tertium ſubordinatæ, vt cōſtabit ex dicendis in tractatu de prædicamentis.

125 Obijcies ſecundò: Si ſciētia eſt collectio habituū per ſe cōducentium ad perfectā cognitionem

lib. de Anima loco citato. Secũdũ eſt, quod ſimul cum conceptibus obiectiuis cõſtituant definitionẽ, diuiſionẽ, &c. & ſecundùm hanc rationem pertinent ad Logicam: quia, cũ nulla noua perfectio accreſcat entitati harũ operationũ ex eo, quod eas denominationes tribuant conceptibus obiectiuis, non eſt, cur non poſsint ſecundum hanc rationẽ cadere ſub diuerſam ſcientiã, ac earum entitates. Sed de hoc latius agam loco citato.

128 Nunc ſoluenda ſunt argumenta oppoſita. Ad primũ argumentum primæ ſententiæ: diſtinguo antecedens: Logica eſt vna ſciẽtia vnitate ordinis cõcedo vnitate phyſica, nego antecedens: deinde diſtinguo cõſequens, ergo eſt vnus habitus vnitate ordinis cõcedo: vnitate phyſica nego cõſequentiã, nam ſicut plures habitus Logicæ phyſice diſtincti ratione ordinis, quẽ ad vnũ ſubiectũ attributionis habent vnã ſcientiã conſtituunt, quæ non ſit vna phyſicè, ſed ſolũ vnitate ordinis: ſic etiam poſſunt dici, conſtituere habitum vnũ, non phyſicè, ſed vnitate ſolũ ordinis. Nos autẽ dum negamus Logicã eſſe vnũ habitũ, loquimur de habitu vno vnitate phyſica, vt conſtat ex ſuperioribus. Eſt tamẽ aduertẽdũ, quod licet Logica diſciplina poſsit, coaleſcere ex pluribus habitib⁹, imò ex plurib⁹ ſciẽtijs phyſicè diſtinctis, ex ſe ordinatis ad vnã ſciẽtiã cõponẽdã; nõ tamen poteſt dici coaleſcere ex pluribus Logicis; ſed ſolũ ex pluribus partibus Logicę, phyſice diſtinctis: quia Logica eſt nomẽ impoſitum ad ſignificandã aggregationem plurium habituũ conducẽtium ad perfectã cognitionem ſui ſubiecti attributionis: & ideò non poteſt hoc nomen tribui ſingulis partib⁹ illius ſed toti aggregato. Ad ſecundum reſpondeo, plures ex illis habitib⁹ diſtingui ſpecie, & plures diſtingui ſolo numero. Deinde diſtinguo minorẽ: in eodem indiuiſibili ſubiecto nõ poſſunt accidentia ſolo numero diuerſa ſubiectari, ſi non reſpiciant terminos diuerſos, cõcedo: ſi reſpiciãt terminos diuerſos, negominorẽ: nam in potẽtia intellectiua, quæ eſt ſubiectũ omnino indiuiſibile, ſubiectantur ſpecies intelligibiles Petri, & Pauli; quia licet ſolo numero diſtinguãtur reſpiciũt tamẽ diuerſos terminos, idem ergo dicendũ eſt in Logica, quę quidem circa ſubiecta aliqua ſolo numero diuerſa cõtinet habitus ſolo numero diuerſos; hi tamẽ ſubiectari poſſunt in eodẽ indiuiſibili ſubiecto: quia habent terminos numero diuerſos.

129 Ad argumentũ ſecundæ ſẽtẽtię: fateor plures illas partes conſtituere vnã ſciẽtiã, ita tamẽ, vt ſit vna vnitate ordinis, non verò vnitate phyſica: & ideo nõ habẽt eſſe vnitæ vnione aliqua phyſica: ſed ſufficit, quod ordinẽ aliquem habeant ad vnũ ſubiectũ attributionis, ratione cuius conſtituant vnã ſciẽtiã, quæ nõ ſit vnũ omnino per accidens ſicut neque exercitus, neque regnum eſt vnũ omnino per accidens.

SEC-

SECTIO VIII.

An Logica ſit ſciẽtia practica, vel ſpeculatiua.

SEctione 4. probauimus Logicam eſſe ſcientiam. Inueſtigandum modo, an ſit practica, an ſpeculatiua? Quod, vt fiat, neceſſariũ eſt explicare, quid nam ſint practicum, & ſpeculatiuum.

PARS I.

Explicatur quid ſit Practicum, & quid Speculatiuum.

131 Facultas intellectualis diuiditur aliquando ab Ariſtot. in factiuam, actiuam, & ſpeculatiuã. Sic eam diuiſit in Met. lib. 6. tex. 1. & lib. 11. cap. 1. Aliquando verò diuiditur ab eodem Ariſt. in practicam, & ſpeculatiuam. Sic eam diuiſit in Met. lib. 2. tex. 3. vbi ſub nomine practicæ, factiuam, & actiuam facultatem comprehendit ſecundum eam rationem, ſecundùm quam ab ſpeculatiua diſtinguuntur, & ideo idẽ reputat eſſe practicã, ac actiuam, & factiuã. Qua propter ex ijs, quę ſupra ſect. 5. docuimus de arte, quam quidem facultatẽ factiuam, & actiuã eſſe diximus ex Ariſtot. facile explicabitur, quænam requirantur ad rationẽ practici, & inde naturam ſpeculatiui facilè colligemus.

132 Ariſtoteles ergo 2. Met. tex. 3. facultatem practicam, & ſpeculatiuã his verbis definiuit: *ſpeculatiuæ autẽ finis veritas, practicæ autẽ opus.* Ac ſi diceret: ſciẽtia, ſeu facultas ſpeculatiua eſt, quæ ita cõtemplatur ſuũ obiectũ attributionis (quod dicitur eſſe finis ipſius facultatis) vt ex natura ſua ſiſtat in eius contemplatione, nec vltra progrediatur ad eius effectionem. Practica verò eſt, quæ ita contemplatur ſuum obiectum, vt ex natura ſua conducat ad eius effectionem medio ſuo actu) qui practicus etiã dicitur) oportet tamẽ explicare hanc definitionem, & ex eius declaratione colligetur, quid ſit facultas ſpeculatiua.

133 In primis dicimus, facultatem practicam, ſeu actum illi reſpondentem conducere ad efficiendum ſuum ſubiectum, aut obiectum: neque enim ſufficit ad rationem facultatis, ſeu cognitionis practicę, quod ex ea procedat opus à ſuo ſubiecto, vel obiecto diſtinctũ: alioqui nulla eſſet cognitio intellectus, quę nõ eſſet practica; quãdo quidem nulla eſt intellectio, ex qua non poſſit ex natura rei ſequi odium aut amor circa illius obiectum; ac ſpecies intelligibilis tàm ipſius cognitionis, quàm obiecti illius. Conducit autem ad effectionẽ ſui ſubiecti dirigendo ad illud efficiendum; hoc eſt, ita repræſentando modũ, quo fieri debet ab agẽte, vt per ſe cõducat ad eius effectionem, vt conſtat ex dictis ſupra ſect. 5. n. 62. circa artem, quam ſub nomine facultatis factiuæ comprehendit Ariſtoteles ſub facultatẽ practicã,

Digitized by Google

vt vidimus num. 131. Dirigit autem cognitio ad opus non ſolum, quādo expreſsè repræſentat, domum, v.g. conſtruendā eſſe ex lapidibus, & lignis tali modo diſpoſitis; ſed etiam quando repræſentat domum ex natura ſua eſſe talem, quæ conſtare debeat lapidibus, & lignis tali modo diſpoſitis; quia cū quocūque ex iſtis modis repræſentetur, quibus partib⁹ conſtare debeat obiectū, ſufficiēter inſtructus erit artifex ad illud efficiendum, ſi velit efficere.

134 Præter dicta requiritur ad rationem practici, quod facultas practica, & eius actus ſit in ipſo agēte, quod efficit, aut efficere poteſt obiectū per directionē ipſius facultatis practicæ. Id quod ſect. 5. n. 6. probauimus ex Ariſtot. 6. Ethic. c. 4. & lib. 11. Metap. c. 8. agente de arte, ſeu facultate factiua, & actiua. Ex quo inferes, cognitionem, quam Deus habet de modo, quo ſyllogiſmus eſt faciendus non eſſe practicam, etiā ſi per illam poſsit dirigere hominem ad faciendum ſyllogiſmum, quia videlicèt Deo talem cognitionem habēti repugnat ex natura ſua potentia ad faciendum ſyllogiſmū. Cæterum, ſi is, qui habet cognitionem de modo, quo faciendum eſt obiectum petat potentiam ad faciendum tale obiectum, aut ſaltem illi non repugnet ex natura ſua; ea cognitio erit practica, etiamſi defacto non detur in illo, aut impedita ſit talis potētia. Vnde cognitio exiſtens in manco de modo, quo cithara pulſanda eſt, erit practica: quia licèt defacto talis homo non habeat potētiam ad citharam pulſandam, petit tamen illam, vel ſaltem illi non repugnat ex natura ſua.

135 Denique requiritur ad rationem facultatis, ſeu cognitionis practicę, quod opus, ad cuius productionem dirigit ſit ex ſe liberū, vel cadat ſub imperium liberum voluntatis. Id conſtat aperte ex ijs, quæ Ariſt. 6. Ethic. cap. 4. docuit de arte, quam quidem dixit, non verſari circa ea, quæ neceſſariò ſint, vel fiunt; ſed circa ea, quę & eſſe, & non eſſe poſſunt; hoc eſt quæ ſecundùm ſe cadunt, ſub libertatem artificis, vt vidimus ſupra num. 72.

136 Ex dictis conſtat, qua ratione intelligenda ſit definitio facultatis practicæ: ſic enim componēda eſt. *eſt facultas intellectualis, quæ agens, in qua eſt dirigit ad productionē liberā ſui obiecti.* Per priora verba excludūtur à ratione practici omnes potētiæ, ſeu facultates ſenſitiuæ. Per *Tò quæ dirigit*, denotatur facultatēm practicam per ſe conducere, aut concurrere ad effectum, proponendo, ſeu repræſentādo agenti modum, quo fieri debet: id autem præſtat per actum ſibi reſpondētem, qui propterea practicus appellatur. Additur *agens in quo eſt:* quia facultas practica debet dirigere medio ſuo, actū illum, in quo & ipſa, & actus eius exiſtit. Per poſteriora verba denotatur, effectum, ad cuius productionem dirigit facultas practica, non eſſe

D alium

alium niſi obiectū ipſius facultatis, & hoc debere eſſe tale, quod ex ſe cadat ſub libertatē agentis, quod immediate dirigitur ad eius productionem.

137 Cæterum duobus modis poteſt cadere ſub libertatē agentis. Primò ratione ſui aut alicuius ex circūſtātijs, cum quibus fit, vt ædificatio domus. Secūdo ratione alicuius pręcedentis, quo poſito neceſſario ſequitur productio talis obiecti, adhuc renuente voluntate, vt cōtingit in concoctione cibi, cuius traiectio in ſtomachum ſubdita eſt libertati comedentis; ſemel tamen traiectus coquitur independenter omnino à volūtate, imo & renuēte. Ad hoc autē, vt facultas aliqua, ſeu cognitio ſit practica, eſt neceſſarium, quod obiectū eius cadat ſub libertatem primo modo: quia id eſt, quod abſolutè dicitur liberum.

138 Ex his colliges primò, quid ſit praxis: neque enim quid aliud eſt, quam opus, quod efficitur ab agente libero per directionē facultatis practicæ in ipſo exiſtentis. Colliges ſecundò, in quo ſenſu ſit verum id, quod communiter circumfertur, nempè facultatem practicam, & actum eius *verſari circa rē operabilē modo operabili*. Dicitur enim *verſari circa rē operabilē*, quia habet pro obiecto rē producibilē ab eo, qui habet talē facultatē. Additur *modo operabili*, quia taliter reprẹſentat rem producibilē, vt per ſe conducat ad eius productionem. Colliges tertio, actum; quo Philoſophus cognoſcit, quomodo fit cōcoctio cibi in ſtomacho (& idem eſt de alijs actibus ſimilibus) non eſſe practicū: nam, licet verſetur circa rem operabilem; non tamen modo operabili; neque enim per ſe conducit ad talem concoctionem, cum hæc eodem modo fiat, ſiue talis cognitio præceſſerit, ſiuè non præceſſerit.

139 Colliges quartō, dari aliquos actus intellect⁹ qui ſint praxis: hoc eſt, effectus facultatis, & cognitionis practicæ: Nam ædificatio domus dicitur praxis in cōſenſu omnium; non alia de cauſa, niſi quia fit per directionē alicuius actus intellectus: ſed in intellectu dantur aliqui actus, qui fiunt per directionem aliorum actuum ipſius intellectus, ergo ſunt praxis. Minorem probo, quia ex eo ędificatio domus fit per directionem intellectus, quia iſte præſcribēdo regulas, & modū quo ædificari debet, iuuat ad eius ædificationem: ſed intellectus pręſcribēdo regulas, & modum, quo fieri debent aliqui eius actus, iuuat ad eorum effectionem cur ergo non dicētur tales actus fieri per directionē intellectus? Minor eſt certa: quia intellectus præſcribendo modū, quo fieri debet definitio, ſyllogiſmus, &c. iuuat ad faciendam bonam definitionē, ſyllogiſmum, &c. quę quidem ſæpe ſępius non euaderent bona, niſi præiret actus intellectus oſtendēs qua ratione facienda ſunt.

140 Obijcies: definitio, quæ ſecundùm ſe eſt bona, non poteſt

ſieri mala; nec definitio, quę ſecũdùm ſe eſt mala poteſt fieri bona: ergo quod definitio euadat bona, aut quod euadat mala non eſt tribuendũ actui intellectus præeunti; ſed naturæ ipſarũ definitionũ. Antecedens eſt certũ: quia, ſi fiat mala ex eo erit, quod illi addatur vel detrahatur aliquid atqui, ſi aliquid addatur, aut detrahatur, non perſeuerabit eadem definitio; ſed alia fiet diuerſa: ergo quæ ſecundùm ſe eſt bona, non poteſt eadẽ perſeuerans fieri mala. Reſpondeo, intellectũ, dum præſcribit modum efficiendæ definitionis, non iuuare ad hoc; vt ea quæ ſecũdùm ſe eſt mala fiat bona; ſed ad hoc, vt agens, quod bonã, aut malam elicere poterat eliciat bonam præ mala; & non ècontra. Hinc eſt, quod actus practicus nõ ſit dicendus dirigere operationẽ; ſed dirigere agens, vt loco malæ operationis, quam poterat eli cere, eliciat bonam.

141 Colliges quintò, quidnam ſit facultas, ſeu cognitio ſpeculatiua: *Eſt enim, quæ ſiſtit in ſola cõtẽplatione ſui obiecti*: quia ſivè hoc ſit producibile à cognoſcente, ſiue non, ita illud repręſentat, vt nõ iuuet ad eius effectionẽ; vel quia nõ repræſentat modum, quo efficiendum eſt; vel quia, ſi repræſentat, ita tamen, vt peraccidens omnino ſe habeat ad eius productionem. Hæc omnia facilè intelliguntur ex dictis pro actu practico.

PARS II.

Opiniones aliorũ circa Logicã practicã, aut ſpeculatiuam.

142 Prima ſentẽtia aſſerit, Logicam eſſe ſcientiã ſpeculatiuam, & non practicã. Ita Scotus q. 4. Prolog. Du. Scot⁹, & Tolet. hic q. 4. Quod ſit ſpeculatiua probatur: quia Logica probat de definitione, quod ſit clarior ſuo definito; de ſyllogiſmo facto in *Barbara*, quod concludat euidenter, & alia huius modi ſed hæ cognitiones ſunt ſpeculatiuæ: ergo Logica eſt ſciẽtia ſpeculatiua. Minor eſt certa: quia ex eo, quod ego cognoſcã, definitionẽ debere eſſe clariorem ſuo definito: & ſyllogiſmum factum in *Barbara* cõcludere euidenter, non ſcio quomodo facienda ſit definitio, aut ſyllogiſmus in *Barbara*: ergo hæ cognitiones non tranſeunt ad productionem ſui obiecti, ſed ſiſtunt in cõtẽplatione veritatis, ac per cõſequens ſunt ſpeculatiuæ.

143 Quod verò Logica nõ ſit ſcientia practica, probant: quia Logica eſt ſciẽtia dirigens actus intellectus: ſed nullus actus intellectus eſt praxis: ergo neque Logica eſt practica. Minor probatur quia praxis eſt actus alterius potentiæ ab intellectu; vt docuiſſe videtur Ariſtoteles lib. 3. de Anima cap. 10. tex. 50. vbi diſtinguit intellectũ practicũ ab ſpeculatiuo, quia *practicũ* (inquit) *alicuius gratia ratiocinatur, & principiũ eſt agẽdi*, quod neceſſario videtur intelligendum de actione, quæ ſit

extra intellectũ; nam intra ipſum intellectum etiam intellectus ſpeculatiuus principium eſt agendi. Secundò, quia praxis diſtinguitur ab ſpeculatione: ſed operationes intellectus ſunt ſpeculatio: ergo non ſunt praxis: ergo neque ſciētia, quæ circa illas verſatur erit practica: quia practica verſatur circa praxim.

144 Secunda ſententia docet Logicam eſſe ſimul practicam, & ſpeculatiuam. Ita P. Vazq. 1. p. diſp. 9. cap. 1. in fine P. Suarez in Metap. diſp. 44. ſect. 13. in fine P. Rub. q. 5. Quod ſit ſpeculatiua probatum eſt n. 139. Quod vero ſit practica probatur, quia Logica docet quomodo facienda ſit definitio, ſyllogiſmus, &c. ergo eſt practica. Antecedens eſt certum: quia docet definitionem cōſtruendam eſſe ex genere, & differentia, ſyllogiſmum debere cōſtare ex talibus propoſitionibus tali modo diſpoſitis ergo docet quomodo ſit faciendus ſyllogiſmus, definitio, &c.

145 Tertia ſententia docet, Logicam eſſe ſciētiā practicam, prout docet, quomodo facienda eſt definitio, aut ſyllogiſmus probabilis: ſpeculatiuam vero, prout docet, quomodo definitio, aut ſyllogiſmus euidens facienda ſunt. Ita recentiores aliqui, idque docent de definitione tàm probabili, quàm euidenti, ſiue fiat per ſimplicem apprehenſionem, vt cum ſolum cognoſcitur *animal rationale*, ſiue fiat per iudiciū, vt cū prædicatur de ſuo definito in hac propoſitione *homo eſt animal rationale*

146 Quod autem definitio euidens, ſiue fiat per ſimplicē apprehenſionem euidentem, ſiue per iudicium euidens, non ſit obiectum cognitionis practicæ, ſic probatur: quia obiectum cognitionis practicæ debet eſſe tale, cuius executio cadat ſub imperium voluntatis, vt dictum eſt n. 135. ſed executio definitionis euidentis non cadit ſub imperium voluntatis: ergo nō eſt obiectum cognitionis practicæ. Minor probatur, quia poſita cauſa apprehenſionis euidentis, non eſt penès voluntatem impedire illam: vt notum eſt experiētia, qua conſtat præſente obiecto, & per ſenſus cognito, non poſſe voluntatem impedire apprehenſionem intellectualem illius: ergo executio definitionis factæ per apprehenſionem euidentem, non cadit ſub imperium voluntatis.

147 Idē probari poteſt de definitione facta per iudiciū euidēs: quia vel hoc iudicium eſt euidens ex apprehenſione terminorū, vel ratione pręmiſſarū, ex quibus deducitur: atqui poſita euidēti apprehenſione terminorū, neceſſario ſequitur iudiciū euidēs ex tali apprehenſione, & poſitis præmiſsis euidētibus neceſſariò infertur cōcluſio euidens ratione illarū: ergo executio definitionis euidētis factæ per iudicium, non eſt ſubdito imperio voluntatis. Idem argumentum poteſt fieri de ſyllogiſmo euidenti, ſeu de demonſtratione: quia omnes propoſitiones demōſtrationis ſunt euidentes.

Quod

148 Quod verò Logica ſit ſciētia practica, prout docet quomodo facienda ſit definitio, aut ſyllogiſmus probabilis, probant: quia intellectus nō aſſentitur propoſitioni probabili, niſi ad id applicetur à voluntate: quia cum aſſenſus probabilis ſit obſcurus, nō eſt intellectus ex ſe determinatus ad illum: ergo eius executio pendet ex arbitrio voluntatis: ſed cognitio repræſentans, quomodo faciēdum ſit opus, cuius executiō pendet ex arbitrio volūtatis, eſt practica; vt conſtat ex parte præcedente: ergo Logica, prout docet, quomodo facienda ſit definitio, aut ſyllogiſmus probabilis, eſt practica.

PARS III.

Vera ſententia proponitur, & probatur.

149 Quarta ſententia aſſerit, Logicam eſſe ſcientiam abſolutè practicam & ſecundum quid ſpeculatiuā. Hęc eſt vera. Eā tenent PP. Conimb. q. 4. artic. 5. P. Fonſec. lib. 2. Met. cap. 3. q. 2. ſect. 4. Albertus Magnus, & alij. Pro eius explicatione & probatione: Noto primo duplex eſſe genus apprehēſionum. Vnū earum, quæ dicuntur omnino ſimplices: quia determinātur ad obiecta omnino ſimplicia, vt *homo*, *animal*, *&c.* alterū earū, quæ dicūtur cōpoſitæ, quia terminantur ad obiecta cōplexa; vt *animal rationale*, *homo albus &c*, Inter has autē apprehēſiones eſt hoc diſcrimen; quod apprehēſiones omnino ſimplices frequenter nō pendent immediatè ex imperio voluntatis: quia excitari ſolent immediate à cognitione ſenſuum, quæ quidem quoad hoc munus non ſubditur voluntati, vt experientia conſtat, qua nouimus, quod viſo obiecto ſimplici, ſtatim excitatur in intellectu ſimplex apprehenſio illius, velit, nolit voluntas.

150 Apprehēſiones verô, quę compoſitæ dicuntur, frequentèr ſubduntur voluntati; quia ſemèl apprehenſis obiectis ſimplicibus poteſt volūtas imperare apprehēſionem, qua hoc, vel illo ordine coniungantur; vt, ſi quis ſingula hęc obiecta, *animal*, *rationale*, *albū*, ſingulis cognitionibus apprehenſa, velit vnica apprehenſione comprehendere, poterit id præſtare, vel apprehenſione, qua hoc ordine illa proferat, *animal rationale album*; vel hoc, *animal albū rationale*, vel qua aliquod ex illis obiectis ſubticeat, aut aliud denuo addat: atqui, quod hoc, vel illo ordine proferātur ea obiecta, vel quod aliquod ex illis ſubticeatur, vel aliud denuo illis ſubiungatur, pendet ex libito voluntatis, vt experientia cōſtat: ergo hę apprehenſiones ſubduntur imperio voluntatis.

151 Noto ſecundò, dari poſſe iudiciū euidēs, vel immediatē ex apprehēſione terminorū; vt cōtingit, quādo quis ex ſola apprehenſione horū terminorū *totū*, & *maius ſua parte*. Determinatur ad iudiciū euidēs, quo affirmet, *totum eſt*

eſt maius ſua parte: vel poteſt eſſe euidens ratione præmiſſarum, ex quibus rectè deducatur per bonā conſequentiam: vt, quando quis ex illis præmiſsis euidētibus: *omne animal eſt viuēs, omnis homo eſt animal*, determinatur ad hanc cō cluſionem euidentem, *ergo omnis homo eſt viuens*.

152 Noto tertiò, duplicem neceſsitatē aſſentiendi diſtingui poſſe in intellectu: vnam, quæ dicitur quoad ſpeciē, alterā quoad exercitium: neceſsitas quoad ſpeciem datur, quando obiectum taliter propoſitū eſt: vt intellectus nequeat illi diſſentiri; etiamſi ſuſpendere poſsit aſſenſum circa illud. Neceſsitas quoad exercitiū datur, quando obiectū ita proponitur, vt intellectus cohiberi nequeat ab aſſenſu circa illud: ſed neceſſario in illū prorumpat. Hæ duæ neceſsitates ita comparātur inter ſe vt neceſsitas quoad exercitiū includat neceſsitatē quoad ſpecificationem, quia, ſi intellectus cogitur ad eliciendum aſſenſum circa hoc obiectum, neceſſarium eſt, quod non poſſit hic, & nunc illi diſſentiri; cum non poſſint ſimul coniungi in eodem intellectu aſſenſus, & diſſenſus circa idem omnino obiectum. Vt dicemus in lib. de Anima. At vero neceſsitas quoad ſpeciem non includit neceſsitatē quoad exercitium: quia benè poteſt contingere, quod non poſsit intellectus diſſentiri alicui propoſitioni; & tamen cohibere poſsit aſſenſum circa illam; vt cōtingit in aſſenſu fidei diuinæ: quia, ſi quis ſemel cognoſcat Deum, ſummè veracem aliquid reuelaſſe, nō poteſt diſſentiri propoſitioni reuelatæ, cùm naturæ lumine ſit notū, Deū non poſſe falſum dicere, & diſſenſus dari nequeat niſi circa falſum: & nihilominus poteſt cohibere aſſenſum talis propoſitionis, vt omnibus compertum eſt.

153 Noto quartò, quod licet intellectus ex præmiſsis euidētibus neceſsitetur quoad ſpeciē ad aſſenſum concluſionis; non tamen quoad exercitiū (idem dicito de aſſenſu euidēti ex ſola apprehenſione terminorū; hac enim poſita, neceſsitatur intellectus quoad ſpeciem ad talē aſſenſum; nō verò quoad exercitiū) quod autem ex præmiſsis euidentibus neceſsitetur intellectus quoàd ſpeciem ad aſſenſum concluſionis, in cōfeſſo eſt apud omnes. Et ratio eſt clara: quia cum ſemel poſita vnione extremorum cum medio non poſsit non dari vnio eorundē extremorum inter ſe, eo ipſo quod quis vidit euidenter per præmiſſas, dari vnionem extremorū cum medio, non poterit negare, dari vnionem extremorum inter ſe.

154 Quod vero intellectus nō ſit neceſsitatus quoad exercitiū facilè probatur: quia poſitis his præmiſsis, *omnis homo eſt animal; Petr⁹ eſt homo*: poteſt quis pro ſuo libito cōcludere directe hoc modo: *ergo Petr⁹ eſt animal*, & indi rectè hac ratione: *ergo aliquod animal eſt Petrus*, vt experientia cōſtat: ergo neutra ex his cōcluſioni

bus

bus eſt neceſſaria quoad exercitium. Patet conſequentia: quia, ſi vna ex illis eſſet neceſſaria nõ poſſet quis pro ſuo libito vnam, aut alteram elicere; ſed deberet ſemper in illã determinatè ferri. Idẽ argumentum fieri poteſt circa iudicium euidẽs ex ſola apprehenſione terminorum. De hoc redibit ſermo in lib. de Anima. His poſitis.

155 Dicô primô: Logica aliquas concluſiones habet practicas, & aliquas ſpeculatiuas. In hãc concluſionẽ cõſentiunt authores ſecundæ, & quartæ ſententiæ. Probatur: quia Logica habet aliquos actus dirigentes ad opera, quorũ executio cadit ſub imperium voluntatis illius, qui habet ipſam Logicã: Deinde habet aliquos actus nõ dirigentes ad opus aliquod efficiendum: ergo habet aliquos actus ſpeculatiuos, & aliquos practicos. Conſequentia eſt bona, vt conſtat ex ijs, quæ diximus parte 1. circa naturã practici, & ſpeculatiui. Antecedens verò probatur: quia in primis dãtur in Logica actus docentes, quomodo facienda ſit definitio, & ſyllogiſmus probabilis, cuius executio cadit ſub imperium voluntatis eius, qui tales actus habet, vt omnibus compertum eſt: deinde dãtur actus docentes, definitionem eſſe clariorem ſuo definito, ſyllogiſmus factus in *Barbara* concludere euidenter genus prædicari de pluribus differentibus ſpecie, &c. Atqui priores actus dirigunt ad faciẽdum liberè ſyllogiſmum, & definitionem probabilẽ: poſteriores verò ſiſtunt in contemplatione veritatis: ergo Logica habet aliquos actus dirigentes ad opus, & aliquos nõ dirigentes: ac per cõſequens aliquos habet practicos, & aliquos ſpeculatiuos.

156 Obijcies practicũ & ſpeculatiuũ ſunt differẽtiæ oppoſitę: ergo nõ poſſũt inueniri in eadẽ ſciẽtia. Diſtinguo antecedẽs: ſunt differentiæ oppoſitę reſpectu eiuſdẽ actus & eiuſdẽ obiecti, concedo: reſpectu diuerſorũ actuũ, aut diuerſorũ obiectorũ, nego antecedẽs. Deinde diſtinguo cõſequẽs: ergo nõ poſſunt inueniri in eadem ſcientia ratione eiuſdẽ omnino actus, cõcedo: ratione diuerſorum actuum, nego conſequentiam.

157 Dico ſecundò: Logica eſt practica non ſolum prout docens modum efficiendi ſyllogiſmum, aut definitionẽ probabilẽ; ſedetiã prout docẽs modũ efficiendi ſyllogiſmũ, aut definitionẽ euidẽtẽ. In hanc conſentiunt authores ſecundæ, & quartæ ſententiæ. Probatur: quia, ſi propter aliquã rationem non eſſet practica, prout docens, quomodo efficienda ſit definitio, aut ſyllogiſmus euidẽs, maximè, quia executio horũ non pẽdet ex imperio volũtatis. Hãc tradũt aduerſarij, ſed talis executio pendet ex imperio voluntatis, vt cõſtat ex n. 150. & 154. ergo non eſt cur Logica nõ ſit practica circa ſyllogiſmum, & definitionem euidentem.

158 Dico tertiò Logica eſt abſolutè practica, & ſecundũ quid ſpe-

ſpeculatiua. Hanc tenēt authores quartæ ſententiæ. Probatur: quia hoc, quod eſt, ſcientiā eſſe abſolutè practicā, aut abſolutè ſpeculatiuam, colligēdū eſt ex fine ipſius ſciētię, ita vt, ſi finis ſciētię ſit veritas in cuius cōtēplatione ſiſtat, ſit abſolutè ſpeculatiua; &, ſi finis ſit opus aliquod efficiendū per directionē ipſi⁹ ſciētiæ, ſit abſolutè practica. Id colligitur ex Ariſt. 2 Met. tex. 3. vbi facultatē practicā & ſpeculatiuā his verbis definiuit *ſpeculatiuæ etenim finis veritas; practicæ autē opus*: ſed finis Logicæ eſt op⁹ aliquod efficiēdū per directionē ipſius Logicæ; ergo eſt ſciētia abſolutè practica. Minorē probo: quia finis cuiuſuis ſciētiæ eſt obiectū attributionis ipſi⁹ ſciētię: ad huius enim perfectā cognitionē ordinatur tota ſcientia: ſed obiectū attributionis Logicæ eſt demōſtratio, quæ fit per directionē ipſi⁹ Logicæ, vt probatū eſt in precedētib⁹: ergo finis Logicę eſt op⁹ efficiēdū per directionē ipſi⁹ Logicæ. Hinc fit, eſſe ſpeculatiuā ſecūdū quid; quia, licet habeat aliquas: & forſam multas cōcluſiones ſpeculatiuas; nihilomin⁹ finis Logicæ non eſt veritas aliqua, in cuius cōtēplatione ſiſtat, ſed potius tranſit ad eius effectionem.

159 Obijcies: omnes cōcluſiones Logicę ordinātur ad perfectā cognitionē obiecti attributionis illius; ſed hoc per te eſt opus aliquod efficiendū per directionem Logicæ; ergo omnes cōcluſiones Logicę ordinātur ad opus, ac per conſequens omnes erunt practicæ. Reſpondeo, dupliciter ordinari poſſe cognitionem aliquam ad opus. Primo repræſentādo modum, quo fieri debeat tale opus ab agēte libero, in quo ſit ipſa cognitio. Secundo tanquā quid cōducens ad perfectam cognitionē talis operis ſine repræſentatione aliqua modi, quo efficiendū eſt. Si cognitio ordinetur ad opus hoc vltimo modo, ipſum opus dicitur eſſe finis remotus cognitionis; ſi verò primo modo, dicitur eſſe finis proximus. Ad hoc autem, vt ſingulæ cognitiones ſeorſim dicantur practicę, eſt neceſſariū quod ordinētur ad opus primo modo; hoc eſt tanquam ad finem proximum: quia aliter non poſſunt dirigere ad productionē liberam ſui obiecti. Ad hoc vero, vt tota ſcientia dicatur abſolutè practica non eſt neceſſariū, quod omnes eius cognitiones ordinentur ad opus tanquā ad finē proximum; ſed ſufficit, quod finis proximus aliquarū ſit opus, ad quod reliquæ ordinētur, tanquā ad finē remotum hoc enim ſufficit, vt abſolutè loquendo finis totius ſciētiæ dicatur opus.

160 Ad argumētū ergo in forma diſtinguo maiorem. Omnes concluſiones Logicæ ordinantur ad perfectam cognitionem obiecti attributionis, ita vt ſit hoc finis proximus aliquarum, & remotus aliarum, concedo: ita vt ſit finis proximus omnium, nego maiorem. Deinde, cōceſſa minori, diſtinguo conſequens: ergo omnes ordinantur ad opus, quod ſit finis

pro-

proximus aliquarum, & remotus aliarum, concedo: quod ſit finis proximus omniũ, nego cõſequentiam: ex quo infertur, non omnes eſſe formaliter practicas; ſed tantum aliquas, illas videlicet, quarum finis proximus eſt opus reliquas verò eſſe quidem formaliter ſpeculatiuas, pertinentes tamen ad ſcientiam abſolutè practicam propter rationem traditam.

PARS IIII.

Soluuntur argumẽta pro oppoſitis ſententijs adducta.

161 ARgumentũ, quo prima ſentẽtia probabat, Logicã eſſe ſpeculatiuã non oppugnat noſtram ſententiam fatemur enim, Logicam plures habere cõcluſiones ſpeculatiuas; addimus tamen, eas non ſufficere, vt abſolutè dicatur ſpeculatiua; ſed ſolũ ſecundùm quid: quia finis præcipuus Logicæ eſt opus, quod fit per directionem aliquarum cognitionum Logicarum, & ad cuius perfectam cognitionem ordinantur reliquæ.

162 Ad ſecundum adductum ad probandum, Logicam nõ eſſe practicam conceſsà maiori, nego minorẽ, nempè, quod nullus actus intellectus ſit praxis. Ad primam probationẽ, nego antecedens, nẽpè quod praxis ſit ſemper actus alterius potẽtiæ ab intellectu: neque id voluit Ariſtoteles dum dixit: *Practicũ intellectum alicuius gratia ratiocinari, & eſſe principiũ agendi*: quia in hoc loco tantũ docet practicũ intellectũ, vt talẽ eſſe principiũ agendi obiecti, circa quod immediatè ratiocinatur, ſeu quod immediatè attingit: in quo diſtinguitur ab intellectu ſpeculatiuo, vt tali; quia, licet hoc ſit principiũ agendi cognitionẽ ſpeculatiuã, non tamen eſt principiũ agendi obiectum talis cognitionis. Cùm autem intellectus poſsit aliquos actus proprios ita attingere per cognitionem aliam reflexam, vt media iſta dirigat ad eorum effectionem; non eſt cur non poſsit eſſe practicus circa proprios actus.

163 Ad ſecundam probationẽ illius antecedentis, nego maiorẽ, nempè quod praxis diſtinguatur ſemper ab ſpeculatione: ſpeculatio enim eſt actus ſiſtens in contẽplatione ſui obiecti immediati, nec tranſiens ad eius effectionem; praxis verò eſt opus, ſeu actus, qui fit per directionem cognitionis proponentis, quomodo fieri debeat tale opus: atqui poteſt contingere, quod actus ſiſtens in contemplatione ſui obiecti immediati fiat per directionẽ alicuius cognitionis reflexæ proponentis, quo modo fieri debeat talis actus: ergo poteſt contingere, quod ſpeculatio ſit praxis. Minor eſt certa ex n. 139. vbi probatum eſt, quamlibet definitionem, & ſyllogiſmum fieri per directionem intellectus præſcribentis, quomodo fieri debeant; ſed inter definitiones, & ſyllogiſmos dãtur plures, qui ſint ſpeculationes, vt omnibus cõpertum eſt: ergo, &c. Hinc colli-

Digitized by Google

colliges; quod licet ſpeculatio ſit ; detur, quod actus ſpeculatiuus: at praxis non eſt idem, quod actus practicus, ſed ſe habent ſicut cauſa, & effectus: nam actus practicus eſt ille, qui dirigit agens ad faciẽdum opus, & praxis eſt ipſum opus, quod fit per directionẽ actus practici: vnde, licèt actus practicus, & ſpeculatio opponantur, nõ poteſt inde inferri, opponi praxim, & ſpeculationem.

164 Dices: Ariſtoteles 3. de Anima tex. 49. dixit: *intellectum extenſione fieri practicum*; hoc eſt fieri practicum, quando ſe extendit ad dirigendas alias potentias extra ſe: ergo ſentit, non eſſe practicum reſpectu ſuarum operationum. Reſpondeo primò, ea verba non inueniri apud Ariſtotelem. Secundo, dato, quod ſint Ariſtotelis, nihil faciunt cõtra nos: nam ex eo dici poteſt, intellectum extenſione fieri practicum; quia ſe extendit ad opus, ad cuius executionem dirigit; ſiue hoc ſit actus aliquis ipſius intellectus, ſiue alterius potẽtię: in quo differt ab ſpeculatiuo, qui vt talis ſiſtit in contemplatione veritatis, neque ad aliquid ſe extendit, quod per eius directionem efficiatur.

165 Argumentũ adductũ pro ſecunda ſententia non opponitur noſtrę. Ad argumẽta adducta pro tertia ſentẽtia conſtat ex ijs, quæ diximus n. 154 Hic diſputari poterat. An idem actus poſsit eſſe ſimul practicus, & ſpeculatiuus: & an qui ſemel eſt practicus tranſire poſsit in ſpeculatiuum; & è contra. Sed de his agam in lib. de Anima, vbi propriam ſedem habent.

TRACTATVS PRIMVS DE VNIVERSALIBVS IN COMMVNI.

TRACTATVM hunc reijciunt nonnulli in Metaphyſicam, rati in tempoſtatiuam eſſe vniuerſalis tractationem in hoc loco: Cæterum cum vniuerſale pertineat ad obiectum Logicæ, & eius cognitio maximè conducat ad intelligentiam eorum, quæ in Logica diſcutiuntur; opere pretium duxi cum ferè omnibus dialecticis eius naturam in hoc loco declarare.

DIS-

DISPVTATIO I.

De Exiſtentia, & natura vniuerſalis.

SECTIO I.

Statuitur exiſtentia vniuerſalis.

1 VNiuerſale latè ſumptum illud dicitur, quod cùm vnũ ſit, extenditur ad multa. Eſt duplex complexum, & incõplexum. Complexum eſt, vel propoſitio aliqua ſigno vniuerſali affecta: vt, *omnis homo eſt animal*, quæ quidem ad omnes particulares ſe extendit: vel principium aliquod vniuerſale, ex quo plures concluſiones deducũtur; vt, *quodlibet eſt vel nõ eſt: omne totũ eſt maius ſua parte*. De hoc vniuerſali agitur in libris Periher. & in libris de Priori, & Poſteriori reſolutione, & nos in Inſtitutionibus dialecticis latè dedimus omnia, quæ ad illud pertinent. Vniuerſale in complexum eſt, quod, cùm ſimplex ſit, aut voce ſimplici ſignificetur; plura tamen ſub ſe comprehendit. Et eſt quadruplex, in cauſando, in ſignificando, in eſſendo, & prædicando. Vniuerſale in cauſando eſt cauſa, quæ plures effectus ſpecie diuerſos continet in ſua virtute: vt Deus, & orbes cœleſtes. Vniuerſale in ſignificando ſunt voces conceptus, aut ſigna, quæ plures res diuerſas exprimunt, aut ſignificant: vt vox *canis*, quæ canem marinum, cœleſtem, & latrabilẽ ſignificat. Vniuerſale in eſſendo eſt aliqua natura cõmunis, quæ cum vna ſit, poteſt in pluribus conſtitui: vt natura hominis, quæ ſemel abſtracta ab inferioribus poteſt poſtea in ipſis inferioribus, nẽpè in Petro, & Ioanne, &c. cõſtitui. Vniuerſale imprædicãdo eſt illud quod de multis per veram prædicationem enuntiatur: vt ratio hominis quæ vere dicitur de Petro Ioanne, &c. Præſens ergo diſputatio tantùm procedit de vniuerſali in eſſendo, & prædicando, cuius naturam, & eſſentiam inueſtigamus.

2 Et quidem certum eſt, dari hoc vniuerſale: quia natura hominis, prout hoc nomine *homo* ſignificatur, eſt vnũ quid, quando quidem per hoc nomẽ non ſignificatur prout multiplicata in inferioribus, vt ex dicendis in hac diſputatione facilè conſtabit: ergo datur vniuerſale in eſſendo, & in prædicando.

3 De inſtitutione, titulo, & neceſsitate huius tractatus legatur P. Toletus hic. De ſubiecto eius iuxta ea, quæ diximus diſputatione præcedenti ſectione 6. dicẽdum eſt, ſubiectum attributionis eſſe vniuerſale in communi; quia ad illud reducuntur omnia, de quibus agitur in hoc tractatu; ſubiectum vero adæquatum ſunt omnia ea, de quibus hic aliquid demonſtratur.

4 Aduertendum eſt primo, diuerſo modo pertinere vniuerſale ad Logicam, & ad Metaphyſicã.

Ad

Ad hanc pertinet, prout eſt vnũ: quia ad Metaphyſicã ſpectat agere de entitatibus rerum ſecũdùm ſe, & de earum vnitate, ac multiplicitate. Ad Logicam verò pertinet, prout ſupra vnitatem addit aptitudinem, vt ſit in multis, & de illis prædicetur, quia Logici muneris eſt proprium, prædicata ſuperiora cum inferioribus comparare, vt ex illis rectè diſpoſitis efficaces ſyllogiſmi conſtruãtur. Aduertẽdum eſt ſecundò id, quod frequenter dici ſolet, nempè ſcientias omnes agere de vniuerſalib⁹, intelligendum eſſe de vniuerſalibus, materialiter, hoc eſt de naturis ipſis, quæ denominantur vniuerſales; nam de vniuerſalibus formaliter ſumptis videlicèt de naturis ipſis, prout denominantur vniuerſales, ad Logicam, & Metaphyſicam ſpectat agere modo ſupra explicato.

SECTIO II.

Quid ſit vnitas, ſeu vnum?

5 ANtequam naturam vniuerſalis explicemus, opportet explicare, quid ſit eſſe vnum: quia hæc eſt vna ex rationibus ad eſſentiam vniuerſalis pertinentibus, & ex cuius perfecta cognitione pendet reſolutio plurium, quæ in hoc opere diſcutiuntur. Ariſtoteles 1. Met. cap. 1. quatuor modos aſsignat eorum, quæ ſecundùm ſe, & non ſecundùm accidens dicuntur vnum. Primum dicit eſſe id, quod natura continuum eſt ſecundùm dicit eſſe totum, hoc eſt compoſitum ex materia, & forma. Tertiũ verò, & quartum aſsignat his verbis: *Quædam autem, quorum vna ratio eſt; alia verò, quorum intellectio vna: talia autem, quorum indiuiſibilis: indiuiſibilis verò eius eſt, quod aut ſpecie, aut numero indiuiſibile eſt: numero igitur indiuiſibile eſt ſingulare: ſpecie verò cognoſcibili, & ſcientia.* En aſsignat alios duos modos vnius, nempè, vnum numero, & vnum ſpecie. Vbi vnũ ſpecie ſumit pro vniuerſali, ſiue ſit genericum, ſiue ſpecificum: & ideo paulò poſt ad ſummam redigens quatuor prędictos modos pro vno in ſpecie poſuit *vniuerſale*. Deinde infra addit, vnitatem conſiſtere in indiuiſibilitate, ac perconſequens omnia, quæ dicuntur vnum, dici talia: quia participant indiuiſibilitatẽ. Itaque eſſe vnũ ex mente Ariſtotelis eſt eſſe indiuiſibile.

6 Sed quæ eſt hæc indiuiſibilitas? Certum eſt, non eſſe indiuiſibilitatem in partes integrales, ſeu in partes eſſentiales; quia quodlibet ſingulare eſt maximè vnum, & tamen dantur plura ſingularia, quæ diuidi poſſunt in partes integrales, vt apparet in Petro; qui etiam poteſt diuidi in partes eſſentiales, ſiue phyſicas, vt in materiam, & formam; ſiue metaphyſicas, vt in genus, & differentiam, ex quibus eſſentialiter componitur ex his quidem metaphyſicè; ex illis verò phyſicè: ergo eſſe vnum non eſt eſſe indiuiſibile in

in partes integrantes, ſeu eſſentiales. Idem poteſt dici de indiuiſibilitate in inferiora: quia homo iuxta Ariſtotelem eſt vnum ſpecie, & eſt indiuiſibile tanquam inferiora in Petrum, & Ioannem.

7 Dico ergo, hic loqui Ariſtotelem de indiuiſibilitate, quæ excludit multiplicitatem in ea ratione, quæ dicitur; ita vt ſi ratio ſit vna numero, ſeu realiter, non poſsit in ſe ipſa admittere multiplicitatem numericã, ſeu realem; etſi ſit vna formaliter (qua ratione ſunt vnum rationes vniuerſales) non admittat in ſe ipſa multiplicitatem formalem verbi gratia ratio Petri, quæ eſt vna numero, & realiter, non poteſt inueniri in pluribus, in quibus ipſa ratio Petri ſit multiplex numero, ſeu realiter. Deinde ratio hominis, quę eſt vna formaliter non poteſt inueniri in pluribus, in quibus ipſa ratio hominis ſit multiplex formaliter. Itaque vnum eſt indiuiſibile in alia, quæ ſint idem cũ illo eo modo, quo eſt vnũ, ita vt ſi ſit vnum formaliter, nõ poſsit diuidi in alia, quæ ſint idem formaliter cũ illo, quia iam poſſet fieri multiplex formaliter: deinde, ſi ſit vnũ realiter, ſeu numero nõ poſsit diuidi in alia, quæ ſint idem numero, ſeu realiter cum illo: quia iam ſecundum ſe poſſet fieri multiplex numero.

8 Quod autem vnitas hanc dicat indiuiſibilitatem probatur ex Ariſtotele 5. Metaphyſic. tex. 11. vbi poſtquam diuerſos modos vnius enumerauerat, addit: *Item vnum dicuntur, quorum ratio, quod quid erat eſſe dicens* (id eſt eſſentialis) *indiuiſibilis ad aliam eſt quod quid erat eſſe rei ſignificantem.* En docet, eum conceptum eſſentialẽ eſſe vnum, qui diuidi non poteſt in membra, quę ſint ipſe conceptus eſſentialis: vbi non loquitur Ariſtoteles de identitate reali membrorũ cum eſſentiali illo conceptu bene enim nouerat, eſſentiam ita diuidi in ſingularia, v.g. hominẽ in Petrum, & Paulũ, vt ſit idem realiter cum quolibet illorum; ſed loquitur de idẽtitate formali: quia cum eſſentia pręſciſſa à ſingularibus ſit vna non realiter, ſed formaliter tantũ, eſt neceſſarium, quod, quando ad ſingularia cõtrahatur, non ſit idẽ formaliter cum illis, nec formaliter multiplicetur in illis. Et ideo dixit Ariſtoteles: *Indiuiſibilis ad aliam eſt, quod quid erat eſſe rei ſignificantem.* Ideſt indiuiſibilis per nomina, ſeu conceptus exprimentes membra diuidentia, vt identificata formaliter cum eſſentia vna, quia ſi membra ſignificarentur, vt identificata formaliter cum eſſentia; cum membra ſint plura, iam eſſentia eſſet formaliter multiplex in illis: ergo quando Ariſtoteles dicit vnum eſſe indiuiſibile, loquitur de indiuiſibilitate, qua fiat, vt ea ratio, quę eſt vna, non poſsit fieri multiplex eo modo, quo erat vna, nempè formaliter, ſeu numericè, vt explicatum eſt.

9 Ex his colliges primó: nullũ gradum tranſcendẽtem poſſe eſſe vnum

Digitized by Google

vnũ propriè loquendo, etiãſi abſtrahi poſsit ab inferioribus (exẽplum ſit ens, quod infra dicemus poſſe abſtrahi à differentijs ſubſtãtiæ, & accidentis, quas formaliter tranſcendit. Ratio eſt, quia gradus tranſcendens non poteſt eſſe indiuiſibilis: ergo non poteſt eſſe vnus. Conſequentia eſt bona ex dictis. Antecedens probatur: quia gradus trãſcendens, v.g. ens imbibitur formaliter in differentijs ſubſtantiæ, & accidentis, ita vt ſit idem formaliter cum illis, vt dicemus in tractatu de analogia; ſed differentiæ ſubſtantiæ, & accidentis ſunt plures formaliter diſtinctæ: ergo ratio entis in ipſis imbibita eſt plura formaliter diſtincta: ergo admittit pluralitatem ergo diuiſionem: ergo quando eſt præſciſſa non poteſt eſſe indiuiſibilis.

10 Dices: idem argumentum poteſt fieri de ratione hominis; quia ratio hominis: quæ eſt in Petro eſt diuerſa à ratione hominis, quæ eſt in Ioanne, ergo ratio hominis multiplicatur in inferioribus ergo nõ poteſt dici indiuiſibilis in illa, ac percõſequens neque vna. Diſtinguo antecedens: ratio hominis, quæ eſt in Petro eſt diuerſa realiter à ratione hominis, quæ eſt in Ioanne, concedo antecedens: eſt diuerſa formaliter, nego antecedens. Deinde diſtinguo conſequẽs: multiplicatur realiter in inferioribus, cõcedo, multiplicatur formaliter, nego cõſequentiam. Ex hoc autem bene infertur quod ratio hominis abſtracta ab inferioribus non ſit vna realiter à parte rei; non verò, quod non ſit vna formaliter; quia ad hoc, vt ſit vna formaliter, ſufficit quòd non poſsit diuini in alia, cum quibus formaliter identificetur. Ratio verò hominis, dum contrahitur ad ſingularia, non identificatur formaliter cum eorum differentijs, vt dicemus infra, & ideo totum Metaphyſicum, quod reſultat ex qualibet differentia indiuiduali, & ratione hominis, eſt vnũ diſtinctum formaliter ab his rationibus tanquam includens ab incluſo. Id autem non inuenitur in ente: quia hoc identificatur formaliter cum differẽtijs, per quas contrahitur.

11 Colliges ſecundò: In quo ſenſu intelligenda ſit definitio vnius, quæ communiter circunfertur, & admittitur à S. Thom. & reliquis ſcholaſticis, nẽpè, vnum eſſe *indiuiſum in ſe, & diuiſum à quolibet alio*: dicitur enim, *indiuiſum in ſe*, hoc eſt, in ſe ipſum; quia ratio, quæ eſt vna, nõ poteſt diuidi in mẽbra, quæ ſunt idẽ cũ illa, eo modo, quo eſt vna, vt explicatum eſt. Deinde *To indiuiſum* nõ intelligendũ eſt de indiuiſione actuali, ſed de potentiali: ita vt ſit idẽ, quod indiuiſibile in ſe, &c. Reliqua nõ indigẽt explicatione; quia intelligenda ſunt, vt ſonant: hæc nõ pertinẽt ad cõceptũ eſſentialem vnius (cum Ariſtoteles, vnitatẽ definiat per ſolã indiuiſibilitatem) ſed ſolũ ponitur maioris explicationis gratia.

12 Colliges tertiò: diuerſum

quid

quid eſſe vnionem, & vnitatem: primo; quia in Angelo, qui non componitur ex partibus, non datur vnio, vt conſtat, & tamen datur vnitas, vt concedunt omnes. Secundo, quia adhuc in rebus cōpoſitis, qualis eſt homo, vnio, & vnitas habent diuerſa munera vnio enim conſtituit compoſitum, hominem, v.g. vnitas verò cōſtituit vnum hominem: & diuerſum quid noſtro modo concipiēdi eſt eſſe hominem; ac eſſe vnum hominem; quia priùs eſt noſtro modo cōcipiēdi quod detur eſſentia hominis, quā quòd ſit vna; & proptereà vnitas, vt traditur in Metaphyſica, dicitur eſſe paſsio, ſeu attributum entis. Tertiò; quia vnio non facit indiuiſibilem hominē, ſed indiuiſum tantum in ſuas partes; vnitas verò facit illum indiuiſibilem modo ſupra explicato.

13 Rogas; An vnitas ſit cōceptus negatiuus an poſitiuus? Hæc difficultas pertinet ad Metaphyſicam, in qua in genere agitur de conceptu entis, & eius attributis vnitate videlicèt, bonitate, & veritate. Breuiter tamen dicam in præſenti, quid ſentiam. In primis certum eſt in qualibet entitate eſſe conceptum poſitiuum, ratione cuius illi repugnet diuiſio, neque enim negatio aliqua poteſt enti poſitiuo per ſe conuenire, niſi in illo ſit aliquod prædicatum, ratione cuius exigat talem negationem, vt cōcedunt omnes ergo ad hoc, vt negatio diuiſibilitatis dicatur per ſe conuenire enti, neceſſarium eſt, quod in ente detur prædicatum per ſe exigens talem negationem. Hoc poſito.

14 Dico primò: ratio entis noſtro modo concipiēdi diſtinguitur a cōceptu poſitiuo, ratione cuius enti repugnat diuiſio. Ratio eſt; quia benè poteſt cōcipi ratio entis, quin cōcipiatur cū hac repugnātia: ergo diſtinguitur per intellectū ab illo cōceptu poſitiuo. Antecedēs eſt certū; quia experiētia conſtat, poſſe expreſſe cognoſci aliquā entitatē, quin in mentē veniat expreſſe, an repugnet, vel nō repugnet illi diuiſio. Dico ſecundò, vnitatē conſiſtere formaliter in illo cōceptu poſitiuo. Probatur primò, quia iſte conceptus poſitiuus eſt noſtro modo cōcipiendi, per ſe cōſequēs rationē entis; nō vt veritas, vel bonitas, vt ex ſe patet; ergo vt unitas, quia nō ſunt plura attributa per ſe cōſequētia rationē entis. Secundò, quia Deus per ſuam ſubſtantiā eſt vnus; ſed nulla negatio eſt de ſubſtātia Dei: ergo vnitas nō eſt negatio; ſed eſt conceptus poſitiuus. explicatur tamen per negationē, nempe per indiuiſibilitatem: quia plures cōceptus poſitiuos non poſſumus explicare niſi per negationes.

15 Dices: vnitas opponitur pluralitati: ſed pluralitas eſt quid poſitiuum: ergo vnitas debet eſſe quid negatiuū. Minor probatur: quia pluralitas hominis, nihil aliud eſt, quā plures homines ſingulares: ſed plures homines ſingulares ſunt quid poſitiuum: ergo, & pluralitas hominum: ac per conſequēs vnitas erit quid negatiuū.

S 2 d-

eſt maius ſua parte : vel poteſt eſſe euidens ratione præmiſſarum, ex quibus rectè deducatur per bonã conſequentiam: vt, quando quis ex illis præmiſſis euidẽtibus: *omne animal eſt viuẽs, omnis homo eſt animal*, determinatur ad hanc cõcluſionem euidentem, *ergo omnis homo eſt viuens*.

152 Noto tertiò, duplicem neceſsitatẽ aſſentiendi diſtingui poſſe in intellectu: vnam, quæ dicitur quoad ſpeciẽ, alterã quoad exercitium: neceſsitas quoad ſpeciem datur, quando obiectum taliter propoſitũ eſt: vt intellectus nequeat illi diſſentiri; etiamſi ſuſpendere poſsit aſſenſum circa illud. Neceſsitas quoad exercitiũ datur, quando obiectũ ita proponitur, vt intellectus cohiberi nequeat ab aſſenſu circa illud: ſed neceſſario in illũ prorrumpat. Hæ duæ neceſsitates ita comparãtur inter ſe vt neceſsitas quoad exercitiũ includat neceſsitatẽ quoad ſpecificationem, quia, ſi intellectus cogitur ad eliciendum aſſenſum circa hoc obiectum, neceſſarium eſt, quod non poſſit hic, & nunc illi diſſentiri; cum non poſſint ſimul coniungi in eodem intellectu aſſenſus, & diſſenſus circa idem omnino obiectum. Vt dicemus in lib. de Anima. At vero neceſsitas quoad ſpeciem non includit neceſsitatẽ quoad exercitium: quia benè poteſt contingere, quod non poſsit intellectus diſſentiri alicui propoſitioni; & tamen cohibere poſsit aſſenſum circa illam; vt cõtingit in aſſenſu fidei diuinæ: quia, ſi quis ſemel cognoſcat Deum, ſummè veracem aliquid reuelaſſe, nõ poteſt diſſentiri propoſitioni reuelatæ, cùm naturæ lumine ſit notũ, Deũ non poſſe falſum dicere, & diſſenſus dari nequeat niſi circa falſum: & nihilominus poteſt cohibere aſſenſum talis propoſitionis, vt omnibus compertum eſt.

153 Noto quartò, quod licet intellectus ex præmiſsis euidẽtibus neceſsitetur quoad ſpeciẽ ad aſſenſum concluſionis; non tamen quoad exercitiũ (idem dicito de aſſenſu euidẽti ex ſola apprehenſione terminorũ; hac enim poſita, neceſsitatur intellectus quoad ſpeciem ad talẽ aſſenſum; nõ verò quoad exercitiũ) quod autem ex præmiſsis euidentibus neceſsitetur intellectus quòad ſpeciem ad aſſenſum concluſionis, in cõfeſſo eſt apud omnes. Et ratio eſt clara: quia cum ſemel poſita vnione extremorum cum medio non poſsit non dari vnio eorundẽ extremorum inter ſe, eo ipſo quod quis vidit euidenter per præmiſſas, dari vnionem extremorũ cum medio, non poterit negare, dari vnionem extremorum inter ſe.

154 Quod vero intellectus nõ ſit neceſsitatus quoad exercitiũ facilè probatur: quia poſitis his præmiſsis, *omnis homo eſt animal; Petr' eſt homo*; poteſt quis pro ſuo libito cõcludere directè hoc modo: *ergo Petrꝰ: eſt animal*, & indirectè hac ratione: *ergo aliquod animal eſt Petrus*, vt experientia cõſtat: ergo neutra ex his cõcluſioni

bus

bus eſt neceſſaria quoad exercitium. Patet conſequentia: quia, ſi vna ex illis eſſet neceſſaria nõ poſſet quis pro ſuo libito vnam, aut alteram elicere; ſed deberet ſemper in illã determinatè ferri. Idẽ argumentum fieri poteſt circa iudicium euidẽs ex ſola apprehenſione terminorum. De hoc redibit ſermo in lib. de Anima. His poſitis.

155 Dicô primô: Logica aliquas concluſiones habet practicas, & aliquas ſpeculatiuas. In hãc concluſionẽ cõſentiunt authores ſecundæ, & quartæ ſententiæ. Probatur: quia Logica habet aliquos actus dirigentes ad opera, quorũ executio cadit ſub imperium voluntatis illius, qui habet ipſam Logicã: Deinde habet aliquos actus nõ dirigentes ad opus aliquod efficiendum: ergo habet aliquos actus ſpeculatiuos, & aliquos practicos. Conſequentia eſt bona, vt conſtat ex ijs, quæ diximus parte 1. circa naturã practici, & ſpeculatiui. Antecedens verò probatur: quia in primis dantur in Logica actus docentes, quomodo facienda ſit definitio, & ſyllogiſmus probabilis, cuius executio cadit ſub imperium voluntatis eius, qui tales actus habet, vt omnibus compertum eſt: deinde datur actus docentes, definitionem eſſe clariorem ſuo definito, ſyllogiſmus factus in *Barbara* concludere euidenter genus prædicari de pluribus differentibus ſpecie, &c. Atqui priores actus dirigunt ad faciẽdum liberè ſyllogiſmum, & definitionem probabilẽ: poſteriores verò ſiſtunt in contemplatione veritatis: ergo Logica habet aliquos actus dirigentes ad opus, & aliquos nõ dirigentes: ac per cõſequens aliquos habet practicos, & aliquos ſpeculatiuos.

156 Obijcies practicũ & ſpeculatiuũ ſunt differentiæ oppoſitę: ergo nõ poſſũt inueniri in eadẽ ſciẽtia. Diſtinguo antecedẽs: ſunt differentiæ oppoſitę reſpectu eiuſdẽ actus & eiuſdẽ obiecti, concedo: reſpectu diuerſorũ actuũ, aut diuerſorũ obiectorũ, nego antecedẽs. Deinde diſtinguo cõſequẽs: ergo nõ poſſunt inueniri in eadem ſcientia ratione eiuſdẽ omnino actus, cõcedo: ratione diuerſorum actuum, nego conſequentiam.

157 Dico ſecundò: Logica eſt practica non ſolum prout docens modum efficiendi ſyllogiſmum, aut definitionẽ probabilẽ; ſed etiã prout docẽs modũ efficiendi ſyllogiſmũ, aut definitionẽ euidẽtẽ. In hanc conſentiunt authores ſecundæ, & quartæ ſententiæ. Probatur: quia, ſi propter aliquã rationem non eſſet practica, prout docens, quomodo efficienda ſit definitio, aut ſyllogiſmus euidẽs, maximè, quia executio horũ non pẽdet ex imperio volũtatis. Hãc tradũt aduerſarij, ſed talis executio pendet ex imperio voluntatis, vt cõſtat ex n. 150. & 154. ergo non eſt cur Logica nõ ſit practica circa ſyllogiſmum, & definitionem euidentem.

158 Dico tertio Logica eſt abſolutè practica, & ſecundũ quid

ſpeculatiua. Hanc tenét authores quartæ ſententia. Probatur: quia hoc, quod eſt, ſcientiã eſſe abſolutè practicã, aut abſolutè ſpeculatiuam, colligẽdũ eſt ex fine ipſius ſciẽtię, ita vt, ſi finis ſciẽtię ſit veritas in cuius, cõtẽplatione ſiſtat, ſit abſolutè ſpeculatiua; &, ſi finis ſit opus aliquod efficiendũ per directionẽ ipſi' ſciẽtiæ, ſit abſolutè practica. Id colligitur ex Ariſt. 2 Met. tex. 3. vbi facultatẽ practicã & ſpeculatiuã his verbis definiuit *ſpeculatiuæ etenim finis veritas; practicæ autẽ opus*: ſed finis Logicæ eſt op' aliquod efficiẽdũ per directionẽ ipſius Logicæ; ergo eſt ſciẽtia abſolutè practica. Minorẽ probo: quia finis cuiuſuis ſciẽtiæ eſt obiectũ attributionis ipſi' ſciẽtię; ad huius enim perfectã cognitionẽ ordinatur tota ſcientia: ſed obiectũ attributionis Logicæ eſt demõſtratio, quæ fit per directionẽ ipſi' Logicæ, vt probatũ eſt in pręcedẽtib': ergo finis Logicę eſt op' efficiẽdũ per directionẽ ipſi' Logicæ. Hinc fit, eſſe ſpeculatiuã ſecũdũ quid; quia, licet habeat aliquas: & forſam multas cõcluſiones ſpeculatiuas; nihilomin' finis Logicæ non eſt veritas aliqua, in cuius cõtẽplatione ſiſtat, ſed potius tranſit ad eius effectionem.

159 Obijcies: omnes cõcluſiones Logicę ordinãtur ad perfectã cognitionẽ obiecti attributionis illius; ſed hoc per te eſt opus aliquod efficiendũ per directionem Logicæ; ergo omnes cõcluſiones Logicę ordinãtur ad opus, ac per conſequens omnes erunt practicæ. Reſpondeo, dupliciter ordinari poſſe cognitionem aliquam ad opus. Primo repræſentãdo modum, quo fieri debeat tale opus ab agẽte libero, in quo ſit ipſa cognitio. Secundo tanquã quid cõducens ad perfectam cognitionẽ talis operis ſine repræſentatione aliqua modi, quo efficiendũ eſt. Si cognitio ordinetur ad opus hoc vltimo modo, ipſum opus dicitur eſſe finis remotus cognitionis; ſi verò primo modo, dicitur eſſe finis proximus. Ad hoc autem, vt ſingulæ cognitiones ſeorſim dicantur practicę, eſt neceſſariũ quod ordinẽtur ad opus primo modo; hoc eſt tanquam ad finem proximum: quia aliter non poſſunt dirigere ad productionẽ liberam ſui obiecti. Ad hoc vero, vt tota ſcientia dicatur abſolutè practica non eſt neceſſariũ, quod omnes eius cognitiones ordinentur ad opus tanquã ad finẽ proximum; ſed ſufficit, quod finis proximus aliquarũ ſit opus, ad quod reliquæ ordinẽtur, tanquã ad finẽ remotum hoc enim ſufficit, vt abſolutè loquendo finis totius ſciẽtiæ dicatur opus.

160 Ad argumẽtũ ergo in forma diſtinguo maiorem. Omnes concluſiones Logicæ ordinantur ad perfectam cognitionem obiecti attributionis, ita vt ſit hoc finis proximus aliquarum, & remotus aliarum, concedo; ita vt ſit finis proximus omnium, nego maiorem. Deinde, cõceſſa minori, diſtinguo conſequens: ergo omnes ordinantur ad opus, quod ſit finis

pro-

proximus aliquarum, & remotus aliarum, concedo: quod ſit finis proximus omniũ, nego cõſequentiam: ex quo infertur, non omnes eſſe formaliter practicas; ſed tantum aliquas, illas videlicet, quarum finis proximus eſt opus reliquas verò eſſe quidem formaliter ſpeculatiuas, pertinentes tamen ad ſcientiam abſolutè practicam propter rationem traditam.

PARS IIII.

Soluuntur argumẽta pro oppoſitis ſententijs adducta.

161 Argumentũ, quo prima ſentẽtia probabat, Logicã eſſe ſpeculatiuã non oppugnat noſtram ſententiam fatemur enim, Logicam plures habere cõcluſiones ſpeculatiuas; addimus tamen, eas non ſufficere, vt abſolutè dicatur ſpeculatiua; ſed ſolũ ſecundùm quid: quia finis præcipuus Logicæ eſt opus, quod fit per directionem aliquarum cognitionum Logicarum, & ad cuius perfectam cognitionem ordinantur reliquæ.

162 Ad ſecundum adductum ad probandum, Logicam nõ eſſe practicam conceſsà maiori, nego minorẽ, nempè, quod nullus actus intellectus ſit praxis. Ad primam probationẽ, nego antecedens, nẽpè quod praxis ſit ſemper actus alterius potẽtiæ ab intellectu: neque id voluit Ariſtoteles dum dixit: *Practicũ intellectum alicuius gratia ratiocinari, & eſſe principiũ agendi*: quia in hoc loco tantũ docet practicũ intellectũ, vt talẽ eſſe principiũ agendi obiecti, circa quod immediatè ratiocinatur, ſeu quod immediatè attingit: in quo diſtinguitur ab intellectu ſpeculatiuo, vt tali; quia, licet hoc ſit principiũ agendi cognitionẽ ſpeculatiuã, non tamen eſt principiũ agendi obiectum talis cognitionis. Cùm autem intellectus poſsit aliquos actus proprios ita attingere per cognitionem aliam reflexam, vt media iſta dirigat ad eorum effectionem; non eſt cur non poſsit eſſe practicus circa proprios actus.

163 Ad ſecundam probationẽ illius antecedentis, nego maiorẽ, nempè quod praxis diſtinguatur ſemper ab ſpeculatione: ſpeculatio enim eſt actus ſiſtens in contẽplatione ſui obiecti immediati, nec tranſiens ad eius effectionem; praxis verò eſt opus, ſeu actus, qui fit per directionem cognitionis proponentis, quomodo fieri debeat tale opus: atqui poteſt contingere, quod actus ſiſtens in contemplatione ſui obiecti immediati fiat per directionẽ alicuius cognitionis reflexæ proponentis, quomodo fieri debeat talis actus: ergo poteſt contingere, quod ſpeculatio ſit praxis. Minor eſt certa ex n. 139. vbi probatum eſt, quamlibet definitionem, & ſyllogiſmum fieri per directionem intellectus præſcribentis, quomodo fieri debeant; ſed inter definitiones, & ſyllogiſmos dãtur plures, qui ſint ſpeculationes, vt omnibus cõpertum eſt: ergo, &c. Hinc colli-

colliges; quod licet ſpeculatio ſit ; detur, quod actus ſpeculatiuus: at praxis non eſt idem, quod actus practicus, ſed ſe habent ſicut cauſa, & effectus: nam actus practicus eſt ille, qui dirigit agens ad faciẽdum opus, & praxis eſt ipſum opus, quod ſit per directionẽ actus practici: vnde, licèt actus practicus, & ſpeculatio opponantur, nõ poteſt inde inferri, opponi praxim, & ſpeculationem.

164 Dices: Ariſtoteles 3. de Anima tex. 49. dixit: *intellectum extenſione fieri practicum*; hoc eſt fieri practicum, quando ſe extendit ad dirigendas alias potentias extra ſe: ergo ſentit, non eſſe practicum reſpectu ſuarum operationum. Reſpondeo primò, ea verba non inueniri apud Ariſtotelem. Secundo, dato, quod ſint Ariſtotelis, nihil faciunt cõtra nos: nam ex eo dici poteſt, intellectum extenſione fieri practicum; quia ſe extendit ad opus, ad cuius executionem dirigit; ſiue hoc ſit actus aliquis ipſius intellectus, ſiue alterius potẽtię: in quo differt ab ſpeculatiuo, qui vt talis ſiſtit in contemplatione veritatis, neque ad aliquid ſe extendit, quod per eius directionem efficiatur.

165 Argumentũ adductũ pro ſecunda ſententia non opponitur noſtrę. Ad argumẽta adducta pro tertia ſentẽtia conſtat ex ijs, quæ diximus n. 154 Hic diſputari poterat. An idem actus poſsit eſſe ſimul practicus, & ſpeculatiuus: & an qui ſemel eſt practicus tranſire poſsit in ſpeculatiuum; & è contra. Sed de his agam in lib. de Anima, vbi propriam ſedem habent.

TRACTATVS PRIMVS DE VNIVERSALIBVS IN COMMVNI.

TRACTATVM hunc reijciunt nonnulli in Metaphyſicam, rati in tempeſtatiuam eſſe vniuerſalis tractationem in hoc loco: Cæterum cum vniuerſale pertineat ad obiectum Logicæ, & eius cognitio maximè conducat ad intelligentiam eorum, quæ in Logica diſcutiuntur; opere pretium duxi cum ferè omnibus dialecticis eius naturam in hoc loco declarare.

DISPVTATIO I.

De Exiſtentia, & natura vniuerſalis.

SECTIO I.

Statuitur exiſtentia vniuerſalis.

1 VNiuerſale laté ſumptum illud dicitur, quod cùm vnũ ſit, extenditur ad multa. Eſt duplex complexum, & incõplexum. Complexum eſt, vel propoſitio aliqua ſigno vniuerſali affecta: vt, *omnis homo eſt animal*, quæ quidem ad omnes particulares ſe extendit: vel principium aliquod vniuerſale, ex quo plures concluſiones deducũtur; vt, *quodlibet eſt vel nõ eſt: omne totũ eſt maius ſua parte*. De hoc vniuerſali agitur in libris Periher. & in libris de Priori, & Poſteriori reſolutione, & nos in Inſtitutionibus dialecticis laté dedimus omnia, quæ ad illud pertinent. Vniuerſale incomplexum eſt, quod, cùm ſimplex ſit, aut voce ſimplici ſignificetur; plura tamen ſub ſe comprehendit. Et eſt quadruplex, in cauſando, in ſignificando, in eſſendo, & prædicando. Vniuerſale in cauſando eſt cauſa, quæ plures effectus ſpecie diuerſos continet in ſua virtute: vt Deus, & orbes cœleſtes. Vniuerſale in ſignificando ſunt voces conceptus, aut ſigna, quæ plures res diuerſas exprimunt, aut ſignificant: vt vox *canis*, quæ canem marinum, cœleſtem, & latrabilẽ ſignificat. Vniuerſale in eſſendo eſt aliqua natura cõmunis, quæ cum vna ſit, poteſt in pluribus conſtitui: vt natura hominis, quæ ſemel abſtracta ab inferioribus poteſt poſtea in ipſis inferioribus, nẽpè in Petro, & Ioanne, &c. cõſtitui. Vniuerſale in prædicãdo eſt illud quod de multis per veram prædicationem enuntiatur: vt ratio hominis quæ vere dicitur de Petro Ioanne, &c. Præſens ergo diſputatio tantùm procedit de vniuerſali in eſſendo, & prædicando, cuius naturam, & eſſentiam inueſtigamus.

2 Et quidem certum eſt, dari hoc vniuerſale: quia natura hominis, prout hoc nomine *homo* ſignificatur, eſt vnũ quid, quando quidem per hoc nomẽ non ſignificatur prout multiplicata in inferioribus, vt ex dicendis in hac diſputatione facilè conſtabit: ergo datur vniuerſale in eſſendo, & in prædicando.

3 De inſtitutione, titulo, & neceſsitate huius tractatus legatur P. Toletus hic. De ſubiecto eius iuxta ea, quæ diximus diſputatione præcedenti ſectione 6. dicẽdum eſt, ſubiectum attributionis eſſe vniuerſale in communi; quia ad illud reducuntur omnia, de quibus agitur in hoc tractatu; ſubiectum vero adæquatum ſunt omnia ea, de quibus hic aliquid demonſtratur.

4 Aduertendum eſt primo, diuerſo modo pertinere vniuerſale ad Logicam, & ad Metaphyſicã.

Digitized by Google

Ad hanc pertinet, prout eſt vnũ: quia ad Metaphyſicã ſpectat agere de entitatibus rerum ſecũdùm ſe, & de earum vnitate, ac multiplicitate. Ad Logicam verò pertinet, prout ſupra vnitatem addit aptitudinem, vt ſit in multis, & de illis prædicetur, quia Logici muneris eſt proprium, prædicata ſuperiora cum inferioribus comparare, vt ex illis rectè diſpoſitis efficaces ſyllogiſmi conſtruãtur. Aduertẽdum eſt ſecundò id, quod frequenter dici ſolet, nempè ſcientias omnes agere de vniuerſalib⁹, intelligendum eſſe de vniuerſalibus, materialiter, hoc eſt de naturis ipſis, quæ denominantur vniuerſales; nam de vniuerſalibus formaliter ſumptis videlicêt de naturis ipſis, prout denominantur vniuerſales, ad Logicam, & Metaphyſicam ſpectat agere modo ſupra explicato.

SECTIO II.

Quid ſit vnitas, ſeu vnum?

5 ANtequam naturam vniuerſalis explicemus, opportet explicare, quid ſit eſſe vnum: quia hæc eſt vna ex rationibus ad eſſentiam vniuerſalis pertinentibus, & ex cuius perfecta cognitione pendet reſolutio plurium, quæ in hoc opere diſcutiuntur. Ariſtoteles 5. Met. cap. 6. quatuor modos aſsignat eorum, quæ ſecundùm ſe, & non ſecundùm accidens dicuntur vnum. Primum dicit eſſe id, quod natura continuum eſt ſecundùm dicit eſſe totum, hoc eſt compoſitum ex materia, & forma. Tertiũ verò, & quartum aſsignat his verbis: *Quædam autem, quorum vna ratio eſt; alia verò, quorum intellectio vna: talia autem, quorum indiuiſibilis: indiuiſibilis vero eius eſt, quod aut ſpecie, aut numero indiuiſibile eſt: numero igitur indiuiſibile eſt ſingulare: ſpecie vero cognoſcibili, & ſcientia.* En aſsignat alios duos modos vnius, nempè, vnum numero, & vnum ſpecie. Vbi vnũ ſpecie ſumit pro vniuerſali, ſiue ſit genericum, ſiue ſpecificum: & ideo paulò poſt ad ſummam redigens quatuor prędictos modos pro vno in ſpecie poſuit *vniuerſale*. Deinde infra addit, vnitatem conſiſtere in indiuiſibilitate, ac perconſequens omnia, quæ dicuntur vnum, dici talia: quia participant indiuiſibilitatẽ. Itaque eſſe vnũ ex mente Ariſtotelis eſt eſſe indiuiſibile.

6 Sed quæ eſt hæc indiuiſibilitas? Certum eſt, non eſſe indiuiſibilitatem in partes integrales, ſeu in partes eſſentiales; quia quodlibet ſingulare eſt maximè vnum, & tamen dantur plura ſingularia, quæ diuidi poſſunt in partes integrales, vt apparet in Petro; qui etiam poteſt diuidi in partes eſſentiales, ſiue phyſicas, vt in materiam, & formam; ſiue metaphyſicas, vt in genus, & differentiam, ex quibus eſſentialiter componitur ex his quidem metaphyſicè; ex illis verò phyſicè: ergo eſſe vnum non eſt eſſe indiuiſibile

in

in partes integrantes, ſeu eſſentiales. Idem poteſt dici de indiuiſibilitate in inferiora: quia homo iuxta Ariſtotelem eſt vnum ſpecie, & eſt iudiuiſibile tanquam inferiora in Petrum, & Ioannem.

7 Dico ergo, hic loqui Ariſtotelem de indiuiſibilitate, quæ excludit multiplicitatem in ea ratione, quæ dicitur; ita vt ſi ratio ſit vna numero, ſeu realiter, non poſsit in ſe ipſa admittere multiplicitatem numericã, ſeu realem; etſi ſit vna formaliter (qua ratione ſunt vnum rationes vniuerſales) non admittat in ſe ipſa multiplicitatem formalem verbi gratia ratio Petri, quæ eſt vna numero, & realiter, non poteſt inueniri in pluribus, in quibus ipſa ratio Petri ſit multiplex numero, ſeu realiter. Deinde ratio hominis, quę eſt vna formaliter non poteſt inueniri in pluribus, in quibus ipſa ratio hominis ſit multiplex formaliter. Itaque vnum eſt indiuiſibile in alia, quæ ſint idem cũ illo eo modo, quo eſt vnũ, ita vt ſi ſit vnum formaliter, nó poſsit diuidi in alia, quæ ſint idem formaliter cũ illo, quia iam poſſet fieri multiplex formaliter: deinde, ſi ſit vnũ realiter, ſeu numero nõ poſsit diuidi in alia, quæ ſint idem numero, ſeu realiter cum illo: quia iam ſecundum ſe poſſet fieri multiplex numero.

8 Quod autem vnitas hanc dicat indiuiſibilitatem probatur ex Ariſtotele 5. Metaphyſic. tex. 11. vbi poſtquam diuerſos modos vnius enumerauerat, addit: *Item vnum dicuntur, quorum ratio, quod quid erat eſſe dicens* (id-eſt eſſentialis) *indiuiſibilis ad aliam eſt quod quid erat eſſe rei ſignificantem.* En docet, eum conceptum eſſentialẽ eſſe vnum, qui diuidi non poteſt in membra, quę ſint ipſe conceptus eſſentialis: vbi non loquitur Ariſtoteles de identitate reali membrorũ cum eſſentiali illo conceptu bene enim nouerat, eſſentiam ita diuidi in ſingularia, v.g. hominẽ in Petrum, & Paulũ, vt ſit idem realiter cum quolibet illorum; ſed loquitur de idẽtitate formali: quia cum eſſentia pręciſſa à ſingularibus ſit vna non realiter, ſed formaliter tantũ, eſt neceſſarium, quod, quando ad ſingularia cõtrahatur, non ſit idẽ formaliter cum illis, nec formaliter multiplicetur in illis. Et ideo dixit Ariſtoteles: *Indiuiſibilis ad aliam eſt, quod quid erat eſſe rei ſignificantem.* Ideſt indiuiſibilis per nomina, ſeu conceptus exprimentes membra diuidentia, vt identificata formaliter cum eſſentia vna, quia ſi membra ſignificarentur, vt identificata formaliter cum eſſentia; cum membra ſint plura, iam eſſentia eſſet formaliter multiplex in illis: ergo quando Ariſtoteles dicit vnum eſſe indiuiſibile, loquitur de indiuiſibilitate, qua fiat, vt ea ratio, quę eſt vna, non poſsit fieri multiplex eo modo, quo erat vna, nempè formaliter, ſeu numericè, vt explicatum eſt.

9 Ex his colliges primò: nullũ gradum tranſcendẽtem poſſe eſſe

quid eſſe vnionem, & vnitatem: primo; quia in Angelo, qui non componitur ex partibus, non datur vnio, vt conſtat, & tamen datur vnitas, vt concedunt omnes. Secundo, quia adhuc in rebus cõpoſitis, qualis eſt homo, vnio, & vnitas habent diuerſa munera vnio enim cõſtituit compoſitum, hominem, v.g. vnitas verò cõſtituit vnum hominem: & diuerſum quid noſtro modo concipiẽdi eſt eſſe hominem; ac eſſe vnum hominem; quia priùs eſt noſtro modo cõcipiẽdi quod detur eſſentia hominis, quã quòd ſit vna; & proptereà vnitas, vt traditur in Metaphyſica, dicitur eſſe paſsio, ſeu attributum entis. Tertiò; quia vnio non facit indiuiſibilem hominẽ, ſed indiuiſum tantum in ſuas partes; vnitas vero facit illum indiuiſibilem modo ſupra explicato.

13 Rogas: An vnitas ſit cõceptus negatiuus an poſitiuus? Hæc difficultas pertinet ad Metaphyſicam, in qua in genere agitur de conceptu entis, & eius attributis vnitate videlicèt, bonitate, & veritate. Breuiter tamen dicam in præſenti, quid ſentiam. In primis certum eſt in qualibet entitate eſſe conceptum poſitiuum, ratione cuius illi repugnet diuiſio, neque enim negatio aliqua poteſt enti poſitiuo per ſe conuenire, niſi in illo ſit aliquod prædicatum, ratione cuius exigat talem negationem, vt cõcedunt omnes ergo ad hoc, vt negatio diuiſibilitatis dicatur per ſe conuenire enti, neceſſarium eſt, quod in ente detur prædicatum per ſe exigens talem negationem. Hoc poſito.

14 Dico primò: ratio entis noſtro modo concipiẽdi diſtinguitur a cõceptu poſitiuo, ratione cuius enti repugnat diuiſio. Ratio eſt; quia benè poteſt cõcipi ratio entis, quin cõcipiatur cũ hac repugnãtia: ergo diſtinguitur per intellectũ ab illo cõceptu poſitiuo. Antecedẽs eſt certũ; quia experiẽtia conſtat, poſſe expreſſe cognoſci aliquã entitatẽ, quin in mentẽ veniat expreſſe, an repugnet, vel nõ repugnet illi diuiſio. Dico ſecundò, vnitatẽ conſiſtere formaliter in illo cõceptu poſitiuo. Probatur primò, quia iſte conceptus poſitiuus eſt noſtro modo cõcipiendi, per ſe cõſequẽs rationẽ entis; nõ vt veritas, vel bonitas, vt ex ſe patet; ergo vt unitas, quia nõ ſunt plura attributa per ſe cõſequẽtia rationẽ entis. Secundò, quia Deus per ſuam ſubſtantiã eſt vnus; ſed nulla negatio eſt de ſubſtãtia Dei: ergo vnitas nõ eſt negatio; ſed eſt conceptus poſitiuus. explicatur tamen per negationẽ, nempe per indiuiſibilitatem: quia plures cõceptus poſitiuos non poſſumus explicare niſi per negationes.

15 Dices: vnitas opponitur pluralitati: ſed pluralitas eſt quid poſitiuum: ergo vnitas debet eſſe quid negatiuũ. Minor probatur: quia pluralitas hominis, nihil aliud eſt, quã plures homines ſingulares: ſed plures homines ſingulares ſunt quid poſitiuum: ergo, & pluralitas hominum: ac per conſequẽs vnitas erit quid negatiuũ.

Sed contrà: ſi vnitas, qua homo, v.g. cõſtituitur vnus, eſt quid negatiuum, neſcio, qua ratione plures homines poſsint eſſe quid poſitiuum; quia pluralitas hominum nihil aliud eſt, quã multiplicatio vnitatum ſingularium naturæ humanæ: ſed per te vnitas eſt quid negatiuũ: ergo pluralitas eſt multiplicatio negationum: ergo quid negatiuum: quia multiplicatio negationũ, nihil aliud eſt, quam plures negationes.

16 Reſpondeo ergo ad obiectionem, duplicẽ ex cogitari poſſe pluralitatẽ, vnam reſultantem ex hoc numero homine, v.g. & alijs numero diuerſis, vt ex Petro, Ioanne, Paulo, &c. alteram, quæ fieret ex multiplicatione, ſeu diuiſibilitate huius numero hominis in ſe ipſum. Prima pluralitas tam longe abeſt ab oppoſitione cum vnitate huius numero hominis, vt potius ſit quid reſultans ex illa, & alijs vnitatibus, tanquam ex proprijs partibus. Secunda vero pluralitas opponitur vnitati huius numero hominis, ita tamen, vt neutra ex illis ſit contradictorium immediatum alterius. Sed quælibet ex illis conceptus poſitiuus, ex quo oritur negatio, ſeu contradictorium alterius. Nam ex vnitate poſitiua Petri oritur negatio plurium entitatũ, in quibus ipſe Petrus ſit numero multiplex, & ex poſitione plurium entitatum, ſi darentur, in quibus Petrus eſſet numero multiplex, orietur negatio vnitatis poſitiuæ ipſius Petri.

17 Ad eum modum, quo ſimilitudo, & diſsimilitudo, adhuc in ſententia aduerſariorũ, ſunt conceptus poſitiui talis naturæ, vt ex ſimilitudine, quam ego habeo cum Petro in ratione hominis, oriatur negatio diſsimilitudinis cum illo in eadem ratione, & ex diſsimilitudine, quam habeo cum lapide in ratione animalis, oriatur negatio ſimilitudinis cum illo in eadem ratione, & ideo ſimilitudo, & diſsimilitudo duorũ extremorum, dicitur opponi contradictoriè mediatè, non verò immediatè. Idem dicito de vnitate, & pluralitate.

SECTIO III.

Explicatur definitio vniuerſalis.

18 Ariſtoteles 7.lib. Metaph. tex.45. loquens de vniuerſali hæc habet. *Hoc enim dicitur vniuerſale, quod pluribus natura aptũ eſt in eſſe*, & 1. de Interpret. c.5. ait: *dico autẽ vniuerſale, quod in pluribus predicari natũ eſt.* Ex quibus locis duplicẽ definitionem vniuerſalis deſumpſerunt dialectici. Prima eſt: vniuerſale eſt *vnum aptum eſſe in multis.* Secunda eſt: vniuerſale eſt *vnum aptum prædicari de multis.* In quibus definitionibus, *vnum*, ſummitur propriè: & ponitur loco generis, in quo vniuerſale conuenit cum ſingulari: differt tamen per hanc particulam primo à complexis, quale eſt animal rationale, quãdo

con-

cōceptibus diuerſis cōcipiuntur animal, & rationale: quia tunc nō ſunt vna; ſed plures rationes. Excludūtur etiam æquiuoca, & analoga attributionis: quia licet vno nomine ſignificētur, ſignificantur tamen vt diuerſa; & ideo ſunt plura ſimpliciter; Excludūtur etiam analoga tranſcendentiæ qnale eſt ens reſpectu ſubſtātiæ, & accidentis: quia licèt ratio entis poſsit ab illis abſtrahi, nihilominus ſic abſtracta nō eſt propriè vna, vt conſtat ex dictis ſectione præcedēte.

19 Dices: Ariſt. 3. Met. tex. 16 ait de ente, & vno (quod eſt paſsio entis) *hæc vniuerſalia maxime omniū ſunt:* ſed ens pernos eſt analogū tranſcēdentiæ: ergo analogū tranſcendentiæ perfectiſsimè participat rationē vniuerſalis. Deinde 4. Met. tex. 3. ait: *quare quod vnius ſpecies, totidē & entis ſunt* Et 3. Phyſ. tex. 5. ait: *quare motus & mutationis ſpecies tot ſunt, quod entis*: ergo ex Ariſt. ens habet ſpecies: Sed id, quod ſub ſe habet ſpecies, eſt genus, & id, quod eſt genus, eſt perfectiſsimū vniuerſale, vt infra dicemus: ergo ens perfectiſsimè eſt vniuerſale.

20 Reſpondeo Ariſtotelem in his locis locutum fuiſſe de vniuerſali, & ſpeciebꝰ nō propriè, ſed lato modo ſumptis, videlicèt prout vniuerſale ſumitur pro eo, quod quoquomodo eſt multis commune, & ſpecies ſumitur pro eo, quod comprehēditur ſub conceptu ad plures naturas ſe extēdēte. Id autē colligitur ex eodē Ariſt. lib. 1. Ethic. cap. 6. vbi bonum excluſit à ratione vniuerſalis, & à ratione vnius, quia omnia tranſcēdit prædicamēta; ſed ens etiam tranſcēdit omnia prædicamēta; ergo nō poteſt eſſe vniuerſale, aut vnum. Deinde 3. Met. tex. 10. circa finē expreſsè docet, ens nō poſſe eſſe genus: quia tranſcēdit differētias ergo in locis ſupra adductis non loquitur de vniuerſali propriè; ſed late ſumpto. Dicit autem eſſe maximè vniuerſale non aliâ de cauſa, niſi quia extenditur ad omnia.

21 Secunda particula definitionis eſt, *aptū eſſe in multis*, per quā vniuerſale differt à ſingulari: & ita intelligenda eſt, vt natura, quę denominatur vniuerſalis, debeat multiplicari per cōtractionē ad inferiora. Quòd veró prædicta particula ſit intelligēda modo explicato, probatur primò; quia omnes naturæ, quæ in cōſenſu omniū ſūt vniuerſales, multiplicātur per cōtractionē ad ſua inferiora, ſic ratio hominis, quæ eſt vniuerſalis, dum cōtrahitur ad ſingularia, fit realiter multiplex in illis quia Petrus, Paulus, & Ioannes realiter ſunt plures homines, nō vnus. Prętereà natura animalis, dum cōtrahitur ad hominem, & leonem fit multiplex, quia homo leo, equus, &c. realiter ſunt plura animalia, & ſic in reliquis: ergo de ratione vniuerſalis eſt, quòd poſsit eſſe in pluribus taliter, vt multiplicetur realiter in illis. Propter hanc rationem dicitur vniuerſale diuidi in ſua inferiora: quia videlicet natura, quæ anteà erat vna per vniuer-

uerſalitatem, dum poſtea contrahitur ad inferiora, fit multiplex realiter in illis.

22 Secundò probatur: quia, vt natura aliqua fiat vniuerſalis, nō ſufficit, quod ſit apta eſſe in multis per vnionē, aut identitatē realem cū illis ſine multiplicatione ſui: ergo eſt neceſſariū, quod poſſit eſſe in illis taliter, vt multiplicetur. Antecedēs probatur; quia materia prima eſt apta, vt ſit (ſaltem de potentia Dei, vt dicemus in Phyſicis) in multis compoſitis ſubſtancialibus ſimul per vnionē ad plures formas ſubſtantiales; & tamen à nullo dicitur materia prima vniuerſalis: deinde natura diuina, quatenꝰ eſt ex ſe, po eſt eſſe in pluribus ſuppoſitis per identitatē realē cum ſubſiſtentijs realiter inter ſe diſtinctis: & tamē in conſenſu omnium non eſt vniuerſalis, nō alia de cauſa, niſi quia in omnibus ſuppoſitis eſt vna, & eadem Deitas: ergo ad rationē vniuerſalis neceſſarium eſt, quòd taliter poſsit eſſe in pluribus, vt in illis multiplicari debeat.

23 Hinc colliges cur Deus nō dicatur diuidi in tria ſuppoſita, etiā ſi, idētificetur realiter cū illis. Ratio enim eſt: quia Deitas nō multiplicatur realiter in ſuppoſita cū nō ſint tres Dij; ſed vnus tātū. Secundò colliges: quod licèt vna, & eadē albedo poſsit eſſe ſimul in pluribus ſubiectis nō tamē ſit vniuerſalis reſpectu illorum: quia non multiplicatur in illis.

24 Deniq; vniuerſale eſt *vnū aptum prædicari de multis*: quod intelligendū eſt prædicatione verà vt docuit Ariſt. 1. lib. Poſter. c. 1. tex. 29. his verbis: *Eſſe quidē igitur vnū de multis verū dicere neceſſe eſt: non enim erit vniuerſale, niſi hoc ſit*, ideſt, vt aliquid ſit vniuerſale, neceſſariū eſt, quod verè dicatur de multis: hoc enim ſignificat particula illa *verum dicere*. Preterea vniuerſale debet prędicari prædicatione directà, & naturali de ſuis inferioribus. Illa autē prędicatio eſt directa, & naturalis cuius prædicatū, vel eſt de cōceptu eſſentiali ſubiecti, vel ſe habet, vt forma illius, vt dicemus; quando agamus de prædicationibus.

25 Ex dictis facilè cōſtat, omnem naturā vniuerſalē debere eſſe vnam. Prout talis autem, hoc eſt, prout vna eſt, dicitur vniuerſale Metaphyſicum formaliter; & vniuerſale Logicū fundamentaliter proximè; quia natura prout vna, eſt fundamētum proximè vniuerſalis Logici. Prętereà cōſtat etiā debere eſſe aptam eſſe in multis, per quam aptitudinem conſtituitur formaliter in ratione vniuerſalis Logici. Hæc quidem diſputationibus ſequentibus magis explicantur

DISPVTATIO II.

Vtrùm vniuerſale detur à parte rei?

1 ILlud dicimus dari à parte rei, quod datur in rerū natura ante operationē noſtri intellectus,

Digitized by Google

ctus, ſeu, quod non datur per operationem illius. Porrò vniuerſale poteſt ſumi fundamentaliter, & formaliter. Vniuerſale fundamẽtaliter ſunt plures entitates ſimiles, quę propter ſimilitudinẽ, quã inter ſe habẽt occaſionem prębẽt noſtro intellectui, vt illas concipiat ſine diſtinctione; vt Petrus, & Paulus, quos, quia ſunt ſimiles in ratiocinando, poteſt intellectus cognoſcere, vt principiũ ratiocinãdi, quin concipiat vt principia operationũ particulariũ, per quæ diſtinguntur. Vniuerſale formaliter eſt natura vna prout vna eſt, & apta eſſe in multis, atque adeò, vniuerſale formaliter ſumptũ includit, & naturã, quæ denominatur vniuerſalis, & vnitatẽ, ac aptitudinem, per quas natura denominatur vniuerſalis.

2 Certum ergo eſt primo, vniuerſale fundamentaliter ſumptũ dari, à parte rei: vt Petr⁹, & Paulus homo, & equus, &c. Certum eſt ſecũdo, id, quod in vniuerſali formaliter, ſe habet vt ſubiectũ, nempè natura, quæ denominatur vniuerſalis, dari etiã frequẽter ante operationẽ intellectus; quia natura humana, quæ denominatur vniuerſalis reſpectu ſingularium hominum, reuerà datur in rerum natura ante operationẽ intellect⁹ (nonnulli recentiores cõtrarium affirmarunt cõtra cõmunem ſententiam, illos tamen impugnabo infra) ſolum ergo procedit difficultas præſens de vnitate, & aptitudine, per quas natura conſtituitur formaliter in ratione vniuerſalis: an videlicèt dentur à parte rei, vel ſolùm per intellectum?

SECTIO I.

Referuntur, & refelluntur variæ ſententiæ.

3 PRima ſententia, quã Ariſt. 1 Met. c. 6. & 7. Met. cap. 8. tribuit Platoni, aſſerit vniuerſale eſſe quandã naturam realiter cõmunem multis, & à parte rei ſeparatam ab illis, v. g. vniuerſale hominis eſt quædam natura humana vna cõmunis Petro, & Paulo, &c. & ab eis realiter ſeparata. Sed hæc ſententia omnino reijcienda eſt, quia ſi homo eſt quid realiter diſtinctum, & ſeparatũ à ſingularibus: ergo nõ poteſt eſſe de eſſentia illorũ. Vndè Petrus non erit eſſentialiter homo: & idem poterit dici de reliquis prædicatis ſuperioribus. Patet conſequentia: quia eſſentia nihil aliud eſt quam ipſa entitas rei; ſed res non poteſt eſſe ſeparata à ſua entitate: ergo neque ab eſſentia: ergo ſi homo, animal, &c. ſunt realiter ſeparata à Petro, non erunt de eſſentia illius.

4 Dices dari quemdã hominẽ ſeparatũ, qui ſit vniuerſalis, deinde alios duos homines diſtinctos, & ab illo vniuerſali, & inter ſe ipſos, quorum ſinguli ſunt in ſingulis indiuiduis, & de eſſentia illorum. Sed contra ille homo, quẽ tu dicis vniuerſalem, eſt indiſtinctus realiter à reliquis, quos dicis eſſe in ſingularibus: ergo eſt etiam ſingularis. Patet conſequentia;

colliges; quod licet ſpeculatio ſit idem, quod actus ſpeculatiuus: at praxis non eſt idem, quod actus practicus, ſed ſe habent ſicut cauſa, & effectus: nam actus practicus eſt ille, qui dirigit agens ad faciēdum opus, & praxis eſt ipſum opus, quod fit per directionē actus practici: vnde, licèt actus practicus, & ſpeculatio opponantur, nō poteſt inde inferri, opponi praxim, & ſpeculationem.

164 Dices: Ariſtoteles 3. de Anima tex. 49. dixit: *intellectum extenſione fieri practicum*; hoc eſt fieri practicum, quando ſe extendit ad dirigendas alias potentias extra ſe: ergo ſentit, non eſſe practicum reſpectu ſuarum operationum. Reſpondeo primò, ea verba non inueniri apud Ariſtotelem. Secundo, dato, quod ſint Ariſtotelis, nihil faciunt cōtra nos: nam ex eo dici poteſt, intellectum extenſione fieri practicum; quia ſe extendit ad opus, ad cuius executionem dirigit; ſiue hoc ſit actus aliquis ipſius intellectus, ſiue alterius potētię: in quo differt ab ſpeculatiuo, qui vt talis ſiſtit in contemplatione veritatis, neque ad aliquid ſe extendit, quod per eius directionem efficiatur.

165 Argumentū adductū pro ſecunda ſententia non opponitur noſtrę. Ad argumēta adducta pro tertia ſentētia conſtat ex ijs, quæ diximus n. 154 Hic diſputari poterat. Anidem actus poſſit eſſe ſimul practicus, & ſpeculatiuus: & an qui ſemel eſt practicus tranſire poſſit in ſpeculatiuum; & è contra. Sed de his agam in lib. de Anima, vbi propriam ſedem habent.

TRACTATVS
PRIMVS
DE VNIVERSALIBVS
IN COMMVNI.

TRACTATVM hunc reijciunt nonnulli in Metaphyſicam, rati in tempoſtatiuam eſſe vniuerſalis tractationem in hoc loco: Cæterum cum vniuerſale pertineat ad obiectum Logicæ, & eius cognitio maximè conducat ad intelligentiam eorum, quæ in Logica diſcutiuntur; operæ pretium duxi cum ferè omnibus dialecticis eius naturam in hoc loco declarare.

DISPVTATIO I.

De Exiſtentia, & natura vniuerſalis.

SECTIO I.

Statuitur exiſtentia vniuerſalis.

1 VNiuerſale latè ſumptum illud dicitur, quod cùm vnũ ſit, extenditur ad multa. Eſt duplex complexum, & incõplexum. Complexum eſt, vel propoſitio aliqua ſigno vniuerſali affecta: *vt, omnis homo eſt animal*, quæ quidem ad omnes particulares ſe extendit: vel principium aliquod vniuerſale, ex quo plures concluſiones deducũtur; vt, *quodlibet eſt vel nõ eſt: omne totũ eſt maius ſua parte*. De hoc vniuerſali agitur in libris Periher. & in libris de Priori, & Poſteriori reſolutione, & nos in Inſtitutionibus dialecticis latè dedimus omnia, quæ ad illud pertinent. Vniuerſale incomplexum eſt, quod, cùm ſimplex ſit, aut voce ſimplici ſignificetur; plura tamen ſub ſe comprehendit. Et eſt quadruplex, in cauſando, in ſignificando, in eſſendo, & prædicando. Vniuerſale in cauſando eſt cauſa, quæ plures effectus ſpecie diuerſos continet in ſua virtute: vt Deus, & orbes cœleſtes. Vniuerſale in ſignificando ſunt voces conceptus, aut ſigna, quæ plures res diuerſas exprimunt, aut ſignificant: vt vox *canis*, quæ canem marinum, cœleſtem, & latrabilẽ ſignificat. Vniuerſale in eſſendo eſt aliqua natura cõmunis, quæ cum vna ſit, poteſt in pluribus conſtitui: vt natura hominis, quæ ſemel abſtracta ab inferioribus poteſt poſtea in ipſis inferioribus, nẽpè in Petro, & Ioanne, &c. cõſtitui. Vniuerſale in prædicãdo eſt illud quod de multis per veram prædicationem enuntiatur: vt ratio hominis quæ vere dicitur de Petro Ioanne, &c. Præſens ergo diſputatio tantùm procedit de vniuerſali in eſſendo, & prædicando, cuius naturam, & eſſentiam inueſtigamus.

2 Et quidem certum eſt, dari hoc vniuerſale: quia natura hominis, prout hoc nomine *homo* ſignificatur, eſt vnũ quid, quando quidem per hoc nomẽ non ſignificatur prout multiplicata in inferioribus, vt ex dicendis in hac diſputatione facilè conſtabit: ergo datur vniuerſale in eſſendo, & in prædicando.

3 De inſtitutione, titulo, & neceſsitate huius tractatus legatur P. Toletus hic. De ſubiecto eius iuxta ea, quæ diximus diſputatione præcedenti ſectione 6. dicẽdum eſt, ſubiectum attributionis eſſe vniuerſale in communi; quia ad illud reducuntur omnia, de quibus agitur in hoc tractatu; ſubiectum vero adæquatum ſunt omnia ea, de quibus hic aliquid demonſtratur.

4 Aduertendum eſt primo, diuerſo modo pertinere vniuerſale ad Logicam, & ad Metaphyſicã.

Ad

Digitized by Google

Ad hanc pertinet, prout eſt vnũ: quia ad Metaphyſicã ſpectat agere de entitatibus rerum ſecũdùm ſe, & de earum vnitate, ac multiplicitate. Ad Logicam verò pertinet, prout ſupra vnitatem addit aptitudinem, vt ſit in multis, & de illis prædicetur, quia Logici muneris eſt proprium, prædicata ſuperiora cum inferioribus comparare, vt ex illis rectè diſpoſitis efficaces ſyllogiſmi conſtruãtur. Aduertẽdum eſt ſecundò id, quod frequenter dici ſolet, nempè ſcientias omnes agere de vniuerſalib9, intelligendum eſſe de vniuerſalibus, materialiter, hoc eſt de naturis ipſis, quæ denominantur vniuerſales; nam de vniuerſalibus formaliter ſumptis videlicèt de naturis ipſis, prout denominantur vniuerſales, ad Logicam, & Metaphyſicam ſpectat agere modo ſupra explicato.

SECTIO II.

Quid ſit vnitas, ſeu vnum?

5 ANtequam naturam vniuerſalis explicemus, opportet explicare, quid ſit eſſe vnum: quia hæc eſt vna ex rationibus ad eſſentiam vniuerſalis pertinentibus, & ex cuius perfecta cognitione pendet reſolutio plurium, quæ in hoc opere diſcutiuntur. Ariſtoteles 5. Met. cap. 1. quatuor modos aſsignat eorum, quæ ſecundùm ſe, & non ſecundùm accidens dicuntur vnum. Primum dicit eſſe id, quod natura continuum eſt ſecundùm dicit eſſe totum, hoc eſt compoſitum ex materia, & forma. Tertiũ verò, & quartum aſsignat his verbis: *Quædam autem, quorum vna ratio eſt; alia verò, quorum intellectio vna: talia autem, quorum indiuiſibilis: indiuiſibilis vero eius eſt, quod aut ſpecie, aut numero indiuiſibile eſt: numero igitur indiuiſibile eſt ſingulare: ſpecie vero cognoſcibili, & ſcientia.* En aſsignat alios duos modos vnius, nempè, vnum numero, & vnum ſpecie. Vbi vnũ ſpecie ſumit pro vniuerſali, ſiue ſit genericum, ſiue ſpecificum: & ideo paulò poſt ad ſummam redigens quatuor prędictos modos pro vno in ſpecie poſuit *vniuerſale.* Deinde infra addit, vnitatem conſiſtere in indiuiſibilitate, ac perconſequens omnia, quæ dicuntur vnum, dici talia: quia participant indiuiſibilitatẽ. Itaque eſſe vnũ ex mente Ariſtotelis eſt eſſe indiuiſibile.

6 Sed quæ eſt hæc indiuiſibilitas? Certum eſt, non eſſe indiuiſibilitatem in partes integrales, ſeu in partes eſſentiales; quia quodlibet ſingulare eſt maxime vnum, & tamen dantur plura ſingularia, quæ diuidi poſſunt in partes integrales, vt apparet in Petro; qui etiam poteſt diuidi in partes eſſentiales, ſiue phyſicas, vt in materiam, & formam; ſiue metaphyſicas, vt in genus, & differentiam, ex quibus eſſentialiter componitur ex his quidem metaphyſicè; ex illis verò phyſicè: ergo eſſe vnum non eſt eſſe indiuiſibile

in

in partes integrantes, ſeu eſſentiales. Idem poteſt dici de indiuiſibilitate in inferiora: quia homo iuxta Ariſtotelem eſt vnum ſpecie, & eſt indiuiſibile tanquam inferiora in Petrum, & Ioannem.

7 Dico ergo, hic loqui Ariſtotelem de indiuiſibilitate, quæ excludit multiplicitatem in ea ratione, quæ dicitur; ita vt ſi ratio ſit vna numero, ſeu realiter, non poſsit in ſe ipſa admittere multiplicitatem numericã, ſeu realem; etſi ſit vna formaliter (qua ratione ſunt vnum rationes vniuerſales) non admittat in ſe ipſa multiplicitatem formalem verbi gratia ratio Petri, quæ eſt vna numero, & realiter, non poteſt inueniri in pluribus, in quibus ipſa ratio Petri ſit multiplex numero, ſeu realiter. Deinde ratio hominis, quę eſt vna formaliter non poteſt inueniri in pluribus, in quibus ipſa ratio hominis ſit multiplex formaliter. Itaque vnum eſt indiuiſibile in alia, quæ ſint idem cũ illo eo modo, quo eſt vnũ, ita vt ſi ſit vnum formaliter, nõ poſsit diuidi in alia, quæ ſint idem formaliter cũ illo, quia iam poſſet fieri multiplex formaliter: deinde, ſi ſit vnũ realiter, ſeu numero nõ poſsit diuidi in alia, quæ ſint idem numero, ſeu realiter cum illo: quia iam ſecundum ſe poſſet fieri multiplex numero.

8 Quod autem vnitas hanc dicat indiuiſibilitatem probatur ex Ariſtotele 5. Metaphyſic. tex. 11. vbi poſtquam diuerſos modos vnius enumerauerat, addit: *Item vnum dicuntur, quorum ratio, quod quid erat eſſe dicens* (id eſt eſſentialis) *indiuiſibilis ad aliam eſt quod quid erat eſſe rei ſignificantem.* En docet, eum conceptum eſſentialẽ eſſe vnum, qui diuidi non poteſt in membra, quę ſint ipſe conceptus eſſentialis: vbi non loquitur Ariſtoteles de identitate reali membrorũ cum eſſentiali illo conceptu bene enim nouerat, eſſentiam ita diuidi in ſingularia, v.g. hominẽ in Petrum, & Paulũ, vt ſit idem realiter cum quolibet illorum; ſed loquitur de idẽtitate formali: quia cum eſſentia pręſciſſa à ſingularibus ſit vna non realiter, ſed formaliter tantũ, eſt neceſſarium, quod, quando ad ſingularia cõtrahatur, non ſit idẽ formaliter cum illis, nec formaliter multiplicetur in illis. Et ideo dixit Ariſtoteles: *Indiuiſibilis ad aliam eſt, quod quid erat eſſe rei ſignificantem.* Ideſt indiuiſibilis per nomina, ſeu conceptus exprimentes membra diuidentia, vt identificata formaliter cum eſſentia vna, quia ſi membra ſignificarentur, vt identificata formaliter cum eſſentia; cum membra ſint plura, iam eſſentia eſſet formaliter multiplex in illis: ergo quando Ariſtoteles dicit vnum eſſe indiuiſibile, loquitur de indiuiſibilitate, qua fiat, vt ea ratio, quę eſt vna, non poſsit fieri multiplex eo modo, quo erat vna, nempè formaliter, ſeu numericè, vt explicatum eſt.

9 Ex his colliges primò: nullũ gradum tranſcendẽtem poſſe eſſe

vnum

quid eſſe vnionem, & vnitatem: primo; quia in Angelo, qui non componitur ex partibus, non datur vnio, vt conſtat, & tamen datur vnitas, vt concedunt omnes. Secundo, quia adhuc in rebus cōpoſitis, qualis eſt homo, vnio, & vnitas habent diuerſa munera vnio enim cōnſtituit compoſitum, hominem, v. g. vnitas verò cōſtituit vnum hominem: & diuerſum quid noſtro modo concipiēdi eſt eſſe hominem; ac eſſe vnum hominem; quia priùs eſt noſtro modo cōcipiēdi quod detur eſſentia hominis, quā quòd ſit vna; & proptereà vnitas, vt traditur in Metaphyſica, dicitur eſſe paſsio, ſeu attributum entis. Tertiò; quia vnio non facit indiuiſibilem hominē, ſed indiuiſum tantum in ſuas partes; vnitas vero facit illum indiuiſibilem modo ſupra explicato.

13 Rogas: An vnitas ſit cōceptus negatiuus an poſitiuūs? Hæc difficultas pertinet ad Metaphyſicam, in qua in genere agitur de conceptu entis, & eius attributis vnitate videlicèt, bonitate, & veritate. Breuiter tamen dicam in præſenti, quid ſentiam. In primis certum eſt in qualibet entitate eſſe conceptum poſitiuum, ratione cuius illi repugnet diuiſio, neque enim negatio aliqua poteſt enti poſitiuo per ſe conuenire, niſi in illo ſit aliquod prædicatum, ratione cuius exigat talem negationem, vt cōcedunt omnes ergo ad hoc, vt negatio diuiſibilitatis dicatur per ſe conuenire enti, neceſſarium eſt, quod in ente detur prædicatum per ſe exigens talem negationem. Hoc poſito.

14 Dico primò: ratio entis noſtro modo concipiēdi diſtinguitur a cōceptu poſitiuo, ratione cuius enti repugnat diuiſio. Ratio eſt; quia benè poteſt cōcipi ratio entis, quin cōcipiatur cū hac repugnātia: ergo diſtinguitur per intellectū ab illo cōceptu poſitiuo. Antecedēs eſt certū; quia experiētia conſtat, poſſe expreſſe cognoſci aliquā entitatē, quin in mentē veniat expreſſe, an repugnet, vel nō repugnet illi diuiſio. Dico ſecundò, vnitatē conſiſtere formaliter in illo cōceptu poſitiuo. Probatur primò, quia iſte conceptus poſitiuus eſt noſtro modo cōcipiendi, per ſe cōſequēs rationē entis; nō vt veritas, vel bonitas, vt ex ſe patet; ergo vt unitas, quia nō ſunt plura attributa per ſe cōſequētia rationē entis. Secundò, quia Deus per ſuam ſubſtantiā eſt vnus; ſed nulla negatio eſt de ſubſtātia Dei: ergo vnitas nō eſt negatio, ſed eſt conceptus poſitiuus. explicatur tamen per negationē, nempe per indiuiſibilitatem: quia plures cōceptus poſitiuos non poſſumus explicare niſi per negationes.

15 Dices: vnitas opponitur pluralitati: ſed pluralitas eſt quid poſitiuum: ergo vnitas debet eſſe quid negatiuū. Minor probatur: quia pluralitas hominis, nihil aliud eſt, quā plures homines ſinguläres: ſed plures homines ſingulares ſunt quid poſitiuum: ergo, & pluralitas hominum: ac per conſequēs vnitas erit quid negatiuū.

Sed contrà: ſi vnitas, qua homo, v.g. cõſtituitur vnus, eſt quid negatiuum, neſcio, qua ratione plures homines poſsint eſſe quid poſitiuum; quia pluralitas hominum nihil aliud eſt, quã multiplicatio vnitatum ſingularium naturæ humanæ: ſed per te vnitas eſt quid negatiuũ: ergo pluralitas eſt multiplicatio negationum: ergo quid negatiuum: quia multiplicatio negationũ, nihil aliud eſt, quam plures negationes.

16 Reſpondeo ergo ad obiectionem, duplicẽ excogitari poſſe pluralitatẽ, vnam reſultantem ex hoc numero homine, v.g. & alijs numero diuerſis, vt ex Petro, Ioanne, Paulo, &c. alteram, quæ fieret ex multiplicatione, ſeu diuiſibilitate huius numero hominis in ſe ipſum. Prima pluralitas tam longe abeſt ab oppoſitione cum vnitate huius numero hominis, vt potius ſit quid reſultans ex illa, & alijs vnitatibus, tanquam ex proprijs partibus. Secunda verò pluralitas opponitur vnitati huius numero hominis, ita tamen, vt neutra ex illis ſit contradictorium immediatum alterius. Sed quælibet ex illis conceptus poſitiuus, ex quo oritur negatio, ſeu contradictorium alterius. Nam ex vnitate poſitiua Petri oritur negatio plurium entitatũ, in quibus ipſe Petrus ſit numero multiplex, & ex poſitione plurium entitatum, ſi darentur, in quibus Petrus eſſet numero multiplex, orietur negatio vnitatis poſitiuæ ipſius Petri.

17 Ad eum modum, quo ſimilitudo, & diſsimilitudo, adhuc in ſententia aduerſariorũ, ſunt conceptus poſitiui talis naturæ, vt ex ſimilitudine, quam ego habeo cum Petro in ratione hominis, oriatur negatio diſsimilitudinis cum illo in eadem ratione, & ex diſsimilitudine, quam habeo cum lapide in ratione animalis, oriatur negatio ſimilitudinis cum illo in eadem ratione, & ideo ſimilitudo, & diſsimilitudo duorũ extremorum, dicitur opponi contradictoriè mediatè, non verò immediatè. Idem dicito de vnitate, & pluralitate.

SECTIO III.

Explicatur definitio vniuerſalis.

18 Ariſtoteles 7. lib. Metaph. tex. 45. loquens de vniuerſali hæc habet. *Hoc enim dicitur vniuerſale, quod pluribus natura aptũ eſt ineſſe*, & 1. de Interpret. c. 5. ait: *dico autẽ vniuerſale, quod in pluribus prædicari natũ eſt*. Ex quibus locis duplicẽ definitionem vniuerſalis deſumpſerunt dialectici. Prima eſt: vniuerſale eſt *vnum aptum eſſe in multis*. Secunda eſt: vniuerſale eſt *vnum aptum prædicari de multis*. In quibus definitionibus, *vnum*, ſummitur propriè: & ponitur loco generis, in quo vniuerſale conuenit cum ſingulari: differt tamen per hanc particulam primo à complexis, quale eſt animal rationale, quãdo

con-

cõceptibus diuerſis cõcipiuntur animal, & rationale: quia tunc nõ ſunt vna; ſed plures rationes. Excludũtur etiam æquiuoca, & analoga attributionis: quia licet vno nomine ſignificẽtur, ſignificantur tamen vt diuerſa; & ideo ſunt plura ſimpliciter; Excludũtur etiam analoga tranſcendentiæ quale eſt ens reſpectu ſubſtãtiæ, & accidentis: quia licèt ratio entis poſsit ab illis abſtrahi, nihilominus ſic abſtracta nõ eſt propriè vna, vt conſtat ex dictis ſectione præcedẽte.

19 Dices: Ariſt. 3. Met. tex. 16 ait de ente, & vno (quod eſt paſsio entis) *hæc vniuerſalia maxime omniũ ſunt*: ſed ens per nos eſt analogũ tranſcẽdentię: ergo analogũ tranſcendentiæ perfectiſsimè participat rationẽ vniuerſalis. Deinde 4. Met. tex. 3. ait: *quare quod vnius ſpecies, tot idẽ & entis ſunt* Et 3. Phyſ. tex. 5. ait: *quare motus & mutationis ſpecies tot ſunt, quod entis*: ergo ex Ariſt. ens habet ſpecies: Sed id, quod ſub ſe habet ſpecies, eſt genus, & id, quod eſt genus, eſt perfectiſsimũ vniuerſale, vt infra dicemus: ergo ens perfectiſsimè eſt vniuerſale.

20 Reſpondeo Ariſtotelem in his locis locutum fuiſſe de vniuerſali, & ſpeciebꝰ nõ propriè, ſed lato modo ſumptis, videlicèt prout vniuerſale ſumitur pro eo, quod quoquomodo eſt multis commune, & ſpecies ſumitur pro eo, quod comprehẽditur ſub conceptu ad plures naturas ſe extẽdẽte. Id autẽ colligitur ex eo, quòd Ariſt. lib. 1. Ethic. cap. 6. vbi bonum excluſit à ratione vniuerſalis, & à ratione vnius, quia omnia tranſcẽdit prædicamẽta; ſed ens etiam tranſcẽdit omnia prædicamẽta; ergo nõ poteſt eſſe vniuerſale, aut vnum. Deinde 3. Met. tex. 10. circa finẽ expreſsè docet, ens nõ poſſe eſſe genus: quia tranſcẽdit differẽtias ergo in locis ſupra adductis non loquitur de vniuerſali propriè; ſed late ſumpto. Dicit autem eſſe maximè vniuerſale non aliâ de cauſa, niſi quia extenditur ad omnia.

21 Secunda particula definitionis eſt, *aptũ eſſe in multis*, per quã vniuerſale differt à ſingulari: & ita intelligenda eſt, vt natura, quę denominatur vniuerſalis, debeat multiplicari per cõtractionẽ ad inferiora. Quòd veró prædicta particula ſit intelligẽda modo explicato, probatur primò; quia omnes naturæ, quæ in cõſenſu omniũ ſũt vniuerſales, multiplicãtur per cõtractionẽ ad ſua inferiora, ſic ratio hominis, quæ eſt vniuerſalis, dum cõtrahitur ad ſingularia, fit realiter multiplex in illis quia Petrus, Paulus, & Ioannes realiter ſunt plures homines, nõ vnus. prętereà natura animalis, dum cõtrahitur ad hominem, & leonem fit multiplex, quia homo leo, equus, &c. realiter ſunt plura animalia, & ſic in reliquis: ergo de ratione vniuerſalis eſt, quòd poſsit eſſe in pluribus taliter, vt multiplicetur realiter in illis. Propter hanc rationem dicitur vniuerſale diuidi in ſua inferiora: quia videlicet natura, quæ anteà erat vna per vniuer-

ctus, ſeu, quod non datur per operatione n illius. Porrò vniuerſale poteſt ſumi fundamentaliter, & formaliter. Vniuerſale fundamẽtaliter ſunt plures entitates ſimiles, quę propter ſimilitudinẽ, quã inter ſe habẽt occaſionem prębẽt noſtro intellectui, vt illas concipiat ſine diſtinctione; vt Petrus, & Paulus, quos, quia ſunt ſimiles in ratiocinando, poteſt intellectus cognoſcere, vt principiũ ratiocinãdi, quin concipiat vt principia operationũ particulariũ, per quæ diſtinguntur. Vniuerſale formaliter eſt natura vna prout vna eſt, & apta eſſe in multis, atque adeò, vniuerſale formaliter ſumptũ includit, & naturã, quæ denominatur vniuerſalis, & vnitatẽ, ac aptitudinem, per quas natura denominatur vniuerſalis.

2 Certum ergo eſt primo, vniuerſale fundamentaliter ſumptũ dari, à parte rei: vt Petr⁹, & Paulus homo, & equus, &c. Certum eſt ſecũdo, id, quod in vniuerſali formaliter, ſe habet vt ſubiectũ, nempè natura, quæ denominatur vniuerſalis, dari etiã frequẽter ante operationẽ intellectus; quia natura humana, quæ denominatur vniuerſalis reſpectu ſingularium hominum, reuerà datur in rerum natura ante operationẽ intellect⁹ (nonnulli recentiores cõtrarium affirmarunt cõtra cõmunem ſententiam, illos tamen impugnabo infra) ſolum ergo procedit difficultas præſens de vnitate, & aptitudine, per quas natura conſtituitur formaliter in ratione vniuerſalis: an videlicèt dentur à parte rei, vel ſolùm per intellectum?

SECTIO I.

Referuntur, & refelluntur variæ ſententiæ.

3 Prima ſententia, quã Ariſt. 1 Met. c. 6. & 7. Met. cap. 8. tribuit Platoni, aſſerit vniuerſale eſſe quandã naturam realiter cõmunem multis, & à parte rei ſeparatam ab illis, v.g. vniuerſale hominis eſt quædam natura humana vna cõmunis Petro, & Paulo, &c. & ab eis realiter ſeparata. Sed hæc ſententia omnino reijcienda eſt, quia ſi homo eſt quid realiter diſtinctum, & ſeparatũ à ſingularibus: ergo nõ poteſt eſſe de eſſentia illorũ. Vndè Petrus non erit eſſentialiter homo: & idem poterit dici de reliquis prædicatis ſuperioribus. Patet conſequentia: quia eſſentia nihil aliud eſt quam ipſa entitas rei; ſed res non poteſt eſſe ſeparata à ſua entitate: ergo neque ab eſſentia: ergo ſi homo, animal, &c. ſunt realiter ſeparata à Petro, non erunt de eſſentia illius.

4 Dices dari quemdã hominẽ ſeparatũ, qui ſit vniuerſalis, deinde alios duos homines diſtinctos, & ab illo vniuerſali, & inter ſe ipſos, quorum ſinguli ſunt in ſingulis indiuiduis, & de eſſentia illorum. Sed contra ille homo, quẽ tu dicis vniuerſalem, eſt indiſtinctus realiter à reliquis, quos dicis eſſe in ſingularibus: ergo eſt etiam ſingularis. Patet conſequentia; quia

homo, & ratio à priori eſt; quia concreta ſubſtantialia ſunt vnum vel plura pro vnitate, vel multiplicatione formæ, quæ principaliter ſignificatur per nomẽ, vt probabimus infra quãdo agamus de cõcretis, & abſtractis. Sed forma quæ principaliter ſignificatur per nomẽ *homo*, eſt humanitas, & hęc per te eſt vna in omnibus ſingularib⁹: ergo omnia ſunt vn⁹ homo.

8 Dices humanitatem nõ eſſe vnã numero, ſed ſpecie; & ideò ſingularia non eſſe vnum hominẽ ſingularem; ſed tantum vnum ſpecie: in quo differunt à perſonis ſanctiſsimæ Trinitatis, quæ ideò ſunt vnus numero Deus; quia Deitas, quæ in illis reperitur eſt vna non ſolùm ſpecie, ſed etiam numero. Sed cõtra: natura humana prout diſtincta à Petreitate, Pauleitate, &c. eſt indiuiſibilis in alia in quibus ſit numero multiplex: ergo eſt vna numero. Conſequentia eſt bona ex dictis diſputatione præcedenti ſect. 2. Antecedẽs autẽ probatur; quia id, quod diuiditur, nõ perſeuerat poſt diuiſionem idem ſecundùm ſe ac antea; ſed natura humana, poſt quã coniuncta eſt cum differẽtijs, eſt eadem entitas, ac antea: ergo manet indiuiſa realiter: ergo eſt vna numero. Confirmatur; quia etiam ſi eadem materia ſimul recipiat plures formas ſpecie diuerſas, nõ dicitur diuidi in varias ſpecies: ergo etiam ſi natura humana ſimul coniungatur cum pluribus differentijs indiuidualibus, non dicetur diuidi in plura ſingularia.

9 Secundò ſic argumentor cõtra prædictam explicationẽ ſententiæ Scoti: quia ſi natura humana eſſet eadem in Petro, & Paulo etiam natura animalis eſſet eadem realiter in homine, & equo; & idem dicendũ eſſet de reliquis prædicatis ſuperioribus: vnde cũ in ſentẽtia Scoti ratio entis, & ratio ſubſtantiæ ſint vniuocæ reſpectu Dei, & creaturarum, eadem ratio entis, & eadem ratio ſubſtãtiæ, quæ ſunt realiter in Deo, eſſent etiam realiter in creaturis; ergo in Deo eſſet aliquid realiter; quod realiter nõ eſſet Deus. Probo conſequentiã; quia nihil includitur realiter in creaturis quod ſit realiter Deus; ſed hæc prędicata continentur realiter in eſſentia rerum creatarum: ergo non ſunt realiter Deus. Vndè cùm hæc eadem per te ſint realiter in Deo, iam realiter datur aliquid in Deo quod realiter non eſt Deus. Tertiò, quia ſequeretur quod ſingularitates tãtùm eorũ, qui peccant, damnarentur, nõ verò prædicata ſuperiora; quia hęc etiam inueniũtur in animã beatã: niſi fortè dicas eadem prædicata ſuperiora frui beatitudine in animabus beatorum, & cruciari pœnis gehennę in animabus damnatorum: quo quid abſurdius.

10 Secundò alij explicant ſententiam Scoti ita, vt velit naturã humanam eſſe in cõpletũ vniuerſale ante operationẽ intellectus: quia licèt natura humana, quę de facto eſt in Petro, ſit diſtincta realiter à natura humanã, quæ de fa-

ᵭo eſt in Paulo, quælibet tamen ex iſtis eſt realiter ex ſe indifferẽs ad hoc, vt coniungatur cum hac differẽtia indiuiduali, vel cũ illa: ratione huius indifferẽtiæ dicitur eſſe realiter uniuerſalis. Sed quia non poteſt eadem natura eſſe ſimul in vtroque, non dicitur complete vniuerſalis; ſed tãtùm incõplete. Hæc explicatio videtur eſſe magis ad mentem Scoti.

11 Cõtra hanc explicationem ſic argumẽtor primò quia humanitas exiſtẽs in Petro, prout diſtincta à Petreitate eſt vna numero: ergo nõ poteſt eſſe vllo modo formaliter vniuerſalis ante operationẽ intellectus. Probo antecedẽs: quia prout diſtincta à Petreitate eſt diſtincta à natura humana, quę eſt in Paulo: at nõ eſt ſpecie diſtincta, vt patet: ergo ſolum numero. Maior eſt certa: quia natura humana Petri prout diſtincta à Petreitate nõ eſt idẽ realiter, cum naturà humanà, quę eſt in Paulo, vt tu cõcedis: ergo eſt realiter diſtincta. Secundo: quia licet materia, quæ eſt in homine, poſsit ſeorſim affici diuerſisformis nõ eſt vniuerſalis: ergo licet humanitas quæ eſt in Paulo poſſet ſeorſim affici pluribus differẽtijs nõ eſſet formaliter vniuerſalis. Tertiò: quia de facto daretur aliqua ratio in Deo, quę poſſet non eſſe Deus: nã ratio ſubſtãtię, quę eſt in Deo, eſſet indifferẽs, vt in Deo eſſet, aut in homine, aut in alia creatura: ſed ſi eſſet in homine nõ eſſet realiter Deus: ergo eſt in Deo aliquid, quod poſſet realiter non eſſe Deus.

12 Tertia ſententia eſt Patris Fonſecæ lib. 5. Met. cap. 28. q. 3. ſect. 2. & 4. & q. 4. ſect. 4. & 5. & q. 5. ſect. 3. & 4. vbi lõgè, lateque ſe explicat: in ſummam tamen ea, quæ dicit, redigã. Aſſerit ergo naturam vniuerſalẽ, humanam v. g. poſſe conſiderari in triplici ſtatũ. Primò in ſtatu poſsibilitatis, in quo dicit eſſe realiter indifferẽtẽ adhoc vt exiſtat inhoc, vel in illo ſingulari. Secundo ait, cõſiderari poſſe prout exiſtentem realiter in ſingularib⁹. Tertiò, prout abſtractam per intellectum àb ipſis ſingularibus, in quibus realiter exiſtit. In primo ſtatu dicit naturam poſsibilem ratione indifferentiæ, quã in eo ſtatu habet, eſſe realiter vniuerſalem pro quadã prioritate naturæ, in quã præcedit actũ exiſtendi in ſingularibus. In ſecundò ſtatu dicit non poſſe eſſe vniuerſalem: quia eſt realiter identificata cum ſingularibus, & numero multiplicata in illis. In tertiò vero ſtatu docet eſſe vniuerſalem per operationem intellectus.

13 Contra hanc ſententiam argumentor primò: ſi natura in ſtatu poſsibilitatis eſſet realiter vniuerſalis, idem haberet in ſtatu exiſtentiæ: atqui hoc non concedis: ergo neque illud debes concedere. Probatur maior: quia id facit agens realiter exiſtens per productionem, quod antea erat realiter poſsibile: poſsibile enim nihil aliud eſt, quam quod poteſt fieri exiſtens: ſed in ſingularibus non fit realiter exiſtens vna natura realis, ſed plures, vt concedis: ergo

Digitized by Google

ergo non erat realiter poſsibilis vna natura, ſed plures: ergo natura humana in ſtatu poſsibilitatis non erat realiter vna, ac per cõſequens neque vniuerſalis realiter.

14 Confirmatur: quia in ſtatu poſsibilitatis, vel erat vna ſola natura humana realis, realiter apta ad exiſtẽdum in ſingularibus: vel erant plures naturæ aptæ ſingulæ ad exiſtendum in ſingulis indiuiduis. Si hoc ultimũ: ergo non erat in eo ſtatu aliquid formaliter vniverſale ante operationem intellectus: quia vniuerſale debet eſſe vnũ, & in eo ſtatu nõ erat vna realiter, ſed plures. Si primum, ergo in ſtatu exiſtẽtiæ datur etiam vna natura realis in inferioribus. Probo cõſequentiam: quia nõ eſt poſſibilis potẽtia realis ex ſe apta ad habendum actum implicantẽ cõtradictionem, nõ enim datur vlla potentia ad duo contradictoria: ergo ſi exiſtentia realis vnius naturæ realis implicaret contradictionem, non eſſet poſsibilis aptitudo realis vnius naturę realis ad talem exiſtentiam, ſed per te eſt poſsibilis talis aptitudo vnius naturæ realis: ergo non implicabit exiſtentia realis vnius naturæ realis in pluribus indiuiduis.

15 Quarta ſententia tribuitur Caiet. Opuſc. de ente, & eſſentia cap. 4. q. 6. qui docet dari ante operationem intellectus vnitatem quãdam negatiuam, qua natura realis cõſtituitur uniuerſalis. Probatur: quia Petrus, & Paulus ante intellectus operationem ſunt ſpecie indiſtincti: ergo ante intellectus operationem ſunt vnum in ſpecie negatiuè: quia vnitas negatiua nihil aliud eſt, quam non diſtinctio. Hæc ſententia non minus eſt falſa, quàm præcedentes: quia ante operationẽ intellectus non datur vna negatio diſtinctionis: ergo non datur vnitas negatiua. Patet conſequentia; quia vnitas negatiua nihil aliud eſt, quam negatio diſtinctionis, atque adeò ſi hæc non eſt vna, neque dabitur vnitas negatiua. Antecedẽs verò probatur: quia ſicut Petrus non diſtinguitur ſpecie à Paulo; ita neque Paulus diſtinguitur ſpecie à Petro: ergo ſicut in Petro eſt negatio diſtinctionis ſpecificę à Paulo; ita; & in Paulo eſt negatio diſtinctionis ſpecificæ à Petro: ergo eſt duplex negatio in illis. Confirmatur: quia in ſententia Caietani inter duo ſimilia dantur duæ rationes mutuæ, quibus ad inuicem refertur vnum ad aliud: ergo inter duo extrema realiter indiſtincta in ſpecie dabitur duplex negatio, qua ad inuicẽ quodlibet ex illis ſit indiſtinctum ſpecie ab alio.

16 Ad argumentum dato antecedente, nego conſequentiam: quia cũ vnitas negatiua nihil aliud ſit, quã negatio diſtinctionis, & hæc negatio ſit duplex, neceſſarium erit quòd non detur ante operationem intellectus vnitas negatiua, ſed multiplicitas, ſeu duplicitas. Vel ſecundò reſpondeo, diſtinguẽdo antecedẽs: Petrus, & Paulus ante intellectũ ſunt indiſtincti ſpecie fũdamẽtaliter, cõ

formaliter, nego antecedẽs: quia ad hoc vt eſſent indiſtincti formaliter ante intellectũ, neceſſarium eſſet, quod daretur ſolum vna negatio diſtinctionis, & non datur vna, ſed duplex, vt iam probauimus, Fundamentaliter tamen dicimus eſſe in diſtinctos ſpecie ante operationem intellectus; quia ipſi ſecundum ſe ſunt fundamentu ad hoc, vt intellectus ab vtroque abſtrahat vnam ſpeciem. Et ex his conſtat, quid dicendum ſit de conſequente.

SECTIO II.

Proponitur vera ſententia, & ſoluuntur argumenta oppoſita.

17 VEra ſententia affirmat naturã fieri vniuerſalẽ per operationem intellectus. Ita P. Suar. in Met. diſp. 6. ſect. 2. num. 9. vbi citat alios, P. Hurt. diſp. 5. Met. ſect. 7, P. Rubius in Logica & alij plures. Probatur primò: quia vniuerſale datur in rerum natura, vt concedunt omnes; & non datur ante operationem intellectus, vt conſtat ex refutatione aliarum ſententiarum: ergo datur per operationem intellectus. Secundò: quia poſſumus cognoſcere naturam, animalis, v.g, non cognitis differentijs rationalis, & irrationalis. Sed natura taliter cognita eſt vniuerſalis: ergo datur vniuerſale per operationẽ intellectus. Maior eſt nota; quia ex [illegible]ria nouimus, ſæpe nos cócipere rationem animalis, quin expreſſe recordemur rationalis, aut irrationalis. Minor vero probatur: quia in primis natura animalis ſic cognita eſt vna, nam prout ſic cognita, neque eſt diuiſa, cum non repræſentetur vt multiplex; neque eſt diuiſibilis in alia, in quibus ſit multiplex formaliter, cum animal non identificetur formaliter cum rationali, & irrationali: ergo eſt vna formaliter iuxta dicta diſp. 1. ſect. 2. Deinde eſt apta eſſe in multis, quia poteſt cõſtitui in inferioribus, in homine, & bruto v.g. eo modo, quo dicemus in ſequentibus: ergo habet omnia requiſita ad rationem vniuerſalis,

18 Obijcit primò Scotus: ſingulare ex Ariſtotele, eſt vnum numero; vniuerſale uerò in his eſt, hoc eſt in ſingularibus; ſed natura humana v.g. ante operationẽ intellectus eſt in ſingularibus: ergo ante operationẽ intellectus eſt vniuerſalis. Diſtinguo minorẽ. Humanitas ante operationem intellectus eſt in ſingularibus vna, nego multiplex, concedo minorẽ; & diſtinguo conſequẽs: ante operationem intellectus eſt vniuerſalis fundamentaliter, concedo: formaliter, nego conſequentiam. Ariſtoteles autem, dum dicit, vniuerſale eſſe in ſingularibus, loquitur de illo fundamentaliter ſumpto,

19 Obijcit ſecundò: Petrus, & Paulus ſunt eiuſdẽ ſpeciei ante operationẽ intellect9: ergo ante operationẽ intellect9, datur in illis vna natura cómunis, ratione cui9 ſint

ſint eiuſdem ſpeciei. Antecedens probatur: quia ante operationem intellectus minùs diſtinguuntur inter ſe Petrus, & Paulus, quam Petrus, & ſingularis equus; ſed Petrus, & ſingularis equus diſtinguuntur ſpecie ante operationem intellectus: ergo Petrus, & Paulus ante operationem intellectus numericè ſolùm diſtinguuntur; ergo realiter ſunt vnum ſpecie. Diſtinguo primum antecedens. Petrus, & Paulus ante intellectum ſunt eiuſdem ſpeciei fundamentaliter, concedo, formaliter, nego antecedens. Ad probationem conceſſa maiori, diſtinguo minorem: Petrus, & ſingularis equus ante intellectum diſtinguũtur ſpecie fundamentaliter, concedo: formaliter, nego minorem; quia ſicut Petrus, & Paulus ratione ſimilitudinis, quam inter ſe habent: ſunt fundamentũ ad hoc vt intellectus abſtrahat vnam rationem ſpecificam ab vtroque: ita etiam Petrus, & ſingularis equus ratione diſsimilitudinis, quã inter ſe habent, ſunt fundamentũ; vt intellectus abſtrahat diuerſas rationes ſpecificas. Quæ quidem, cum non dentur formaliter ante abſtractionem intellectus, fit vt Petrus, & ſingularis equus nõ diſtinguantur ſpecie formaliter ante operationẽ intellectus. Deinde conceſſa priori conſequentia, diſtinguo vltimum conſequens, ſunt vnum ſpecie fundamentaliter; côcedo; formaliter, nego cõſequentiam.

20 Dices; ea ratione, qua aliqua nõ ſunt plura, ſunt vnum. Sed Petrus, & Paulus ante intellectũ non ſunt plura in eſſentia ſpecifica: ergo ante intellectum ſunt vnum in ſpecie. Diſtinguo minorem: Non ſunt plures entitatiuè, nego: Non ſunt plures fundamentaliter, concedo minorem. Eſt dicere: Non ſunt fundamentũ reale ad hoc vt intellectus abſtrahat ab illis plures ſpecies, ſed vnã tãtùm. Nihilominùs ſunt duæ entitates ita inter ſe diuerſæ, vt natura hominis, quæ eſt in Petro ſit realiter diuerſa à natura hominis quæ eſt in Paulo. Deinde diſtinguo cõſequẽs. Ante intellectũ ſũt vnum in ſpecie fundamentaliter, concedo; formaliter, nego conſequentiam. Addo, quod licet in Petro, & Paulo eſſet eadem natura realis hominis, non eſſet propterea vniuerſalis, ſicut vna Deitas in tribus ſuppoſitis non eſt vniuerſalis, vt diximus diſput. 1. ſect. 3.

21 Obijcit tertio. Nihil poteſt realiter definiri, quod non ſit realiter vnum; ſed homo definitur per vnam definitionẽ realem, quę realiter conuenit omnibus indiuiduis; ergo realiter (hic eſt idem realiter, ac ex natura rei) eſt vn'. Diſtinguo maiorem. Nihil poteſt realiter definiri, quod non ſit realiter vnum formaliter, nego; fundamentaliter admitto maiorẽ; & admiſſa minori, diſtinguendũ eſt conſequens eodem modo. Circa minorem propoſitionem aduertẽdum eſt duplicẽ eſſe definitionẽ: obiectiuam videlicet, & formalẽ.

For-

Formalis eſt actus intellect⁹, quo cognoſcitur natura hominis, v.g. expreſsè prout eſt animal rationale: obiectiua eſt ipſum obiectum, quod cognoſcitur, principiũ videlicet ſentiẽdi, & ratiocinandi: cũ autem homo definitur, formalis definitio eſt vna realiter; quia eſt vnus actus intellectus repræſentans realiter naturam humanam: definitio verò obiectiua non eſt vna realiter: quia eſt natura hominis, & cum hæc ſit realiter multiplicata in indiuiduis, neceſſarium eſt quod definitio obiectiua nõ ſit vna realiter; ſed multiplex: eſt tamen vna per intellectũ, eo modo, quo dicemus diſp. 5. ſect. 3.

22 Obijcies quartò, vniuerſale, & ſingulare opponuntur relatiuè, aut contrariè: ſed ſingulare datur formaliter ante operationẽ intellectus: ergo vniuerſale: quia contrariorũ eadem eſt ratio. Nego maiorem: vniuerſale enim nõ oponitur ſingulari: ſed particulari, quod vt tale non datur ante operationẽ intellectus, vt dicemus infra; ſingulare verò opponitur multitudini, quæ reſultat ex diuiſione, cui immediatè opponitur ſingulare. Vel ſecũdò reſponderi poteſt, ſingulare opponi vniuerſali non immediatè per ſuã entitatẽ realẽ, ſed prout ſubiectũ, de quo vniuerſale poteſt prædicari, & in quo poteſt eſſe: denominatio autem ſubiecti cõuenit ſingulari per rationẽ, atque adeò non opponitur realiter vniuerſali, ſed per denominationem rationis.

23 Obijcit P. Fõſeca. Id quod actu exiſtit realiter in plurib⁹, debet præcedere cũ aptitudine reali ad exiſtendũ in illis: ſed natura humana, v.g. exiſtit realiter in indiuiduis: ergo debet præcedere cum aptitudine reali ad exiſtẽdũ in illis: ergo præcedit realiter vniuerſalis. Patet conſequentia: quia vniuerſale eſt vnum aptum eſſe in multis ergo ſi natura humana præcedit realiter apta ad exiſtendum realiter in indiuiduis, erit realiter vniuerſalis. Admiſsâ maiori (quæ in præſenti materia eſt vera de aptitudine Logica, hoc eſt de poſsibilitate; de qua in Phyſic. diſp. 7. vbi agemus de poſsibilitate, & exiſtentia) diſtinguo minorẽ, vna natura humana exiſtit realiter in indiuiduis, nego; multiplex natura humana, cõcedo minorẽ. Deinde diſtinguo cõſequẽs: debet præcedere cũ vna aptitudine reali, nego, cum multiplici aptitudine, concedo conſequentiã; & deinde nego ſecundam conſequentiam; quia vt realiter eſſet vniuerſalis, neceſſarium eſſet, quod vna natura eſſet realiter apta ad exiſtendũ in multis. Vide quæ diximus cõtra ſententiam P. Fonſeca.

DISPVTATIO III.

Vtrũ grad⁹ eſsẽtiales diſtinguãtur inter ſe, & à differẽtijs indiuidualibus ante operationem intellectus?

1 DIximus diſputatione præcedenti non dari naturam vniuerſalem ante operationẽ intellec-

tellectus, ſed prædicata eſſentialia vnius indiuidui diſtingui realiter à prædicatis eſſentialibus alteri⁹. Modo inquirimus, an prædicata eſſentialia, quę in quolibet indiuiduo reperiuntur, ſint interſe, & à differétia indiuiduali diſtincta ante operationem intellectus? Ex. gr. in Petro, qui eſſentialiter eſt ſubſtátia corpus, viuens, animal, rationalis, &c. An hæc prædicata diſtinguantur realiter inter ſe, & à differentia indiuiduali ipſius Petri? Hic aduerte prædicáta eſſentialia dici gradus Metaphyſicos; quia ad Metaphyſicam ſpectat agere de eorum diſtinctione.

SECTIO I.

Nonnullis præſuppoſitis cótrariorú ſententiæ proponuntur.

1 DIſtinctio eſt, qua vnum nó eſt aliud, atque adeo vbi eſt diſtinctio eſt pluralitas, quia eſt vnum, & aliud. Eſt autē duplex diſtinctio, Realis vna, Rationis altera. Diſtinctio realis, eſt qua vnũ non eſt aliud ante operationē intellect⁹. Diſtinctio rationis eſt, qua vnum non eſt aliud mētis ſolũ beneficio, quæ in re vna diuerſas cóſiderat rationes. Rurſus diſtinctio realis vna eſt adæquata, nempe quando vnum extremum adæquate diſtinguitur ab alio, vt Petr⁹ à Ioanne; materia à forma, &c. Alia inadæquata; quando videlicet vnum extremum continet in ſe alterum, & aliquid aliud præter illud. Hac ratione diſtinguitur Petrus à propria anima, quia præter ipſam animam includit corpus, & vnionem. Hæc ſolet dici diſtinctio includentis ab incluſo.

3 Præterea diſtinctio adæquata diuiditur in realē ſimpliciter, & modalē. Realis ſimpliciter eſt, quæ verſatur inter res adinuicē ſeparabiles ſaltem de potentia Dei abſoluta; vt Petrus, & Ioannes: materia, & forma, &c. Modalis eſt, quæ verſatur inter duo, quorũ alterum poteſt dari ſeparatum ab altero, ſec⁹ è cótra. Talis eſt, quæ verſatur inter modũ, & rem, cuius eſt modus, vt inter vnionē: & rem vnitam. Etenim res vnitæ, vt materia, v.g. & anima rationalis poſſunt eſſe ſine vnione inter illas interiecta, vt cóſtat; vnio verò illarũ non poteſt eſſe ſine illis: quia vt dicemus in Phyſicis, de eſſētia vnionis eſt actu nectere extrema, & nó poteſt ea actu nectere, quin exiſtant ſimul cũ illa. His addidit Scotus aliã; quã ipſe vocat ex natura rei, ſeu formalē, & dicit eſſe, qua aliqua diſtinguũtur ante operationē intellectus formaliter; ſic docet diſtingui attributa Dei inter ſeſe, & à Deitate. Renuit tamē Scotus hãc diſtinctionē appellare realē, ne cogatur admittere in Deo realē diſtinctionē attributorũ, & eſſentiæ. Cæterũ neſcio cur non ſit appellanda realis hæc diſtinctio, quia reale dicitur quod non habet eſſe per operationē intellectus, nec vllam aliam definitionem entis realis aſsignarunt

vn-

vnquam Philoſophi, aut Thologi: ergo ſi hæc tua diſtinctio ex natura rei eſt in rebus ante operationem intellectus, erit realis, vel aſsigna aliam definitionem entis realis.

4 Denique diſtinctio realis alia eſt actualis, ſeu formalis, ea videlicet, qua vna res non eſt alia ante operationem intellectus. Hac diſtinguuntur Petrus, & Ioannes, materia, & forma. Alia eſt fundamentalis quæ datur, quando vna, & eadem entitas realis eſt reale fundamentum præbens occaſionem intellectui, vt diuerſa prædicata, ſeu diuerſas rationes in illa diſtinguat. Quod quidē tūc contingit quando vna, & eadem entitas realis reſpicit diuerſa cōnotata realia; & intellect⁹ poteſt talem entitatem concipere in ordine ad quoduis ex illis connotatis, quin concipiat in ordine ad alia.

5 His addunt nonnulli Recētiores Theologi aliam diſtinctionem realem, quam vocāt virtualem; & dicunt dari, quando vna eadéque res, indiuiſa cum ſit, ita ſe gerit obſui eminentiam, ac ſi re ipſa eſſet multiplex. Hoc autem contingit, quando aliqua ſimplex entitas eſt eius perfectionis, vt denominationes contradictorias ſubire poſsit. Hanc diſtinctionem dicunt verſari inter eſſentiam diuinam, & perſonalitates illam afficientes, quæ cum ſint idem realiter cum eſſentia ipſa, hæc communicatur omnibus tribus perſonis; ſecus ſingulæ perſonalitates. De hac diſtinctione agitur in materia de Trinitate Hic tamen aduerterim, aliquos Philoſophos cōſtituere hanc diſtinctionem etiam in creatis; immeritò tamen, quia ſi Deo eſt concedenda, ideo eſt, quia ſine illa componi rectè non poſſunt, quæ fides catholica docet, & ratio naturalis dictat de ſumma illa perfectione. Creaturę verò procul ſunt à tanta perfectione, & propterea non eſt cur illis attribuatur talis diſtinctio virtualis.

Diſtinctio rationis alia eſt rationis ratiocinantis, quæ quidem datur per multiplicē cognitionē de eadem re nullū ad id ipſā præbente fundamentū; vt cum Petrū prædico de ſe ipſo; vna apprehenſione repræſētatur Petrus vt ſubiectum, & alia vt prædicatū, quo fit vt Petrum diuidam à ſe ipſo. Hæc tamen diſtinctio vt benè P. Vazq. 1. part. diſp. 117. n. 7. poti⁹ eſt repetita cognitio eiuſdem rei, quā vera diſtinctio rationis. Alia eſt diſtinctio rationis ratiocinatæ quę eſt multiplex cognitio de eadē re, ipſa re cognitā ad id occaſionem præbēte, vel quia eſt principium diuerſarum operationū, vel quia ordinatur ad diuerſa cōnotata, ita vt poſsit cognoſci expreſsè vt reſpiciens vnum, quin vt reſpiciēs aliud. Hac ratione dicemus infra diſtingui prædicata eſſentialia cuiuslibet indiuidui.

6 Deinde diſtinctio rationis ratiocinatæ poteſt diuidi ſuo modo totidē ac diſtinctio realis diuiſa eſt. Nēpè in adæquatā, & in inadę-

qua-

quatam; & in eam, quæ eſt inter rem, & rem, & in eam, quæ eſt inter rem, & modum: quæ quidem ex dictis pro diſtinctione reali facilè explicari poſſunt. His addũt recentiores, aliam diſtinctionem rationis ratiocinatæ, quam vocãt inadæquatã, quę tunc datur quãdo res habens duo connotata poteſt cõcipi in ordine ad vnũ, quin cõcipiatur in ordine ad aliud, nõ tamen ècontra; hac diſtinctione dicunt diſtingui rationem entis à ſingulis differentijs: quia ratio entis poteſt concipi ſine differẽtijs, non tamen ècõtra. De hac diſtinctione agemus in tractatu de Analogia. His poſitis examinandum eſt modò, quo diſtinctionis genere diſtinguantur in Petro, v.g. rationale, animal, & reliqua prædicata eſſentialia inter ſeſe, & à differentia indiuiduali, Petreitate videlicet.

7 Prima ſententia eſt Scoti diſput. præcedenti adducti aſſerẽtis prædicata eſſentialia ante operationem intellectus diſtingui inter ſeſe, & à differẽtia indiuiduali diſtinctione illa ex natura rei, quam ſupra adduximus ex ipſo Scoto. Sequuntur eius diſcipuli, & ex noſtris P. Fonſeca 5. Met. cap. 6. q. 6. art. 2. Rationes huius ſẽtẽtię obijcientur infra ſect. 3. Secunda ſententia eſt Patris Albertini in Corolarijs tomo 2. diſp. 1. quęſt. 10. dub. 2. concl. 1. aſſerentis prædicata eſſentialia diſtingui interſeſe ante operationẽ intellectus, idẽtificari tamẽ realiter cum differẽtia indiuiduali ſingulis reſpondente: pro ſingulis enim prędicatis cõſtituit ſingulas differẽtias indiuiduales, cum illis identificatas. Primam partem ſuæ ſẽtẽtiæ probat argumentis obijciendis pro ſententia Scoti: Secundam verò probat argumentis referendis pro prima concluſione noſtra.

SECTIO II.

Vera ſententia probatur.

8 Dico primò: gradus eſſentiales re ipſa, & ante operationem intellectus ſunt indiſtincti à differẽtia indiuiduali, v.g. in Petro rationale, animal, viuens, &c. ſunt indiſtincta ante operationẽ intellectus, à Petreitate, vel à differẽtia indiuiduali ſingulis reſpõdẽte. Ita P. Suar. in Met. diſp. 6. ſect. 1. 2. & 9. PP. Conimb. hic P. Vazq. 1. part. diſput. 16. cap. 4. P. Pet. Hurt. in met. diſp. 5. ſect. 3. & Thomiſtæ omnes S. Thomã ſecuti. Probatur: quia gradus rationalis, qui eſt in Petro, ſe ipſo eſt realiter diſtinctus à gradu rationalis, qui eſt in Ioanne nõ ſpecie; ergo numero: ergo ſuperfluè additur illi differẽtia alia indiuidualis ex natura rei diſtincta, ratione cuius diſtinguatur à gradu rationalis Ioannis. Maior probatur, & in primis quod gradus rationalis Petri ſit realiter diſtinctus à gradu rationalis Ioannis probatum eſt diſput. præcedente ſect. 1.

9 Quod verò ſe ipſis diſtinguantur

tur ij gradus, & nō per aliquid ſuperadditum, probatur: quia gradus rationalis Petri prout diſtinctus à differentia indiuiduali, quā illi addis diſtinctam ex natura rei ab illo, non eſt idem realiter cum gradu rationalis Ioannis, vt dictū eſt: ergo prout diſtinct⁹ â tali differētia indiuiduali eſt realiter diuerſus à gradu rationalis Ioannis: ergo ſe ipſis ſūt diuerſi iſti gradus, & non per differentias indiuidualos illis ſuperadditas: Atqui nō ſunt ſpecie diuerſi, vt cōcedis: ergo ſolum numero: ergo ſe ipſis diſtinguuntur.

10 Secūdò probatur cōcluſio: quia gradus rationalis, qui eſt realiter in Petro prout diſtinctus à differentia indiuiduali, quam illi addis diſtinctam realiter, ſeu ex natura rei ab illo, eſt indiuiſibilis in alia, in quibus ſit multiplex numero, vt conſtat ex dictis diſp. 2. contra Scotum: ergo prout diſtinctus ab ea differentia indiuiduali eſt vnus numero. Patet conſequētia ex diſp. 1. ſect. 2. Dices, iſtum gradum eſſe idem realiter cum Petreitate, etiam ſi formaliter, & ex natura rei diſtinguatur ab illa, atque adeò ſe ipſo non eſſe diſtinctum realiter ab alio gradu, nec realiter indiuiſibilē in plura; ſed id habere per Petreitatē. Sed cōtra: Ante vllam operationem intellectus hic grad⁹ nō eſt Petreitas, vt fateris, vel ergo vt ſic diſtinctus eſt diuiſibilis in alia, in quibus ſit multiplex numero, vel nō. Primū dici nō poteſt, vt probatum eſt ea diſput. 2. contra Scotum. Si dicatur ſecundum fateri debes, illum gradum vt ſic diſtinctum ante operationem intellectus à Petreitate, eſſe vnum numero, vt conſtat ex dictis diſputatione 1. circa vnitatem numericam.

11 Tertiò probatur cōcluſio: quia, ſi grad⁹ rationalis diſtingueretur à differentia indiuiduali ante operationē intellectus, nō eſſet, cur non poſſet ſeparari ab illa ſaltem de potentia Dei abſoluta: quia gradus rationalis ante intellectū habet diſtinctā eſſentiā à differētia indiuiduali, vt cōcedis: *De*inde non eſt modus illius: quia, vt dicem⁹ in Phyſica, de eſsētia modi eſt actu afficere rem, cuius eſt modus, at de eſſentia gradus rationalis non eſt actu afficere differentiam indiuidualē, alioqui non poſſet concipi ſine illa: cur ergo non poſſet dari ſine illa? Hoc autem quis concedet?

12 Dico ſecundo: gradus eſſentiales ſūt indiſtincti realiter inter ſeſe ante operationē intellectus, v. g. animal, & rationale ante operationem intellectus ſunt vna, & eadem realis entitas. Hæc concluſio eſt non ſolùm contra Scotum; ſed etiam contra P. Albertinum, eam verò tuentur authores adducti pro prima concluſione. Probatur: quia, ſi propter aliquā rationem non eſſet vna, & eadem entitas realis, maximè, quia vna, & eadem res non poteſt eſſe principium diuerſarum operationum, ſeu reſpicere diuerſa connotata (hāc rationē aſsignāt aduerſarij)

Atqui

Atqui p teſt:ergo ex hoc capite nullum ſumitur argumentum ad probandam diſtinctionem realē, ſeu ex natura rei inter gradus eſſentiales. Minorem probo: quia eadem materia eſt ſubiectum caloris, & frigoris, cum cōtrariorū idem debeat eſſe ſubiectum, deinde eaden formalitas albedinis, quæ eſt diſgregatiua viſus, reſpicit ſubiectum, in quo petit eſſe: quia formalitas, per quam albedo eſt diſgregatiua viſus, vt talis eſt accidens: ſed omne accidens, vt tale, petit ſubiectum: ergo iam eadem formalitas cōnotat viſum tāquam id, quod per illam diſgregatur; & ſubiectum tanquam id, in quo eſſe petit, præterea idem intellectus eſt principiū apprehēſionis, iudicij, & diſcurſus; aſſenſus, & diſſenſus, &c. neque enim Scotus plures intellectus ex natura rei diſtinctos conſtituit in quolibet homine: idem dicito de volūtate, & alijs potētijs: ergo vna, & eadem res poteſt diuerſas operationes elicere, & reſpicere diuerſa connotata: ergo nullum eſt fundamentum, nec vlla neceſſitas ad actualiter diſtinguendos gradus eſſentiales ante operationem intellectus.

13 Id tamen non tollit, quod fundamētaliter diſtinguantur ante operationem intellectus: quia ex eo, quod entitas Petri reſpiciat realiter diuerſas operationes, eſt reale fundamētum, vt intellectus illam concipiat in ordine ad vnam operationem quin concipiat in ordine ad aliam; vt probabimus concluſione ſequenti. Hoc autem ſufficit, vt iſti gradus dicantur diſtingui fundamētaliter ante operationem intellectus.

14 Dico tertiò: gradus eſſentiales diſtinguūtur inter ſeſe, & a differētia indiuiduali diſtinctione rationis ratiocinatæ. Ita authores primæ concluſionis. Probatur primò quod diſtinguātur per rationē; quia poteſt cōcipi expreſsè entitas Petri, prout eſt principiū ſentiendi quin expreſsè concipiatur, vt eſt principium ratiocinandi, & ē contra, vt conſtat experiētia, & ſuadet ratio: quia nos pro hoc ſtatu non poſſumus cognoſcere ſubſtantiā immediatè per ſe ipſam; ſed per illius effectus: vnde ex eo, quod cognoſcimus illam ſentire: deducimus eſſe principiū ſenſationis, & ex eo, quod cognoſcimus ratiocinari, deducimus eſſe principium ratiocinationis. Cùm autem ſenſatio poſsit cognoſci ſine ratiocinatione, & ē contra, fit, vt poſsimus deuenire in expreſſam cognitionem ſubſtantiæ, vt eſt principiū ſentiendi, quin illam cognoſcamus, vt eſt principium ratiocinandi, & ē contra: præcipuè: cum nulla ſit ratio quæ nos cogat ad hoc, vt in principio ſentiendi exprimamus principium ratiocinandi, aut ē contra: ergo animal, & rationale poſſunt diſtingui per rationē. Probo conſequentiam: quia ea entitas prout expreſse cognita per primā cognitionē eſt animal, & nō rationalis; & prout expreſe cognita per ſecun

cto eſt in Paulo, quælibet tamen ex iſtis eſt realiter ex ſe indifferẽs ad hoc, vt coniungatur cum hac differẽtia indiuiduali, vel cũ illa: ratione huius indifferẽtiæ dicitur eſſe realiter uniuerſalis. Sed quia non poteſt eadem natura eſſe ſimul in vtroque, non dicitur completè vniuerſalis; ſed tãtùm incõpletè. Hæc explicatio videtur eſſe magis ad mentem Scoti.

11 Cõtra hanc explicationem ſic argumẽtor primò quia humanitas exiſtẽs in Petro, prout diſtincta à Petreitate eſt vna numero: ergo nõ poteſt eſſe vllo modo formaliter vniuerſalis ante operationẽ intellectus. Probo antecedẽs: quia prout diſtincta à Petreitate eſt diſtincta à natura humana, quę eſt in Paulo: at nõ eſt ſpecie diſtincta, vt patet: ergo ſolum numero. Maior eſt certa: quia natura humana Petri prout diſtincta à Petreitate nõ eſt idẽ realiter, cum naturà humanà, quę eſt in Paulo, vt tu cõcedis: ergo eſt realiter diſtincta. Secundo: quia licèt materia, quæ eſt in homine, poſsit ſeorſim affici diuerſisformis nõ eſt vniuerſalis: ergo licèt humanitas quæ eſt in Paulo poſſet ſeorſim affici pluribus differẽtijs nõ eſſet formaliter vniuerſalis Tertiò: quia de facto daretur aliqua ratio in Deo, quę poſſet non eſſe Deus: nã ratio ſubſtãtię, quę eſt in Deo, eſſet indifferẽs, vt in Deo eſſet, aut in homine, aut in alia creatura: ſed ſi eſſet in homine nõ eſſet realiter Deus: ergo eſt in Deo aliquid, quod poſſet realiter non eſſe Deus.

12 Tertia ſententia eſt Patris Fonſecæ lib. 5. Met. cap. 28. q. 3. ſect. 2. & 4. & q. 4. ſect. 4. & 5. & q. 5. ſect. 3. & 4. vbi lõgè, lateque ſe explicat: in ſummam tamen ea, quæ dicit, redigã. Aſſerit ergo naturam vniuerſalẽ, humanam v. g. poſſe conſiderari in triplici ſtatũ. Primò in ſtatu poſsibilitatis, in quo dicit eſſe realiter in differẽtẽ adhoc vt exiſtat in hoc, vel in illo ſingulari. Secundo ait, cõſiderari poſſe prout exiſtentem realiter in ſingularib⁹. Tertiò, prout abſtractam per intellectum àb ipſis ſingularibus, in quibus realiter exiſtit. In primo ſtatu dicit naturam poſsibilem ratione indifferentiæ, quã in eo ſtatu habet, eſſe realiter vniuerſalem pro quadã prioritate naturæ, in quà præcedit actũ exiſtendi in ſingularibus. In ſecundò ſtatu dicit non poſſe eſſe vniuerſalem: quia eſt realiter identificata cum ſingularibus, & numero multiplicata in illis. In tertiò vero ſtatu docet eſſe vniuerſalem per operationem intellectus.

13 Contra hanc ſententiam argumentor primò: ſi natura in ſtatu poſsibilitatis eſſet realiter vniuerſalis, idem haberet in ſtatu exiſtentiæ: atqui hoc non concedis: ergo neque illud debes concedere. Probatur maior: quia id facit agens realiter exiſtens per productionem, quod antea erat realiter poſsibile: poſsibile enim nihil aliud eſt, quam quod poteſt fieri exiſtens: ſed in ſingularibus non fit realiter exiſtens vna natura realis, ſed plures, vt concedis:

ergo

ergó non erat realiter poſsibilis vna natura, ſed plures: ergo natura humana in ſtatu poſsibilitatis non erat realiter vna, ac per cõſequens neque vniuerſalis realiter.

14 Confirmatur: quia in ſtatu poſsibilitatis, vel erat vna ſola natura humana realis, realiter apta ad exiſtẽdum in ſingularibus: vel erant plures naturæ aptæ ſingulæ ad exiſtendum in ſingulis indiuiduis. Si hoc vltimũ: ergo non erat in eo ſtatu aliquid formaliter vniverſale ante operationem intellectus: quia vniuerſale debet eſſe vnũ, & in eo ſtatu nõ erat vna realiter, ſed plures. Si primum, ergo in ſtatu exiſtẽtiæ datur etiam vna natura realis in inferioribus. Probo cõſequẽtiam: quia nõ eſt poſſibilis potẽtia realis ex ſe apta ad habendum actum implicantẽ cõtradictionem, nõ enim datur vlla potentia ad duo contradictoria: ergo ſi exiſtentia realis vnius naturæ realis implicaret contradictionem, non eſſet poſsibilis aptitudo realis vnius naturę realis ad talem exiſtentiam, ſed per te eſt poſsibilis talis aptitudo vnius naturæ realis: ergo non implicabit exiſtentia realis vnius naturæ realis in pluribus indiuiduis.

15 Quarta ſententia tribuitur Caiet. Opuſc. de ente, & eſſentia cap. 4. q. 6. qui docet dari ante operationem intellectus vnitatem quãdam negatiuam, qua natura realis cõſtituitur uniuerſalis. Probatur: quia Petrus, & Paulus ante intellectus operationem ſunt ſpecie indiſtincti: ergo ante intellectus operationem ſunt vnum in ſpecie negatiuè: quia vnitas negatiua nihil aliud eſt, quam non diſtinctio. Hæc ſententia non minus eſt falſa, quàm præcedentes: quia ante operationẽ intellectus non datur vna negatio diſtinctionis: ergo non datur vnitas negatiua. Patet conſequentia; quia vnitas negatiua nihil aliud eſt, quam negatio diſtinctionis, atque adeò ſi hæc non eſt vna, neque dabitur vnitas negatiua. Antecedẽs verò probatur: quia ſicut Petrus non diſtinguitur ſpecie à Paulo; ita neque Paulus diſtinguitur ſpecie à Petro: ergo ſicut in Petro eſt negatio diſtinctionis ſpecificę à Paulo; ita; & in Paulo eſt negatio diſtinctionis ſpecificæ à Petro: ergo eſt duplex negatio in illis. Confirmatur: quia in ſententia Caietani inter duo ſimilia dantur duæ rationes mutuæ, quibus ad inuicem refertur vnum ad aliud: ergo inter duo extrema realiter indiſtincta in ſpecie dabitur duplex negatio, qua ad inuicẽ quodlibet ex illis ſit indiſtinctum ſpecie ab alio.

16 Ad argumentum dato antecedente, nego conſequentiam: quia cũ vnitas negatiua nihil aliud ſit, quã negatio diſtinctionis, & hæc negatio ſit duplex, neceſſarium erit quòd non detur ante operationem intellectus vnitas negatiua, ſed multiplicitas, ſeu duplicitas. Vel ſecundò reſpondeo, diſtinguẽdo antecedẽs: Petrus, & Paul⁹ ante intellectũ ſunt indiſtincti ſpecie fũdamẽtaliter, cõ

formaliter, nego antecedēs: quia ad hoc vt eſſent indiſtincti formaliter ante intellectū, neceſſarium eſſet, quod daretur ſolum vna negatio diſtinctionis, & non datur vna, ſed duplex, vt iam probauimus, Fundamentaliter tamen dicimus eſſe in diſtinctos ſpecie ante operationem intellectus; quia ipſi ſecundum ſe ſunt fundamentū ad hoc, vt intellectus ab vtroque abſtrahat vnam ſpeciem. Et ex his conſtat, quid dicendum ſit de conſequente.

SECTIO II.

Proponitur vera ſentētia, & ſoluūtur argumenta oppoſita.

17 VEra ſententia affirmat naturā fieri vniuerſalē per operationem intellectus. Ita P. Suar. in Met. diſp. 6. ſect. 2. num. 9. vbi citat alios, P. Hurt. diſp. 5 Met. ſect. 7, P. Rubius in Logica & alij plures. Probatur primò: quia vniuerſale datur in rerum natura, vt concedunt omnes; & non datur ante operationem intellectus, vt conſtat ex refutatione aliarum ſententiarum: ergo datur per operationem intellectus. Secundò: quia poſſumus cognoſcere naturam animalis, v.g. non cognitis differentijs rationalis, & irrationalis. Sed natura taliter cognita eſt vniuerſalis: ergo datur vniuerſale per operationē intellectus. Maior eſt nota; quia ex [illegible]ria nouimus, ſæpe nos cōcipere rationem animalis, quin expreſſe recordemur rationalis, aut irrationalis. Minor vero probatur: quia in primis natura animalis ſic cognita eſt vna, nam prout ſic cognita, neque eſt diuiſa, cum non repræſentetur vt multiplex; neque eſt diuiſibilis in alia, in quibus ſit multiplex formaliter, cum animal non identificetur formaliter cum rationali, & irrationali: ergo eſt vna formaliter iuxta dicta diſp. 1. ſect. 2. Deinde eſt apta eſſe in multis, quia poteſt cōſtitui in inferioribus, in homine, & bruto v.g. eo modo, quo dicemus in ſequentibus: ergo habet omnia requiſita ad rationem vniuerſalis.

18 Obijcit primò Scotus: ſingulare ex Ariſtotele, eſt vnum numero; vniuerſale uerò in his eſt, hoc eſt in ſingularibus; ſed natura humana v.g. ante operationē intellectus eſt in ſingularibus: ergo ante operationē intellectus eſt vniuerſalis. Diſtinguo minorē. Humanitas ante operationem intellectus eſt in ſingularibus vna, nego multiplex, concedo minorē; & diſtinguo conſequēs: ante operationem intellectus eſt vniuerſalis fundamentaliter, concedo: formaliter, nego conſequentiam. Ariſtoteles autem, dum dicit, vniuerſale eſſe in ſingularibus, loquitur de illo fundamentaliter ſumpto,

19 Obijcit ſecundò: Petrus, & Paulus ſunt eiuſdē ſpeciei ante operationē intellect⁹: ergo ante operationē intellect⁹ datur in illis vna natura cōmunis, ratione cui⁹

ſint

ſint eiuſdem ſpeciei. Antecedens probatur: quia ante operationem intellectus minùs diſtinguuntur interſe Petrus, & Paulus, quam Petrus, & ſingularis equus; ſed Petrus, & ſingularis equus diſtinguuntur ſpecie ante operationem intellectus: ergo Petrus, & Paulus ante operationem intellectus numericè ſolùm diſtinguuntur; ergo realiter ſunt vnum ſpecie. Diſtinguo primum antecedens. Petrus, & Paulus ante intellectum ſunt eiuſdem ſpeciei fundamentaliter, concedo, formaliter, nego antecedens. Ad probationem conceſſa maiori, diſtinguo minorem: Petrus, & ſingularis equus ante intellectum diſtinguũtur ſpecie fundamentaliter, concedo: formaliter, nego minorem; quia ſicut Petrus, & Paulus ratione ſimilitudinis, quam inter ſe habent: ſunt fundamentũ ad hoc vt intellectus abſtrahat vnam rationem ſpecificam ab vtroque: ita etiam Petrus, & ſingularis equus ratione diſsimilitudinis, quã inter ſe habent, ſunt fundamentũ; vt intellectus abſtrahat diuerſas rationes ſpecificas. Quæ quidem, cum non dentur formaliter ante abſtractionem intellectus, fit vt Petrus, & ſingularis equus nõ diſtinguantur ſpecie formaliter ante operationẽ intellectus. Deinde conceſſa priori conſequentia, diſtinguo vltimam conſequens, ſunt vnum ſpecie fundamentaliter; cõcedo; formaliter, negò cõſequentiam.

20 Dices; ea ratione, qua aliquã nõ ſunt plura; ſunt vnum. Sed Petrus, & Paulus ante intellectũ non ſunt plura in eſſentia ſpecifica: ergo ante intellectum ſunt vnum in ſpecie. Diſtinguo minorem: Non ſunt plures entitatinè, nego: Non ſunt plures fundamẽtaliter, concedo minorem. Eſt dicere: Non ſunt fundamentũ reale ad hoc vt intellectus abſtrahat ab illis plures ſpecies, ſed vnã tãtùm. Nihilominùs ſunt duæ entitates ita inter ſe diuerſæ, vt natura hominis, quæ eſt in Petro ſit realiter diuerſa à natura hominis quæ eſt in Paulo. Deinde diſtinguo cõſequẽs. Ante intellectũ ſũt vnum in ſpecie fundamentaliter, concedo; formaliter; nego conſequentiam. Addo, quod licet in Petro, & Paulo eſſet eadem natura realis hominis, non eſſet propterea vniuerſalis, ſicut vna Deitas in tribus ſuppoſitis non eſt vniuerſalis, vt diximus diſput. 1. ſect. 3.

21 Obijcit tertio. Nihil poteſt realiter definiri, quod non ſit realiter vnum; ſed homo definitur per vnam definitionẽ realem, quę realiter conuenit omnibus indiuiduis: ergo realiter (hic eſt idem realiter, ac ex natura rei) eſt vnũ. Diſtinguo maiorem. Nihil poteſt realiter definiri, quod non ſit realiter vnum formaliter, nego; fundamentaliter admitto maiorẽ; & admiſſa minori, diſtinguendũ eſt conſequens eodem modo. Circa minorem propoſitionem aduertẽdum eſt duplicẽ eſſe definitionẽ: obiectiuam videlicet, & formalẽ.

For-

Formalis eſt actus intellect⁹, quo cognoſcitur natura hominis, v.g. expreſsè prout eſt animal rationale: obiectiua eſt ipſum obiectum, quod cognoſcitur, principiũ videlicet ſentiẽdi, & ratiocinandi: cũ autem homo definitur, formalis definitio eſt vna realiter; quia eſt vnus actus intellectus repræſentans realiter naturam humanam: definitio verò obiectiua non eſt vna realiter: quia eſt natura hominis, & cum hæc ſit realiter multiplicata in indiuiduis, neceſſarium eſt quod definitio obiectiua nõ ſit vna realiter; ſed multiplex: eſt tamen vna per intellectũ, eo modo, quo dicemus diſp. 5. ſect. 3.

22 Obijcies quartò, vniuerſale, & ſingulare opponuntur relatiuè, aut contrariè: ſed ſingulare datur formaliter ante operationẽ intellectus: ergo vniuerſale: quia contrariorũ eadem eſt ratio. Nego maiorem: vniuerſale enim nõ oponitur ſingulari: ſed particulari, quod vt tale non datur ante operationẽ intellectus, vt dicemus infra; ſingulare verò opponitur multitudini, quæ reſultat ex diuiſione, cui immediatè opponitur ſingulare. Vel ſecũdò reſponderi poteſt, ſingulare opponi vniuerſali non immediatè per ſuã entitatẽ realẽ, ſed prout ſubiectũ, de quo vniuerſale poteſt prædicari, & in quo poteſt eſſe: denominatio autem ſubiecti cõuenit ſingulari per rationẽ, atque adeò non opponitur realiter vniuerſali, ſed per denominationem rationis.

23 Obijcit P. Fõſeca. Id quod actu exiſtit realiter in plurib⁹, debet præcedere cũ aptitudine reali ad exiſtendũ in illis: ſed natura humana, v.g. exiſtit realiter in indiuiduis: ergo debet præcedere cum aptitudine reali ad exiſtẽdũ in illis: ergo præcedit realiter vniuerſalis. Patet conſequentia: quia vniuerſale eſt vnum aptum eſſe in multis, ergo ſi natura humana præcedit realiter apta ad exiſtendum realiter in indiuiduis, erit realiter vniuerſalis. Admiſsâ maiori (quæ in præſenti materia eſt vera de aptitudine Logica, hoc eſt de poſsibilitate; de qua in Phyſic. diſp. 7. vbi agemus de poſsibilitate, & exiſtentia) diſtinguo minorẽ, vna natura humana exiſtit realiter in indiuiduis, nego; multiplex natura humana, cõcedo minorẽ. Deinde diſtinguo cõſequẽs: debet præcedere cũ vna aptitudine reali, nego, cum multiplici aptitudine, concedo conſequentiã; & deinde nego ſecundam conſequentiam; quia vt realiter eſſet vniuerſalis, neceſſarium eſſet, quod vna natura eſſet realiter apta ad exiſtendũ in multis. Vide quæ diximus cõtra ſententiam P. Fonſeca.

DISPVTATIO III.

Vtrũ grad⁹ eſsẽtiales diſtinguãtur inter ſe, & à differẽtijs indiuidualibus ante operationem intellectus?

1 DIximus diſputatione præcedenti non dari naturam vniuerſalem ante operationẽ intelle-

tellectus, ſed prædicata eſſẽtialia vnius indiuidui diſtingui realiter à prædicatis eſſentialibus alteri⁹. Modo inquirimus, an prædicata eſſentialia, quę in quolibet indiuiduo reperiuntur, ſint interſe, & à differẽtia indiuiduali diſtincta ante operationem intellectus? Ex. gr. in Petro, qui eſſentialiter eſt ſubſtãtia corpus, viuens, animal, rationalis, &c. An hæc prædicata diſtinguantur realiter inter ſe, & à differentia indiuiduali ipſius Petri? Hic aduerte prædicáta eſſentialia dici gradus Metaphyſicos; quia ad Metaphyſicam ſpectat agere de eorum diſtinctione.

SECTIO I.

Nonnullis præſuppoſitis cõtrariorũ ſententiæ proponuntur.

2 DIſtinctio eſt, qua vnum nõ eſt aliud, atque adeo vbi eſt diſtinctio eſt pluralitas, quia eſt vnum, & aliud. Eſt autẽ duplex diſtinctio, Realis vna, Rationis altera. Diſtinctio realis, eſt qua vnũ non eſt aliud ante operationẽ intellect⁹. Diſtinctio rationis eſt, qua vnum non eſt aliud mẽtis ſolũ beneficio, quæ in re vna diuerſas cõſiderat rationes. Rurſus diſtinctio realis vna eſt adæquata, nempe quando vnum extremum adæquate diſtinguitur ab alio, vt Petr⁹ à Ioanne; materia à forma, &c. Alia inadæquata; quando videlicèt vnum extremum continet in ſe alterum, & aliquid aliud præter illud. Hac ratione diſtinguitur Petrus à propria anima, quia præter ipſam animam includit corpus, & vnionem. Hæc ſolet dici diſtinctio includentis ab incluſo.

3 Præterea diſtinctio adæquata diuiditur in realẽ ſimpliciter, & modalẽ. Realis ſimpliciter eſt, quæ verſatur inter res adinuicẽ ſeparabiles ſaltem de potentia Dei abſoluta; vt Petrus, & Ioannes: materia, & forma, &c. Modalis eſt, quæ verſatur inter duo, quorũ alterum poteſt dari ſeparatum ab altero, ec⁹ è cõtra. Talis eſt, quæ verſatur inter modũ, & rem, cuius eſt modus, vt inter vnionẽ: & rem vnitam. Etenim res vnitæ, vt materia, v.g. & anima rationalis poſſunt eſſe ſine vnione inter illas interiecta, vt cõſtat; vnio verò illarũ non poteſt eſſe ſine illis: quia vt dicemus in Phyſicis, de eſſẽtia vnionis eſt actu nectere extrema, & nõ poteſt ea actu nectere, quin exiſtant ſimul cũ illa. His addidit Scotus aliã; quã ipſe vocat ex natura rei, ſeu formalẽ, & dicit eſſe, qua aliqua diſtinguũtur ante operationẽ intellectus formaliter; ſic docet diſtingui attributa Dei inter ſeſe, & à Deitate. Renuit tamẽ Scotus hãc diſtinctionẽ appellare realẽ, ne cogatur admittere in Deo realẽ diſtinctionẽ attributorũ, & eſſentiæ. Cæterũ neſcio cur non ſit appellanda realis hæc diſtinctio, quia reale dicitur quod non habet eſſe per operationẽ intellectus, nec vllam aliam definitionem entis realis aſsignarunt vn-

vnquam Philoſophi, aut Thologi: ergo ſi hæc tua diſtinctio ex natura rei eſt in rebus ante operationem intellectus, erit realis, vel aſsigna aliam definitionem entis realis.

4 Denique diſtinctio realis alia eſt actualis, ſeu formalis, ea videlicet, qua vna res non eſt alia ante operationem intellectus. Hac diſtinguuntur Petrus, & Ioannes, materia, & forma. Alia eſt fundamentalis quæ datur, quando vna, & eadem entitas realis eſt reale fundamentum præbens occaſionem intellectui, vt diuerſa prædicata, ſeu diuerſas rationes in illa diſtinguat. Quod quidē tūc contingit quando vna, & eadem entitas realis reſpicit diuerſa cōnotata realia; & intellect⁹ poteſt talem entitatem concipere in ordine ad quoduis ex illis connotatis, quin concipiat in ordine ad alia.

5 His addunt nonnulli Recētiores Theologi aliam diſtinctionem realem, quam vocāt virtualem; & dicunt dari, quando vna eadéque res, indiuiſa cum ſit, ita ſe gerit obſui eminentiam, ac ſi re ipſa eſſet multiplex. Hoc autem contingit, quando aliqua ſimplex entitas eſt eius perfectionis, vt denominationes contradictorias ſubire poſsit. Hanc diſtinctionem dicunt verſari inter eſſentiam diuinam, & perſonalitates illam afficientes, quæ cum ſint idem realiter cum eſſentia ipſa, hæc communicatur omnibus tribus perſonis; ſecus ſingulæ perſonalitates. De hac diſtinctione agitur in materia de Trinitate Hic tamen aduerterim, aliquos Philoſophos cōſtituere hanc diſtinctionem etiam in creatis, immeritò tamen, quia ſi Deo eſt concedenda, ideo eſt, quia ſine illa componi rectè non poſſunt, quæ fides catholica docet, & ratio naturalis dictat de ſumma illa perfectione. Creaturę verò procul ſunt à tanta perfectione, & propterea non eſt cur illis attribuatur talis diſtinctio virtualis.

Diſtinctio rationis alia eſt rationis ratiocinantis, quæ quidem datur per multiplicē cognitionē de eadem re nullū ad id ipſā præbente fundamentū; vt cum Petrū prædico de ſe ipſo; vna apprehenſione repręſētatur Petrus vt ſubiectum, & alia vt prædicatū, quo fit vt Petrum diuidam à ſe ipſo. Hæc tamen diſtinctio vt benè P. Vazq. 1. part. diſp. 117. n. 7. poti⁹ eſt repetita cognitio eiuſdem rei, quā vera diſtinctio rationis. Alia eſt diſtinctio rationis ratiocinatæ quę eſt multiplex cognitio de eadē re, ipſa re cognitā ad id occaſionem præbēte, vel quia eſt principium diuerſarum operationū, vel quia ordinatur ad diuerſa cōnotata, ita vt poſsit cognoſci expreſsè vt reſpiciens vnum, quin vt reſpiciēs aliud. Hac ratione dicemus infra diſtingui prædicata eſſentialia cuiuslibet indiuidui.

6 Deinde diſtinctio rationis ratiocinatæ poteſt diuidi ſuo modo totidē ac diſtinctio realis diuiſa eſt. Nēpè in adæquatā, & in inadę-

quatam; & in eam, quæ eſt inter rem, & rem, & in eam, quæ eſt inter rem, & modum: quæ quidem ex dictis pro diſtinctione reali facilè explicari poſſunt. His addũt recentiores, aliam diſtinctionem rationis ratiocinatæ, quam vocãt inadæquatã, quę tunc datur quãdo res habens duo connotata poteſt cõcipi in ordine ad vnũ, quin cõcipiatur in ordine ad aliud, nõ tamen è contra: hac diſtinctione dicunt diſtingui rationem entis à ſingulis differentijs: quia ratio entis poteſt concipi ſine differẽtijs, non tamen è cõtra. De hac diſtinctione agemus in tractatu de Analogia. His poſitis examinandum eſt modò, quo diſtinctionis genere diſtinguantur in Petro, v.g. rationale, animal, & reliqua prædicata eſſentialia inter ſeſe, & à differentia indiuiduali, Petreitate videlicet.

7 Prima ſententia eſt Scoti diſput. præcedenti adducti aſſerẽtis prædicata eſſentialia ante operationem intellectus diſtingui inter ſeſe, & à differẽtia indiuiduali diſtinctione illa ex natura rei, quam ſupra adduximus ex ipſo Scoto. Sequuntur eius diſcipuli, & ex noſtris P. Fonſeca 5. Met. cap. 6. q. 6. art. 2. Rationes huius ſẽtẽtię objicientur infra ſect. 3. Secunda ſententia eſt Patris Alberrini in Corollarijs tomo 2. diſp. 1. quæſt. 10. dub. 2. concl. 1. aſſerentis prædicata eſſentialia diſtingui inter ſeſe ante operationẽ intellectus, idẽtificari tamẽ realiter cum differẽtia indiuiduali ſingulis reſpondente: pro ſingulis enim prędicatis cõſtituit ſingulas differẽtias indiuiduales, cum illis identificatas. Primam partem ſuæ ſentẽtiæ probat argumentis objiciendis pro ſententia Scoti: Secundam verò probat argumentis referendis pro prima concluſione noſtra.

SECTIO II.

Vera ſententia probatur.

8 Dico primò: gradus eſſentiales re ipſa, & ante operationem intellectus ſunt indiſtincti à differẽtia indiuiduali, v.g. in Petro rationale, animal, viuens, &c. ſunt indiſtincta ante operationẽ intellectus, à Petreitate, vel à differẽtia indiuiduali ſingulis reſpõdẽte. Ita P. Suar. in Met. diſp. 6. ſect. 1. 2. & 9. PP. Conimb. hic P. Vazq. 1. part. diſput. 16. cap. 4 P. Paẽt. Hurt. in met. diſp. 5. ſect. 3. & Thomiſtæ omnes S. Thomã ſecuti. Probatur: quia gradus rationalis, qui eſt in Petro, ſe ipſo eſt realiter diſtinctus à gradu rationalis, qui eſt in Ioanne nõ ſpecie; ergo numero: ergo ſuperfluè additur illi differẽtia alia indiuidualis ex natura rei diſtincta, ratione cuius diſtinguatur à gradu rationalis Ioannis. Maior probatur, & in primis quod gradus rationalis Petri ſit realiter diſtinctus à gradu rationalis Ioannis probatum eſt diſput. præcedente ſect. 1.

9 Quod verò ſe ipſis diſtinguãtur

Atqui p teſt:ergo ex hoc capite nullum ſumitur argumentum ad probandam diſtinctionem realé, ſeu ex natura rei inter gradus eſſentiales. Minorem probo: quia eadem materia eſt ſubiectum caloris, & frigoris, cum cõtrariorũ idem debeat eſſe ſubiectum, deinde eadem formalitas albedinis, quæ eſt diſgregatiua viſus, reſpicit ſubiectum, in quo petit eſſe: quia formalitas, per quam albedo eſt diſgregatiua viſus, vt talis eſt accidens: ſed omne accidens, vt tale, petit ſubiectum: ergo iam eadem formalitas cõnotat viſum tãquam id, quod per illam diſgregatur; & ſubiectum tanquam id, in quo eſſe petit, præteréa idem intellectus eſt principiũ apprehẽſionis, iudicij, & diſcurſus; aſſenſus, & diſſenſus, &c. neque enim Scotus plures intellectus ex natura rei diſtinctos conſtituit in quolibet homine: idem dicito de volũtate, & alijs potẽtijs: ergo vna, & eadem res poteſt diuerſas operationes elicere, & reſpicere diuerſa connotata: ergo nullum eſt fundamentum, nec vlla neceſſitas ad actualiter diſtinguendos gradus eſſentiales ante operationem intellectus.

13 Id tamen non tollit, quod fundamẽtaliter diſtinguantur ante operationem intellectus: quia ex eo, quod entitas Petri reſpiciat realiter diuerſas operationes, eſt reale fundamẽtum, vt intellectus illam concipiat in ordine ad vnam operationem quin concipiat in ordine ad aliam; vt probabimus concluſione ſequenti. Hoc autem ſufficit, vt iſti gradus dicantur diſtingui fundamẽtaliter ante operationem intellectus.

14 Dico tertiò: gradus eſſentiales diſtinguũtur inter ſeſe, & a differẽtia indiuiduali diſtinctione rationis ratiocinatæ. Ita authores primæ concluſionis. Probatur primò quod diſtinguãtur per rationẽ; quia poteſt cõcipi expreſsè entitas Petri, prout eſt principiũ ſentiendi quin expreſsè concipiatur, vt eſt principium ratiocinandi, & è contra, vt conſtat experiẽtia, & ſuadet ratio: quia nos pro hoc ſtatu non poſſumus cognoſcere ſubſtantiã immediatè per ſe ipſam; ſed per illius effectus: vnde ex eo, quod cognoſcimus illam ſentire: deducimus eſſe principiũ ſenſationis, & ex eo, quod cognoſcimus ratiocinari, deducimus eſſe principium ratiocinationis. Cùm autem ſenſatio poſsit cognoſci ſine ratiocinatione, & è contra, fit, vt poſsimus deuenire in expreſſam cognitionem ſubſtantiæ, vt eſt principiũ ſentiendi, quin illam cognoſcamus, vt eſt principium ratiocinandi, & è contra: præcipuè: cum nulla ſit ratio quæ nos cogat ad hoc, vt in principio ſentiendi exprimamus principium ratiocinandi, aut è contra: ergo animal, & rationale poſſunt diſtingui per rationẽ. Probo conſequentiam: quia ea entitas prout expreſse cognita per primã cognitionẽ eſt animal, & nõ rationalis; & prout expreſe cognita per

ſecun-

ſecundam eſt rationalis, & non animal: ergo prout cognita per illas duas cognitiones eſt diſtincta, ſeu diuiſa in duas partes. Cóſequentia eſt bona: quia ea diſtinguuntur, quorum vnum non eſt aliud. Antecedēs verò probatur: quia illud dicitur habere aliqua entitas prout cógnita, quod exprimitur per cognitionē: ſed per primam cognitionem ſolùm exprimitur entitas Petri, prout eſt principiū ſentiendi, quod eſt eſſe animal, & per ſecundam cognitionē ſolùm exprimitur vt eſt principiū ratiocinandi, quod eſt eſſe rationalē; ergo prout expreſſa per primam cognitionem eſt ſolùm animal; & prout expreſſa per ſecúdā eſt ſolùm rationalis. Simile argumentum poteſt fieri ad probandā diſtinctionem rationis inter differentiam indiuidualem, & gradus ſuperiores; quod magis declarabitur infra, quando agamus de indiuiduo:

15 Quod veró hęc diſtinctio ſit rationis ratiocinatę, facilè probatur; quia ipſa entitas Petri ratione diuerſarum operationum, quas realiter poteſt elicere ſeorſim vnam ſine alia ad inuicé; præbet occaſionē intellectui, vt eam modò cócipiat expreſsè in ordine ad vnā ſolûm, & poſtea in ordine ad aliam ſolum: ergo datur fundamentum in ipſa re ad talem diſtinctionem. Ex dictis colligos nullam entitatem componi ante operationem intellectus ex gradibus Metaphyſicis; hominē, v.g. non componi ante operationem intellectus ex animali, & rationali: quia cópoſitio eſt diſtinctorum vnio, ſeu cóiunctio, ea autem quæ neque ſeparantur, neque diſtinguuntur ante operationem intellectus non poſſunt ante operationem intellectus coiungi, ſeu vniri: ergo cum animal, & rationale non diſtinguantur ante operationem intellectus, non poterūt cóiungi, ſeu vniri ante operationem intellectus, ac per conſequens neque componere ante ipſam intellectus operationem.

SECTIO III.

Soluuntur argumenta cōtrariorū.

16 Obijcit primo Scotus: Si gradus eſſentiales non diſtinguerentur inter ſe, & à differentia indiuiduali ante operationē intellectus, poſſet verificari duplex cótradictoriū de eadem re; hoc non eſt cócedendū: ergo neque illud. Probatur maior: quia Petr' ratione animalitatis eſſet, & nó eſſet ſimilis equo: ergo, &c. Antecedens probatur: & in primis certum eſt, quod Petrus, & equus ſūt ſimiles ratione animalitatis: quòd verò nó eſſent ſimiles in eadē ratione, probatur: quia Petr' ratione rationalitatis eſt realiter diſsimilis equo; ergo ratione rationalitatis nó eſt realiter ſimilis equo; ſed animalitas, & rationalitas ſūt idē realiter per te: ergo Petrus ratione animalitatis non eſt ſimilis realiter equo: ergo ſunt ſimiles, & non ſunt

ſint ſimiles realiter ſecũdùm eandem rationem.

17 Reſpondeo, animalitatem (& idem eſto de rationalitate, & alijs prædicatis eſſẽtialibus) poſſe ſumi, & entitatiuè, hoc eſt, pro entitate, quæ eſt principium ſentiendi, & ratiocinandi, & præciſsè prout ſolùm dicit principiũ ſentiendi. Si primo modo ſumitur, eſt verum, quód eadem entitas ſit ſimilis, & diſsimilis equo ratione diuerſarum operationũ, quas poteſt elicere, nam ex eo, quòd eſt elicitiuá ſenſationis eſt ſimilis equo, & ex eo, quòd eſt elicitiua ratiocinationis eſt diſsimilis eidem equo: ex hoc tamen non infertur quod ſimul ſit ſimilis, & nõ ſit ſimilis realiter equo: quia cùm negatio ſit maligantis naturę diſtribuens terminum, quem afficit; vt propoſitio negatiua eſſet vera neceſſarium eſſet, quod nullam ſimilitudinẽ haberet homo cũ equo; atqui habet aliquam ſimilitudinẽ cum illo ratione ſenſationis, quã poteſt elicere: ergo nõ poteſt ſimpliciter verificari de illo, quòd nõ ſit ſimilis equo; ſi verò animalitas ſumatur ſecũdo modo, nõ poteſt verificari de illa quòd ſit realiter ſimilis animalitati equi. Tñ quia cũ animalitas nõ ſit præſciſſa realiter à rationalitate, ſed tãtũ per rationem, id, quod illi conuenit prout pręſciſſæ nõ poteſt dici cõuenire illi realiter, ſed tantùm per rationem. Tum etiam, quia non poteſt præſcindi animalitas à rationalitate, quin etiam præſcinda tur ab hinnibilitate, vt dicemus diſp. 4. ſect. 3. ita vt per pręſciſsionem animalitas fiat vna cõmunis homini, equo &c. vnde homo, & equus in animalitate præſciſſa erunt potiùs vnum, quam ſimiles: quia ad ſimilitudinem requiritur diſtinctio in ea ratione, inqua duo dicuntur ſimilia.

18 Ex his facilè ſoluitur argumentum in forma. Nego maiorẽ primi ſyllogiſmi. Ad probationẽ nego antecedens. Ad probationẽ huius antecedentis diſtinguo antecedẽs. Petrus ratione rationalitatis entitatiuè ſumptę eſt realiter diſimilis equo cõcedo; ratione rationalitatis præſciſse ſũptæ, nego antecedens: quia cum præſciſsio illi cõuẽniat per rationẽ, id, quod illi vt præſciſſę tribuitur, nõ poteſt dici realiter illi cõuenire. Deinde diſtinguo cõſequens. Ratione rationalitatis præſciſsè ſũptæ non eſt realiter ſimilis equo, cõcedo: ratione rationalitatis entitatiuè ſumptæ, negò conſequẽtiam: quia, cum rationalitas entitatiuè ſumpta ſit realiter animal, & ex eo quod ſit animal habeat aliquam ſimilitudinẽ cum equo; nõ poteſt ſimpliciter, & abſolute verificari de homine quod non ſit realiter ſimilis equo ratione rationalitatis entitatiue ſumptæ iuxta dicta numero præcedente; denique diſtincta minori, & primo cõſequẽti eadem diſtinctione: negatur vltima conſequentia.

19 Obijcit ſecundo id, quod eſt extra eſſentiam alicuius rei nõ poteſt eſſe idem realiter cum illa re, ſed differentia indiuiduals eſt

extra eſſentiã Petri, v.g. ergo eſſẽtia Petri diſtinguitur realiter à differẽtia indiuiduali. Minor probatur, quia eſſentia Petri eſt eſſe animal rationale; ſed differẽtia indiuidualis eſt extra animal rationale: ergo eſt extra eſſentiã. Cõfirmatur: quia Petrus, & Ioannes nõ diſtinguuntur eſſentialiter, & diſtinguuntur indiuidualiter: ergo differentia indiuidualis eſt extra eſſentiã. Ad argumentũ diſtinguo maiorem. Id quod realiter eſt extra eſſentiã alicuius rei, nõ poteſt eſſe idem realiter cum illa concedo: quod per rationẽ eſt extra eſſentiam non poteſt eſſe idem realiter cum illa, nego maiorẽ. Similiter diſtinguo minorẽ. Differentia indiuidualis eſt extra eſſentiã Petri per rationẽ, cõcedo: realiter, nego minorẽ. Ad probationẽ admiſſa maiori, quæ de eſſentia metaphyſica eſt vera eo modo, quo dicemus dũ agamus de ſpecie: diſtinguo minorẽ: differentia indiuidualis eſt extra animal rationale realiter, nego: per rationẽ, concedo minorẽ & diſtinguo cõſequens eodẽ modo. Ad confirmationem dico Petrum, & Ioannẽ non ſolùm diſtingui indiuidualiter, ſed etiam eſſentialiter, ſi eſſẽtia ſumatur entitatiuè; quia omnia prædicata eſſentialia, quæ cõueniunt Petro, ſunt entitas realiter diſtincta à prædicatis eſſentialibus, quæ conueniunt Ioanni dicũtur tamẽ cõmuniter nõ diſtingui eſſentialiter; quia ſunt fundamentum reale ad hoc, vt intellectus poſsit vnã eſſentiam ex illis abſtrahere: quod quidẽ nõ eſt eſſe eiuſdẽ eſſentiæ actualiter, & entitatiuè, ſed fundamentaliter ſolũ.

20 Obijcit tertio ea, quæ habent diuerſam definitionẽ realem diſtinguũtur realiter: ſed gradus eſſentiales habẽt diuerſas definitiones reales: ergo diſtinguuntur realiter. Minor probatur: quia definitio animalis eſt viuens ſenſibile; definitio verò rationalis eſt principiũ, ſeu ratio ratiocinandi; ex ſunt diuerſæ definitiones reales, ergo, &c. Diſtinguo maiorẽ. Ea diſtinguũtur realiter, quæ habent diuerſam definitionẽ realem obiectiuam, concedo: formalem, nego maiorẽ: quia, cum idem realiter obiectum poſsit concipi per diſtinctas cognitiones poteſt etiã per diſtinctos cõceptus formales definiri. Deinde diſtinguo minorem: gradus eſſentiales habẽt diuerſas definitiones obiectiuas nego: formales; concedo: & nego conſequentiam.

SECTIO IV.

An realiter detur vnitas formalis media inter vnitatẽ numericã, & vniuerſalem?

21 PRobauimus huc vſque prædicata realia cuiuslibet indiuidui diſtingui ſolùm per rationem inter ſe ſe, & à differentia indiuiduali. Inueſtigandum modò, an ſingulis prædicatis cuiuslibet indiuidui reſpõdeant ſingulę vnitates reales, quæ & inter ſe ſe, & ab vnitate numerica, ſeu indiuiduali per rationem etiam diſtinguan-

guãtur, vel potius omnia ſint rea liter vnum per ſolam vnitatẽ numericam. Hæ autem vnitates, ſi fortè dantur, dicuntur formales, quia correſpondent prædicatis eſſentialibus, quæ rationes forma les ſolent appellari. Dicũtur etiã mediæ inter vnitatẽ numericã, & vniuerſalẽ; quia ex vna parte diſtinguũtur per rationẽ a b vnitate numerica & ex alia, cũ nõ ſint cõmunes pluribus, non ſunt vniuerſales. P. Suar. in Met. diſp. 6. ſect. 1. num. 8. adſtruit in quolibet indiuiduo has vnitates formales reſpondentes ſingulis prædicatis eſſentialibus illius.

22 Vera tamen ſententia negat tales vnitates reales, aitque omnia prædicata realia cuiuslibet indiuidui eſſe realiter vnũ per vnitatem ſolum numericam. Ita P. Hurt. in Met. diſp. 5. ſect. 9. Probatur; quia quæcũq; realis vnitas, quæ detur in rationalitate Petri, debet eſſe numerica: ergo non formalis media. Antecedens probatur, quia per illam vnitatẽ realem rationalitas Petri eſt indiuiſibilis in alia in quibus nume ro multiplicetur, ergo eſt vnitas numerica. Conſequentia eſt bona ex dictis diſp. 1. ſect. 2 Antecedẽs probatur quia nullum alium eſſe ctum poteſt ea vnitas communicare rationalitati.

23 Dices: per illam vnitatem formalem rationalitas Petri fit indiuiſibilis in alia, in quibus multiplicetur rationalitas Petri: non verò indiuiſibilis in alia, in quib⁹ multiplicetur ſingularitas ipſius Petri: quia hoc participat Petr⁹ ab vnitate numericã. Sed contra: vel rationalitas Petri per illam tuam vnitatem eſt indiuiſibilis in alia, in quibus dẽtur plures ratio nalitates numero; vel ſolùm indiuiſibilis in alia, in quibus dentur plures rationalitates in ſpecie? Si dicas primum: ergo ea vnitas eſt numerica: quia hęc eſt quæ opponitur multiplicitati numericæ. Si dicas ſecundum, ergo illa vnitas, quatenus eſt ex ſe, ſolùm excludit multiplicitatem ſpecificã nõ numericam, ergo quatenus eſt ex ſe poteſt communicari pluribus indiuiduis, ac per conſequens erit vniuerſalis, & non media, vt ſupponis.

24 Secundò probatur concluſio: quia rationalitas Petri per ſuam vnitatem eſt vnum reale, & rationalitas Ioannis per ſuã vnitatem eſt etiam vnum reale: atqui rationalitas Petri non poteſt eſſe vnum reale, quod ſit realiter idẽ cum rationalitate Ioannis: ergo diſtinctum realiter. Non ſpecie, quia ſunt eiuſdẽ ſpeciei; ergo ſolũ numero Ergo illa vnitas realis eſt numerica, & nõ formalis media. Dicam⁹ ergo nullã aliã vnitatẽ realẽ poſſe concipi in quolibet indiuiduo pręter numericam, per quã omniã prædicata realia indiuidui ſiũt vnũ indiuiſibile in alia, in quib⁹ realiter multiplicẽtur ſiue numero, ſiue ſpecie: quia eo ipſo quod per illã vnitatẽ impediũtur multiplicari numero à fortiori impedientur multiplicari ſpecie. Vndè quando prædicata eſſentialia

Eſt ergo difficultas in prȩſenti: an quando per cognitionem noſtram diuidimus, ſeu præſcindimus in Petro, ſeu in quouis alio animal à rationali, & è contra; diuidimus obiectiuè hæc prædicata, vel ſolùm formaliter?

3 Aduertendum tamen eſt duplicẽ dari cognitionẽ circa quodlibet obiectum, vnã intuitiuam, aliam abſtractiuam. Iſta eſt, quæ cognoſcit obiectum per proprias ſpecies hæc, quæ obiectũ cognoſcit per alienas. De intuitiua eſt dubium, an poſsit præſcindere vnum prædicatum ab alio; vel neceſſarium ſit, quod omnia prædicata ſui obiecti expreſsè cognoſcat ſemper: Hæc tamẽ difficultas pertinet ad lib. de Anima. Ibi eã diſcutiemus. De abſtractiua eſt certũ, quod poſsit præſcindere vnum prædicatũ ab alio: quia cùm attingat obiectũ per alienas ſpecies, poſſunt dari ſpecies alienæ, quæ repræſentẽt obiectum prout reſpicit vnũ cõnotatũ, quin illud reprȩſentent prout reſpicit aliud. Eſt tamen incertũ, an abſtractiua cognitio prȩſcindat prȩdicata obiectiuè, vel ſolũ formaliter? Ideô de ſola cognitione abſtractiua procedet præſens difficultas.

4 Prima ſententia cõmuniter adſcribitur Thomiſtis aſſerẽtibus intellectũ per cognitionẽ abſtractiuam præſcindere obiectiuè prȩdicata realia, cuiuslibet indiuidui. Quã ſententiã ita referunt nõ nulli ac ſi thomiſtæ aſſererent, poſita cognitione abſtractiua in noſtro intellectu, dari in obiecto, in Petro, v.g. duo prȩdicata realia, quorum vnum ex parte obiecti prout diſtincti à cognitione non eſt aliud abſque vllo ente rationis conficto in ipſo obiecto. Cæterum hæc eſt manifeſta impoſtura: neque enim talis cognitio vlli eorum in mentem venire potuit: quia cum ipſi contra Scotum intendant neceſſariũ eſſe, quód prȩdicata metaphyſica cuiuslibet entitatis ſit vnum in ſe ante operationẽ intellectus; qua ratione poſſent credere ex ſola poſitione extrinſeca cognitionis abſque vlla ratione intrinſeca in obiecto, fieri ipſum obiectum plura?

5 Dicunt ergo ex cognitione, qua entitas Petri cognoſcitur prȩcisè, vt principium ſentiendi, deriuari in ipſam entitatẽ Petri vnitatem quãdam rationis, per quã ſe iungitur ex parte obiecti prædicatũ animalis à prædicato rationalis. Sed nõ omnes explicant eodem modo hanc ſententiam. Quidam dicunt, vnitatẽ iſtã non eſſe poſitiuam, ſed negationem quandam rationis, quæ quidem nõ reprȩſentatur per cognitionem; ſed ſolùm reſultat in obiecto ex ipſa cognitione per quaſi naturalẽ ſequelam. Cæterum hic modus defendendi ſententiã Thomiſtarum ſuſtineri nequit. Primò: quia, ſi negatio illa rationis reſultaret ex cognitione præſcindente, tãquam effectus illius, priùs natura eſſet, quod daretur cognitio attingens obiectũ, quã quod reſultaret talis negatio rationis: quia vt dicemus in Phyſicis, & admittunt omnes,

quæ-

quęuis cauſa eſt prior natura, quā effectus: vel ergo in eo priori naturæ cognitio repræſentat totam entitatē obiecti; vel ſolùm prædicatum reale animalis, v. g. Si primum: ergo adueniēte vnitate illa rationis negatiua non datur præſciſsio obiectiua. Patet conſequētia: quia adueniente vnitate, non variatur cognitio quoad intrinſecam præſentationē obiecti, vt tu cōcedis, & neceſſario cōcedendū eſt; ſed ante vnitatem repręſentat cognitio totā entitatē obiecti per te: ergo eandem repręſentat poſita vnitate rationis: ergo nō præſcindit obiectiuè pręḋicatū animalis à pręḋicato rationalis: quia ad præſciſsionē obiectiuā eſt neceſſarium, quòd per cognitionē nō attingatur tota entitas obiecti; ſed ſolū vnū prædicatū illius. Si dicatur ſecundū: ergo antequā reſultet vnitas illa rationis datur prædicatū animalis obiectiuè præſciſſum à rationali; & ideò ad nihilū deſeruiet vnitas illa rationis. Probo conſequētiam, quia præſcindi obiectiuè animal à rationali eſt, quòd animal attingatur per cognitionem, quin per eandē attingatur rationale; ſed per te antequā reſultet, vnitas illa rationis, cognoſcitur animal, quin cognoſcatur rationale: ergo præſcinditur obiectiuè antequam reſultet vnitas rationis. Ad quid ergo deſeruiet talis vnitas?

6 Secundò, neſcio, qua ratione produci debeat talis vnitas rationis negatiua quia nunquā producitur denuo negatio niſi per deſtructionem formæ oppoſitæ: ſed quādo præſcinditur vnū pręḋicatū ab alio, animal, v. g. à rationali, nulla forma poſitiua deſtruitur ergo neque poteſt produci denuo vnitas negatiua. Maior eſt certa: quia cum negatio ſit cōtradictorium formæ oppoſitæ: non poteſt denuò poni niſi per defectū ipſius formæ. Minorē probo: quia quando pręſcinditur animal à rationali, nō deſtruitur aliqua forma poſitiua realis in obiecto, vt patet; neq; rationis quia ad hoc vt præſcindatur animal à rationali, nō eſt neceſſariū, quòd præcedat in homine aliqua forma poſitiua rationis, quæ deſtruenda ſit adueniēte præſciſsione: ergo nulla forma poſitiua deſtruitur. Multis alijs poſſet impugnari hæc ſententia, ſed ſufficiant adducta.

7 Aliter poſſet explicari ſententia Thomiſtarū. Dici enim poteſt quādo intellectus præſcindit animal à rationali, cognoſcere in ipſo obiecto vnitatem quādā rationis poſitiuā, per quam animal obiectiuè ſit vnum, & diſtinctū à rationali: & idem eſt quando præſcinditur rationale ab animali. Cū autē ex parte animalis, & rationalis dentur duæ vnitates confictæ in illis ab intellectu, fiūt duo obiecta à ſeſe mutuo diſtincta per rationē, & ideo datur obiectiua pręſciſsio ex parte obiecti. Hāc exiſtimo eſſe mentem Thomiſtarū: & quidē ni fallor nō poteſt alio modo congruè defendi eorum ſententia: neque eſt contemnēda, ſi hoc modo intelligatur.

vnquam Philoſophi, aut Thologi: ergo ſi hæc tua diſtinctio ex natura rei eſt in rebus ante operationem intellectus, erit realis, vel aſsigna aliam definitionem entis realis.

4 Denique diſtinctio realis alia eſt actualis, ſeu formalis, ea videlicet, qua vna res non eſt alia ante operationem intellectus. Hac diſtinguuntur Petrus, & Ioannes, materia, & forma. Alia eſt fundamentalis quæ datur, quando vna, & eadem entitas realis eſt reale fundamentum præbens occaſionem intellectui, vt diuerſa prædicata, ſeu diuerſas rationes in illa diſtinguat. Quod quidē tūc contingit quando vna, & eadem entitas realis reſpicit diuerſa cōnotata realia; & intellect⁹ poteſt talem entitatem concipere in ordine ad quoduis ex illis connotatis, quin concipiat in ordine ad alia.

5 His addunt nonnulli Recētiores Theologi aliam diſtinctionem realem, quam vocāt virtualem; & dicunt dari, quando vna eadēque res, indiuiſa cum ſit, ita ſe gerit obſui eminentiam, ac ſi re ipſa eſſet multiplex. Hoc autem contingit, quando aliqua ſimplex entitas eſt eius perfectionis, vt denominationes contradictorias ſubire poſsit. Hanc diſtinctionem dicunt verſari inter eſſentiam diuinam, & perſonalitates illam afficientes, quæ cum ſint idem realiter cum eſſentia ipſa, hæc communicatur omnibus tribus perſonis; ſecus ſingulæ perſonalitates. De hac diſtinctione agitur in materia de Trinitate Hic tamen aduerterim, aliquos Philoſophos cōſtituere hanc diſtinctionem etiam in creatis; immeritò tamen, quia ſi Deo eſt concedenda, ideo eſt, quia ſine illa componi rectè non poſſunt, quæ fides catholica docet, & ratio naturalis dictat de ſumma illa perfectione. Creaturę verò procul ſunt à tanta perfectione, & propterea non eſt cur illis attribuatur talis diſtinctio virtualis.

Diſtinctio rationis alia eſt rationis ratiocinantis, quæ quidem datur per multiplicē cognitionē de eadem re nullū ad id ipſā præbente fundamentū; vt cum Petrū prædico de ſe ipſo; vna apprehenſione repręſētatur Petrus vt ſubiectum, & alia vt prædicatū, quo fit vt Petrum diuidam à ſe ipſo. Hæc tamen diſtinctio vt benè P. Vazq. 1. part. diſp. 117. n. 7. poti⁹ eſt repetita cognitio eiuſdem rei, quā vera diſtinctio rationis. Alia eſt diſtinctio rationis ratiocinatæ quę eſt multiplex cognitio de eadē re, ipſa re cognità ad id occaſionem præbēte, vel quia eſt principium diuerſarum operationū, vel quia ordinatur ad diuerſa cōnotata, ita vt poſsit cognoſci expreſsè vt reſpiciens vnum, quin vt reſpiciēs aliud. Hac ratione dicemus infra diſtingui prædicata eſſentialia cuiuslibet indiuidui.

6 Deinde diſtinctio rationis ratiocinatæ poteſt diuidi ſuo modo totidē ac diſtinctio realis diuiſa eſt. Nēpè in adæquatā, & in inadęqua-

quatam; & in eam, quæ eſt inter rem, & rem, & in eam, quæ eſt inter rem, & modum: quæ quidem ex dictis pro diſtinctione reali facilè explicari poſſunt. His addũt recentiores, aliam diſtinctionem rationis ratiocinatæ, quam vocãt inadæquatã, quę tunc datur quãdo res habens duo connotata poteſt cõcipi in ordine ad vnũ, quin cõcipiatur in ordine ad aliud, nõ tamen ècontra: hac diſtinctione dicunt diſtingui rationem entis à ſingulis differentijs: quia ratio entis poteſt concipi ſine differẽtijs, non tamen ècõtra. De hac diſtinctione agemus in tractatu de Analogia. His poſitis examinandum eſt modò, quo diſtinctionis genere diſtinguantur in Petro, v.g. rationale, animal, & reliqua prædicata eſſentialia inter ſeſe, & à differentia indiuiduali, Petreitate videlicet.

7 Prima ſententia eſt Scoti diſput. præcedenti adducti aſſerẽtis prædicata eſſentialia ante operationem intellectus diſtingui inter ſeſe, & à differẽtia indiuiduali diſtinctione illa ex natura rei, quam ſupra adduximus ex ipſo Scoto. Sequuntur eius diſcipuli, & ex noſtris P. Fõſeca 5. Met. cap. 6. q. 6. art. 2. Rationes huius ſẽtẽtię obijcientur infra ſect. 3. Secunda ſententia eſt Patris Albertini in Corolarijs tomo 2. diſp. 1. quęſt. 10. dub. 2. concl. 1. aſſerentis prædicata eſſentialia diſtingui interſeſe ante operationẽ intellectus, idẽtificari tamẽ realiter cum differẽtia indiuiduali ſingulis reſpondente: pro ſingulis enim prędicatis cõſtituit ſingulas differẽtias indiuiduales, cum illis identificatas. Primam partem ſuæ ſentẽtiæ probat argumentis obijciendis pro ſententia Scoti: Secundam verò probat argumentis referendis pro prima concluſione noſtra.

SECTIO II.

Vera ſententia probatur.

8 DIco primò: gradus eſſentiales re ipſa, & ante operationem intellectus ſunt indiſtincti á differẽtia indiuiduali, v.g. in Petro rationale, animal, viuens, &c. ſunt indiſtincta ante operationẽ intellectus, á Petreitate, vel à differẽtia indiuiduali ſingulis reſpõdẽte. Ita P. Suar. in Met. diſp. 6. ſect. 1. 2. & 9. PP. Conimb. hic P. Vazq. 1. part. diſput. 16. cap. 4 P. Petr. Hurt. in met. diſp. 5. ſect. 3. & Thomiſtæ omnes S. Thomã ſecuti. Probatur: quia gradus rationalis, qui eſt in Petro, ſe ipſo eſt realiter diſtinctus à gradu rationalis, qui eſt in Ioanne nõ ſpecie; ergo numero: ergo ſuperfluè additur illi differẽtia alia indiuidualis ex natura rei diſtincta, ratione cuius diſtinguatur à gradu rationalis Ioannis. Maior probatur, & inprimis quod gradus rationalis Petri ſit realiter diſtinctus à gradu rationalis Ioannis probatum eſt diſput. præcedente ſect. 1.

9 Quod verò ſe ipſis diſtinguã-

tur

Atqui poteſt:ergo ex hoc capite nullum ſumitur argumentum ad probandam diſtinctionem realē, ſeu ex natura rei inter gradus eſſentiales. Minorem probo: quia eadem materia eſt ſubiectum caloris, & frigoris, cum cōtrariorū idem debeat eſſe ſubiectum, deinde eadem formalitas albedinis, quæ eſt diſgregatiua viſus, reſpicit ſubiectum, in quo petit eſſe: quia formalitas, per quam albedo eſt diſgregatiua viſus, vt talis eſt accidens: ſed omne accidens, vt tale, petit ſubiectum: ergo iam eadem formalitas cōnotat viſum tāquam id, quod per illam diſgregatur; & ſubiectum tanquam id, in quo eſſe petit, præterea idem intellectus eſt principiū apprehēſionis, iudicij, & diſcurſus; aſſenſus, & diſſenſus, &c. neque enim Scotus plures intellectus ex natura rei diſtinctos conſtituit in quolibet homine: idem dicito de volūtate, & alijs potētijs: ergo vna, & eadem res poteſt diuerſas operationes elicere, & reſpicere diuerſa connotata: ergo nullum eſt fundamentum, nec vlla neceſſitas ad actualiter diſtinguendos gradus eſſentiales ante operationem intellectus.

13 Id tamen non tollit, quod fundamētaliter diſtinguantur ante operationem intellectus: quia ex eo, quod entitas Petri reſpiciat realiter diuerſas operationes, eſt reale fundamētum, vt intellectus illam concipiat in ordine ad vnam operationem quin concipiat in ordine ad aliam; vt probabimus concluſione ſequenti. Hoc autem ſufficit, vt iſti gradus dicantur diſtingui fundamētaliter ante operationem intellectus.

14 Dico tertiò: gradus eſſentiales diſtinguūtur inter ſeſe, & a differētia indiuiduali diſtinctione rationis ratiocinatæ. Ita authores primæ concluſionis. Probatur primò quod diſtinguātur per rationē; quia poteſt cōcipi expreſsè entitas Petri, prout eſt principiū ſentiendi quin expreſsè concipiatur, vt eſt principium ratiocinandi, & ē contra, vt conſtat experiētia, & ſuadet ratio: quia nos pro hoc ſtatu non poſſumus cognoſcere ſubſtantiā immediatè per ſe ipſam; ſed per illius effectus: vnde ex eo, quod cognoſcimus illam ſentire; deducimus eſſe principiū ſenſationis, & ex eo, quod cognoſcimus ratiocinari, deducimus eſſe principium ratiocinationis. Cùm autem ſenſatio poſsit cognoſci ſine ratiocinatione, & ē contra, fit, vt poſsimus deuenire in expreſſam cognitionem ſubſtantiæ, vt eſt principiū ſentiendi, quin illam cognoſcamus, vt eſt principium ratiocinandi, & ē contra: præcipuè: cum nulla ſit ratio quæ nos cogat ad hoc, vt in principio ſentiendi exprimamus principium ratiocinandi, aut ē contra: ergo animal, & rationale poſſunt diſtingui per rationē. Probo conſequentiam: quia ea entitas prout expreſsè cognita per primā cognitionē eſt animal, & nō rationalis; & prout expreſsè cognita per ſecun-

ſecundam eſt rationalis, & non animal: ergo prout cognita per illas duas cognitiones eſt diſtincta, ſeu diuiſa in duas partes. Cõſequentia eſt bona: quia ea diſtinguuntur, quorum vnum non eſt aliud. Antecedẽs verò probatur: quia illud dicitur habere aliqua entitas prout cognita, quod exprimitur per cognitionẽ: ſed per primam cognitionem ſolùm exprimitur entitas Petri, prout eſt principiũ ſentiendi, quod eſt eſſe animal, & per ſecundam cognitionẽ ſolùm exprimitur vt eſt principiũ ratiocinandi, quod eſt eſſe rationalẽ; ergo prout expreſſa per primam cognitionem eſt ſolùm animal; & prout expreſſa per ſecũdã eſt ſolùm rationalis. Simile argumentum poteſt fieri ad probandã diſtinctionem rationis inter differentiam indiuidualem, & gradus ſuperiores; quod magis declarabitur infra, quando agamus de indiuiduo:

15 Quod verò hęc diſtinctio ſit rationis ratiocinatę, facilè probatur; quia ipſa entitas Petri ratione diuerſarum operationum, quas realiter poteſt elicere ſeorſim vnam ſine alia ad inuicẽ; præbet occaſionẽ intellectui, vt eam modò cõcipiat expreſsè in ordine ad vnũ ſolùm, & poſtea in ordine ad aliam ſolum: ergo datur fundamentum in ipſa re ad talem diſtinctionem. Ex dictis colliges nullam entitatem componi ante operationem intellectus ex gradibus Metaphyſicis; hominẽ, v.g. non componi ante operationem intellectus ex animali, & rationali: quia cõpoſitio eſt diſtinctorum vnio, ſeu cõiunctio, ea autem quæ neque ſeparantur, neque diſtinguuntur ante operationem intellectus non poſſunt ante operationem intellectus coiungi, ſeu vniri: ergo cum animal, & rationale non diſtinguantur ante operationem intellectus, non poterũt cõiungi, ſeu vniri ante operationem intellectus, ac per conſequens neque componere ante ipſam intellectus operationem.

SECTIO III.

Soluuntur argumenta cõtrariorũ.

16 Obijcit primo Scotus: Si gradus eſſentiales non diſtinguerentur inter ſe, & à differentia indiuiduali ante operationẽ intellectus, poſſet verificari duplex cõtradictoriũ de eadem re; hoc non eſt cõcedendũ: ergo neque illud. Probatur maior: quia Petrus ratione animalitatis eſſet, & nõ eſſet ſimilis equo: ergo, &c. Antecedens probatur: & in primis certum eſt, quod Petrus, & equus ſũt ſimiles ratione animalitatis: quòd verò nõ eſſent ſimiles in eadẽ ratione, probatur: quia Petrus ratione rationalitatis eſt realiter diſsimilis equo; ergo ratione rationalitatis nõ eſt realiter ſimilis equo; ſed animalitas, & rationalitas ſũt idẽ realiter per te: ergo Petrus ratione animalitatis non eſt ſimilis realiter equo: ergo ſunt ſimiles, & non

ſunt

ſint ſimiles realiter ſecũdùm eandem rationem.

17 Reſpondeo, animalitatem (& idem eſto de rationalitate, & alijs prædicatis eſſẽtialibus) poſſe ſumi, & entitatiuè, hoc eſt, pro entitate, quæ eſt principium ſentiendi, & ratiocinandi, & præciſſè prout ſolùm dicit principiũ ſentiendi. Si primo modo ſumitur, eſt verum, quòd eadem entitas ſit ſimilis, & diſsimilis equo ratione diuerſarum operationũ, quas poteſt elicere, nam ex eo, quòd eſt elicitiuã ſenſationis eſt ſimilis equo, & ex eo, quòd eſt elicitiua ratiocinationis eſt diſsimilis eidem equo: ex hoc tamen non infertur quod ſimul ſit ſimilis, & nõ ſit ſimilis realiter equo: quia cùm negatio ſit malignantis naturę diſtribuens terminum, quem afficit; vt propoſitio negatiua eſſet vera neceſſarium eſſet, quod nullam ſimilitudinẽ haberet homo cũ equo; atqui habet aliquam ſimilitudinẽ cum illo ratione ſenſationis, quã poteſt elicere: ergo nõ poteſt ſimpliciter verificari de illo, quòd nõ ſit ſimilis equo; ſi verò animalitas ſumatur ſecũdo modo, nõ poteſt verificari de illa quòd ſit realiter ſimilis animalitati equi. Tũ quia cũ animalitas nõ ſit præſciſſa realiter à rationalitate, ſed tãtũ per rationem, id, quod illi conuenit prout pręſciſſæ nõ poteſt dici cõuenire illi realiter, ſed tantùm per rationem. Tum etiam, quia non poteſt præſcindi animalitas à rationalitate, quin etiam præſcindatur ab hinnibilitate, vt dicemus diſp. 4. ſect. 3. ita vt per pręſciſsionem animalitas fiat vna cõmunis homini, equo &c. vnde homo, & equus in animalitate præſciſſa erunt potiùs vnum, quam ſimiles: quia ad ſimilitudinem requiritur diſtinctio in ea ratione, in qua duo dicuntur ſimilia.

18 Ex his facilè ſoluitur argumentum in forma. Nego maiorẽ primi ſyllogiſmi. Ad probationẽ nego antecedens. Ad probationẽ huius antecedentis diſtinguo antecedẽs. Petrus ratione rationalitatis entitatiuè ſumptę eſt realiter diſsimilis equo cõcedo; ratione rationalitatis præſciſſe sũptæ, nego antecedens: quia cum præſciſsio illi cõueniat per rationẽ, id, quod illi vt præſciſſę tribuitur, nõ poteſt dici realiter illi cõuenire. Deinde diſtinguo cõſequens. Ratione rationalitatis præſciſsè ſũptæ non eſt realiter ſimilis equo, cõcedo: ratione rationalitatis entitatiuè ſumptæ, negõ conſequẽtiam: quia, cum rationalitas entitatiuè ſumpta ſit realiter animal, & ex eo quod ſit animal habeat aliquam ſimilitudinẽ cum equo; nõ poteſt ſimpliciter, & abſolute verificari de homine quod non ſit realiter ſimilis equo ratione rationalitatis entitatiue ſumptæ iuxta dicta numero præcedente; denique diſtincta minori, & primo cõſequẽti eadem diſtinctione: negatur vltima conſequentia.

19 Obijcit ſecundo id, quod eſt extra eſſentiam alicuius rei nõ poteſt eſſe idem realiter cum illa re, ſed differentia indiuidualis eſt

extra eſſentiã Petri, v.g. ergo eſſẽtia Petri diſtinguitur realiter à differẽtia indiuiduali. Minor probatur, quia eſſentia Petri eſt eſſe animal rationale; ſed differẽtia indiuidualis eſt extra animal rationale: ergo eſt extra eſſentiã. Cõfirmatur: quia Petrus, & Ioannes nõ diſtinguuntur eſſentialiter, & diſtinguuntur indiuidualiter: ergo differentia indiuidualis eſt extra eſſentiã. Ad argumentũ diſtinguo maiorem. Id quod realiter eſt extra eſſentiã alicuius rei, nõ poteſt eſſe idem realiter cum illa concedo: quod per rationẽ eſt extra eſſentiam non poteſt eſſe idem realiter cum illa, nego maiorẽ. Similiter diſtinguo minorẽ. Differentia indiuidualis eſt extra eſſentiã Petri per rationẽ, cõcedo: realiter, nego minorẽ. Ad probationẽ admiſſa maiori, quæ de eſſentia metaphyſica eſt vera eo modo, quo dicemus dũ agamus de ſpecie: diſtinguo minorẽ: differentia indiuidualis eſt extra animal rationale realiter, nego: per rationẽ, concedo minorẽ & diſtinguo cõſequens eodẽ modo. Ad confirmationem dico Petrum, & Ioannẽ non ſolùm diſtingui indiuidualiter, ſed etiam eſſentialiter, ſi eſſẽtia ſumatur entitatiuè: quia omnia prædicata eſſentialia, quæ cõueniunt Petro, ſunt entitas realiter diſtincta à prædicatis eſſentialibus, quæ conueniunt Ioanni dicũtur tamẽ communiter nõ diſtingui eſſentialiter; quia ſunt fundamentum reale ad hoc, vt intellectus poſſit vnã eſſentiam ex illis abſtrahere: quod quidẽ nõ eſt eſſe eiuſdẽ eſſentiæ actualiter, & entitatiuè, ſed fundamentaliter ſolũ.

20 Obijcit tertio ea, quæ habent diuerſam definitionẽ realem diſtinguũtur realiter: ſed gradus eſſentiales habẽt diuerſas definitiones reales: ergo diſtinguuntur realiter. Minor probatur: quia definitio animalis eſt viuens ſenſibile; definitio verò rationalis eſt principiũ, ſeu ratio ratiocinandi; eæ ſunt diuerſæ definitiones reales, ergo, &c. Diſtinguo maiorẽ. Ea diſtinguũtur realiter, quæ habent diuerſam definitionẽ realem obiectiuam, concedo: formalem, nego maiorẽ: quia, cum idem realiter obiectum poſſit concipi per diſtinctas cognitiones poteſt etiã per diſtinctos cõceptus formales definiri. Deinde diſtinguo minorem: gradus eſſentiales habẽt diuerſas definitiones obiectiuas nego: formales; concedo: & nego conſequentiam.

SECTIO IV.

An realiter detur vnitas formalis media inter vnitatẽ numericã, & vniuerſalem?

21 PRobauimus huc vſque prædicata realia cuiuslibet indiuidui diſtingui ſolùm per rationem inter ſe ſe, & à differentia indiuiduali. Inueſtigandum modò, an ſingulis prædicatis cuiuslibet indiuidui reſpõdeant ſingulę vnitates reales, quæ & inter ſe ſe, & ab vnitate numerica, ſeu indiuiduali per rationem etiam diſtinguan-

Digitized by Google

guãtur, vel potius omnia ſint rea liter vnum per ſolam vnitatẽ numericam. Hæ autem vnitates, ſi fortè dantur, dicuntur formales, quia correſpondent prædicatis eſſentialibus, quæ rationes forma les ſolent appellari. Dicũtur etiã mediæ inter vnitatẽ numericã, & vniuerſalẽ; quia ex vna parte diſ. tinguũtur per rationẽ a b vnitate numerica & ex alia, cũ nõ ſint cõmunes pluribus, non ſunt vniuerſales. P. Suar. in Met. diſp. 6. ſect. 1. num. 8. adſtruit in quolibet indiuiduo has vnitates formales reſpondentes ſingulis prædicatis eſſentialibus illius.

22 Vera tamen ſententia negat tales vnitates reales, aitque omnia prædicata realia cuiuslibet indiuidui eſſe realiter vnũ per vnitatem ſolum numericam. Ita P. Hurt. in Met. diſp. 5. ſect. 9. Probatur: quia quæcũq; realis vnitas, quæ detur in rationalitate Petri, debet eſſe numerica: ergo non formalis media. Antecedens probatur, quia per illam vnitatẽ realem rationalitas Petri eſt indiuiſibilis in alia in quibus numero multiplicetur, ergo eſt vnitas numerica. Conſequentia eſt bona ex dictis diſp. 1. ſect. 2 Antecedẽs probatur quia nullum alium effectum poteſt ea vnitas communicare rationalitati.

23 Dices: per illam vnitatem formalem rationalitas Petri fit indiuiſibilis in alia, in quibus multiplicetur rationalitas Petri: non verò indiuiſibilis in alia, in quib⁹ multiplicetur ſingularitas ipſius Petri: quia hoc participat Petr⁹ ab vnitate numericã. Sed contra: vel rationalitas Petri per illam tuam vnitatem eſt indiuiſibilis in alia, in quibus detur plures ratio nalitates numero; vel ſolùm indiuiſibilis in alia, in quibus dentur plures rationalitates in ſpecie? Si dicas primum: ergo ea vnitas eſt numerica: quia hęc eſt quæ opponitur multiplicitati numericæ. Si dicas ſecundum, ergo illa vnitas, quatenus eſt ex ſe, ſolùm excludit multiplicitatem ſpecificã nõ numericam, ergo quatenus eſt ex ſe poteſt communicari pluribus indiuiduis, ac per conſequens erit vniuerſalis, & non media, vt ſupponis.

24 Secundò probatur concluſio: quia rationalitas Petri per ſuam vnitatem eſt vnum reale, & rationalitas Ioannis per ſuã vnitatem eſt etiam vnum reale: atqui rationalitas Petri non poteſt eſſe vnum reale, quod ſit realiter idẽ cum rationalitate Ioannis: ergo diſtinctum realiter. Non ſpecie, quia ſunt eiuſdẽ ſpeciei; ergo ſolũ numero Ergo illa vnitas realis eſt numerica, & nõ formalis media. Dicam⁹ ergo nullã aliã vnitatẽ realẽ poſſe concipi in quolibet indiuiduo pręter numericam, per quã omniã prædicata realia indiuidui fiũt vnũ indiuiſibile in alia, inquib⁹ realiter multiplicẽtur ſiue numero, ſiue ſpecie: quia eo ipſo quod per illã vnitatẽ impediũtur multiplicari numero à fortiori impedientur multiplicari ſpecie. Vnde quando prædicata eſſentialia

prædicatum ſpecificum: quia videlicèt eſt fundamẽtum, vt intellectus abſtrahat vnam ſpeciẽ ab omnibus indiuiduis. An verò poſſit abſtrahi à Petro, quin à reliquis indiuiduis abſtrahatur? dicemus diſput. ſequenti.

DISPVTATIO IIII.

Qua ratione fiat per intellectũ diſtinctio graduum eſſentialium?

1 DIximus diſputatione præcedenti gradus eſſentiales cuiuslibet indiuidui diſtingui per rationem ratiocinatam inter ſeſe, & à differẽtia indiuiduali. Modò eſt inueſtigandũ, qua ratione fiat hæc diſtinctio? An videlicèt fiat præſcindendo ex parte obiecti vnum prædicatum ab alio, vel ſolum ſe habeat hæc præſciſsio ex parte cognitionis?

SECTIO I.

Status controuerſiæ aperitur, & proponitur opinio Thomiſtarum.

DVplex ſolet, adſtrui diſtinctio rationis ratiocinatę. Alia quæ ſe habet ex parte obiecti, & dicitur præſciſsio obiectiua: alia quæ ſe habet tantùm ex parte intellectus, & dicitur pręciſsio formalis. Tunc dicitur dari præciſſio obiectiua, ſeu ex parte obiecti, quando per cognitionem præſcindentem attingitur vnum prædicatum in obiecto, & non attingitur aliud realiter identificatum cum illo. Vt ſi in Petro cognoſceretur prędicatum reale animales per vnam cognitionem quin per eandem cognoſceretur prædicatum reale rationalis idẽtificatum realiter cum animali, diceretur quidem animal præſcindi obiectiuè à rationali: quia ex parte obiecti, vt diſtincti à cognitione, attingitur vnum prædicatum, quin aliud attingatur. Tunc verò dicitur dari præſciſsio formalis, quando per cognitionem præſcindentem attingitur tota entitas realis obiecti; non tamen expreſsè in ordine ad vnum connotatum vt ſi in Petro cognoſcatur tota entitas realis in ordine ad ſenſationem expreſse, quin exprimatur ratiocinatio, & aliæ operationes, quas poteſt elicere; dicetur quidem præſcindi formaliter animal à rationali, non verò præſcindi obiectiuè: quia ex vna parte, cùm totum obiectum attingatur per cognitionem, non poteſt dici diuidi ipſum obiectum; ex alia verò parte, cùm totum hoc obiectum attingatur expreſsè in ordine ad ſenſationem ſolùm, & non in ordine ad ratiocinationem, diuiſio, qua animal ſeiungitur à rationali ſolum ſe habet ex parte cognitionis attingẽtis ipſum obiectũ expreſsè in ordine ad vnum connotatum, & non in ordine ad aliud, & cum cognitio ſe habeat, vt forma denominans ipſum obiectum diuiſum, ſeu præſciſum, ideò dicitur diuiſio, ſeu præſciſsio formalis.

Eſt ergo difficultas in præſenti: an quando per cognitionem noſtram diuidimus, ſeu præſcindimus in Petro, ſeu in quouis alio animal à rationali, & è contra; diuidimus obiectiuè hæc prædicata, vel ſolùm formaliter?

3 Aduertendum tamen eſt duplicẽ dari cognitionẽ circa quodlibet obiectum, vnã intuitiuam, aliam abſtractiuam. Iſta eſt, quæ cognoſcit obiectum per proprias ſpecies hæc, quæ obiectũ cognoſcit per alienas. De intuitiua eſt dubium, an poſsit præſcindere vnum prædicatum ab alio; vel neceſſarium ſit, quod omnia prædicata ſui obiecti expreſsè cognoſcat ſemper: Hæc tamẽ difficultas pertinet ad lib. de Anima. Ibi eã diſcutiemus. De abſtractiua eſt certũ, quod poſsit præſcindere vnum prædicatũ ab alio: quia cùm attingat obiectũ per alienas ſpecies, poſſunt dari ſpecies alienæ, quæ repræſentẽt obiectum prout reſpicit vnũ cõnotatũ, quin illud repręſentent prout reſpicit aliud. Eſt tamen incertũ, an abſtractiua cognitio pręſcindat prędicata obiectiuè, vel ſolũ formaliter? Ideò de ſola cognitione abſtractiua procedet præſens difficultas.

4 Prima ſententia cõmuniter adſcribitur Thomiſtis aſſerẽtibus intellectũ per cognitionẽ abſtractiuam præſcindere obiectiuè prędicata realia, cuiuslibet indiuidui. Quã ſententiã ita referunt nõ nulli ac ſi thomiſtæ aſſererent, poſita cognitione abſtractiua in noſtro intellectu, dari in obiecto, in Petro, v.g. duo prędicata realia, quorum vnum ex parte obiecti prout diſtincti à cognitione non eſt aliud abſque vllo ente rationis conficto in ipſo obiecto. Cæterum hæc eſt manifeſta impoſtura; neque enim talis cognitio vlli eorum in mentem venire potuit: quia cum ipſi contra Scotum intendant neceſſariũ eſſe, quód prędicata metaphyſica cuiuslibet entitatis ſit vnum in ſe ante operationẽ intellectus; qua ratione poſſent credere ex ſola poſitione extrinſeca cognitionis abſque vlla ratione intrinſeca in obiecto, fieri ipſum obiectum plura?

5 Dicunt ergo ex cognitione, qua entitas Petri cognoſcitur prę cisè, vt principium ſentiendi, deriuari in ipſam entitatẽ Petri vnitatem quãdam rationis, per quã ſe iungitur ex parte obiecti prædicatũ animalis à prædicato rationalis. Sed nõ omnes explicant eodem modo hanc ſententiam. Quidam dicunt, vnitatẽ iſtã non eſſe poſitiuam, ſed negationem quandam rationis, quæ quidem nõ repręſentatur per cognitionem; ſed ſolùm reſultat in obiecto ex ipſa cognitione per quaſi naturalẽ ſequelam. Cæterum hic modus defendendi ſententiã Thomiſtarum ſuſtineri nequit. Primò: quia, ſi negatio illa rationis reſultaret ex cognitione præſcindente, tãquam effectus illius, priùs natura eſſet, quod daretur cognitio attingens obiectũ, quã quod reſultaret talis negatio rationis: quia vt dicemus in Phyſicis, & admittunt omnes, quæ-

quęuis cauſa eſt prior natura, quā effectus; vel ergo in eo priori naturæ cognitio repræſentat totam entitatē obiecti; vel ſolùm prædicatum reale animalis, v.g. Si primum: ergo adueniēte vnitate illa rationis negatiua non datur præſciſsio obiectiua. Patet conſequētia: quia adueniente vnitate, non variatur cognitio quoad intrinſecam præſentationē obiecti, vt tu cōcedis, & neceſſario cōcedendū eſt; ſed ante vnitatem re pręſentat cognitio totā entitatē obiecti per te: ergo eandem repręſentat poſita vnitate rationis: ergo nō præſcindit obiectiuè pręcicatū animalis à pręcicato rationalis: quia ad præſciſsionē obiectiuā eſt neceſſarium, quòd per cognitionē nō attingatur tota entitas obiecti; ſed ſolū vnū prædicatū illius. Si dicatur ſecundū: ergo antequā reſultet vnitas illa rationis datur prædicatū animalis obiectiuè præſciſſum à rationali; & ideò ad nihilū deſeruiet vnitas illa rationis. Probo conſequētiam, quia præſcindi obiectiuè animal à rationali eſt, quòd animal attingatur per cognitionem, quin per eandē attingatur rationale; ſed per te antequā reſultet vnitas illa rationis, cognoſcitur animal, quin cognoſcatur rationale: ergo præſcinditur obiectiuè antequam reſultet vnitas rationis. Ad quid ergo deſeruiet talis vnitas?

6 Secundo, neſcio, qua ratione produci debeat talis vnitas rationis negatiua quia nunquā producitur denuo negatio niſi per deſtructionem formæ oppoſitæ: ſed quādo præſcinditur vnū pręcicatū ab alio, animal, v.g. à rationali, nulla forma poſitiua deſtruitur ergo neque poteſt produci denuo vnitas negatiua. Maior eſt certa: quia cum negatio ſit cōtradictorium formæ oppoſitæ: non poteſt denuò poni niſi per defectū ipſius formæ. Minorē probo: quia quando pręſcinditur animal à rationali, nō deſtruitur aliqua forma poſitiua realis in obiecto, vt patet; neq; rationis quia ad hoc vt præſcindatur animal à rationali, nō eſt neceſſariū, quòd præcedat in homine aliqua forma poſitiua rationis, quæ deſtruenda ſit adueniēte præſciſsione: ergo nulla forma poſitiua deſtruitur. Multis alijs poſſet impugnari hæc ſententia, ſed ſufficiant adducta.

7 Aliter poſſet explicari ſentētia Thomiſtarū. Dici enim poteſt quādo intellectus præſcindit animal à rationali, cognoſcere in ipſo obiecto vnitatem quādā rationis poſitiuā, per quam animal obiectiuè ſit vnum, & diſtinctū à rationali: & idem eſt quando præſcinditur rationale ab animali. Cū autē ex parte animalis, & rationalis dentur duæ vnitates confictæ in illis ab intellectu, fiūt duo obiecta à ſeſe mutuo diſtincta per rationē, & ideo datur obiectiua pręſciſsio ex parte obiecti. Hāc exiſtimo eſſe mentem Thomiſtarū: & quidē ni fallor nō poteſt alio modo congruè defendi eorum ſentētia: neque eſt contemnēda, ſi bo modo intelligatur.

PARS II.

Vera ſententia probatur.

11 VEra ſententia affirmat, animal, & rationale (& idē eſt de alijs gradibus metaphyſicis) numquā præſcindi obiectiuē, ſed ſolū formaliter. Ita P. Puent. Hurt. in Met. diſp. 5. ſect. 10. vbi adducit Nominales pro ſua ſententia, & probat illis ſubſcribere P. Suar. eandem ſententiam nouiſſimè P. Arriaga diſput. 5. Logicæ ſect. 2. ſub ſect. 1. & ſequent. defendit, quos plures ſequuntur Recentiores. Explicatur hæc ſententia. Entitas Petri poteſt cognoſci pluribus modis: vel enim poſſumus eam cognoſcere in ordine ad ſenſationem ſolùm; vel in ordine ad ratiocinationem ſolùm; vel in ordine ad proprietates particulares huius indiuidui ſolùm; vel in ordine ad has omnes operationes ſimul. Per omnes iſtas cognitiones attingitur tota entitas Petri, vt obiectū directū: quia cùm vna, & indiuiſibilis entitas ſit principium reale ſenſationis, ratiocinationis, & proprietatū particularium, neceſſariū eſt, quod, ſi cognoſcimus principium reale ſenſationis, cōcipiamus, & principiū reale ratiocinationis, & è cōtra, & ideo per quamlibet ex illis cognitionib⁹ cōcipiamus animal rationale tale. Cū hoc tamen diſcrimine, quod, quādo concipitur in ordine ad ſenſationem ſolùm, dicitur concipi expreſsè animal; rationale verò, & Petreitas confuſsè (& è cōtra quando concipitur in ordine ad ratiocinationem ſolùm, &c.) Dicitur quidem cōcipi animal expreſsè per hāc cognitionem: quia non ſolum concipitur directè entitas, quæ propriè eſt, & verè dicitur animal; ſed etiā cōcipitur indirectè ſenſatio, per ordinem ad quam eſt animal. Rationale verò dicitur concipi confuſsè per eandem cognitionem animalis: quia, licèt per hanc cognitionem concipiatur directè entitas, quæ verè eſt rationalis, non tamen concipitur indirectè ratiocinatio, per ordinem ad quam eſt rationalis.

12 Hinc fit primò, animal, & rationale debere diſtingui per rationem: quia cognitio entitatem Petri repræſentans expreſsè in ordine ad ſenſationem ſolùm, aliquid exprimit ſaltē ex parte connotati, quod non exprimit cognitio repræſentans eandem entitatem in ordine ad ratiocinationē ſolùm, & è contra, ergo talis entitas prout repræſentata per primam cognitionem aliquid inuoluit, quod non inuoluit prout repræſentata per ſecundam cognitionē, & è contra: ergo talis entitas prout repræſentata per primā cognitionem non eſt omnino eadem cum ſe ipſa prout repræſentata per ſecundam.

13 Fit ſecundò, hanc diſtinctionem nullatenus ponēdam eſſe ex parte obiecti, ſed ſolùm ex parte cognitionis, ſeu intellectus: quia non alia de cauſa diſtinguū-

tur prædicatum reale rationalis verificarentur duo cōtradictoria de eadem entitate: hoc non eſt concedendum; ergo neque illud. Maiorem probo: quia in primis verificaretur de prædicato animalis propoſitio affirmatiua, vide licèt quòd cognoſceretur. Deinde de eodem verificaretur quod non cognoſceretur: quia prædicatum reale animalis eſt realiter ipſum prædicatum reale rationalis ſed per te prædicatum reale rationalis non cognoſcitur per illam cognitionem: ergo neque prædicatum reale animalis; quod eſt ipſum prædicatum reale rationalis.

17 Reſpondebis primo: idem inconueniens ſequi in noſtra ſententia: quia nos concedimus per vnam cognitionem cognoſci expreſsè animal, & nō cognoſci expreſsè rationale; ſed rationale realiter eſt animal: ergo animal non cognoſcitur expreſsè per illā cognitionem: ergo verificantur duo contradictoria de illo. Sed contra eſt, quod cognitio expreſſa animalis non ſolū attingit entitatem animalis, ſed etiam ſenſationem vt connotatum illius; & cognitio expreſſa rationalis non ſolùm attingit entitatē rationalis, ſed etiā ratiocinationē. Cùm autem ſenſatio, & ratiocinatio diſtinguantur realiter, poterit quidem eadem entitas concipi in ordine ad vnam, & non in ordine ad aliam, quin ſequantur duo illa cōtradictoria: quia cum non ſint de eadem entitate in ordine ad eandem operationem; ſed in ordine ad diuerſas, nō ſunt eiuſdē de eodem. At verò in oppoſita ſentētia eadem entitas realis animalis attingeretur in ſe ipſa realiter per vnam cognitionem; & nō attingeretur in ſe ipſa realiter per eādem & ideo de eadem entitate reali ſecumdùm ſe ſumpta verificarētur duo contradictoria.

18 Reſpondebis ſecundó, eandem entitatem realem cognoſci, & nō cognoſci ſecundùm diuerſas formalitates, nō vero ſecūdùm eandem, & ideo non eſſe ea contradictoria eiuſdem de eodē. Sed contra, vel iſtæ formalitates dantur diuerſæ ante cognitionē? & ſic iam incidis in ſentētiā Scoti adſtruētis diſtinctionē formalitatum ante operationem intellectus, vel fiunt diuerſæ illæ formalitates per operationem intellectus? & ſic impugnari poteſt hęc reſponſio ea ratione, qua ſectione præcedenti impugnabimus dupli cem modum defendendi ſententiā Thomiſtarum vide ibi à n. 5. vſque ad 10. incluſiuè.

19 Reſpondebis tertió, eandē entitatem realē poſſe ſimul cognoſci, & non cognoſci ſecundùm diuerſas formalitates reales, etiā ſi hæ non diſtinguantur ante operationem intellectus. Sicut in diuinis poteſt communicari eſſentia diuina Filio, & Spiritui Sancto, quin illis communicetur Paternitas, quæ non diſtinguitur ab eſſentia diuina ante operationē intellectus. Sed in primis ſi à paritate diuinorū liceret philoſophari in rebus

rebus creatis, etiā poſſet realiter produci rationale, quin realiter produceretur animal: quia in diuinis poteſt filius produci realiter ſecundùm filiationē, quin producatur ſecundùm eſſentiā realiter idētificatam cum ipſa filiatione: ergo ſimiliter produci poſſet realiter rationale, quin produceretur animal quod non admittis.

20 Et quidem ea; quæ fide docti fateri cogimur in Deo ſupra noſtrum captum propter ſummā numinis perfectionem, non licèt deducere ad creata, quæ ſcatent imperfectionibus. Nec facile ſuaderi poſſent gentibus tam abſtruſa myſteria, ſi illis ſemel conceſsis in Deo, eadem admittenda eſſent in creaturis repugnante naturæ lumine; quod licet ad ea in Deo concedenda manu duci poſsit propter ſummam Dei perfectionem, quam vires creatæ mentis certo nouit, excedere; nihil tamē eſſe videt in creatis, quod vel leuiter indicare poſsit tanta, ac adeò difficilia myſteria in illis inueniri. An veró in Deo poſsit obiectiuè præſcindi eſſentia à perſonalitatib⁹ dicetur in materia de Trinitate: quia in his propter diſtinctionem virtualem, quæ eſt inter eſſentiam diuinam, & perſonalitates, eſt diuerſa ratio, ac increatis.

21 Secundo probatur noſtra ſententia: quia diſtinctio animalis, & rationalis non eſt in obiecto prout diſtinctõ à cognitione: ergo diſtinctio, ſeu præſciſsio non datur ex parte obiecti; ſed ſolùm ex parte cognitionis. Probatur antecedens: quia antè quā cognoſcatur animal nō habet aliquid ex parte ſui, per quod ſit formaliter aliud à rationali, vt tu cōcedis ergo hoc quod eſt eſſe aliud à rationali prouenit illi à cognitione: ergo diſtinctio nō eſt in illo prout diſtinctõ à cognitione: ergo diſtinctio datur ex parte cognitionis, & non ex parte obiecti.

22 Dices, cognitionem quaſi efficienter fingere in animali quādam vnitatem rationis ſe habentem ex parte illius, vt diſtincti à cognitione, ratione cuius vnitatis ſit diſtinctū à rationali. Sed cōtra: in primis bene poteſt præſcindi animal à rationali, quin in illo fingatur vnitas aliqua rationis, vt diximus ſect. 1. num. 8. Secundo, etiā ſi fingatur in, obiecto vnitas rationis, nihilominùs, vt dixi n. 6. attingitur ſimul cum illa prædicatum reale animalis: quod cùm realiter ſit ipſum prędicatum reale rationalis neceſſarium eſt quod attingatur etiam ex parte obiecti directi ipſum prædicatum rationalis: ergo non datur præſciſsio ex parte obiecti directi, ſed ſolùm ex parte cognitionis.

SECTIO III.

Soluūtur argumēta aduerſariorū.

23 Obijcies primò: quando à longè video moueri corpus aliquod, cognoſco clarè eſſe animal, & non cognoſco eſſe rationale; imò poſita cognitione clara

clara animalis poſſum negare eſſe rationale: quia etiãſi reuerà ſit homo, poſſum decipi, & exiſtimare eſſe belluam; ergo prẹſcindo animal à rationali ex parte obiecti. Diſtinguo antecedens: cognoſco clarè eſſe animal, & non cognoſco clarè eſſe rationale, concedo: nõ cognoſco cõfusè eſſe rationale (ſi ipſe reuera ſit homo) nego antecedens: quia ad hoc; vt cognoſcatur confusè rationale, ſufficit, quod attingatur in ſe entitas, quæ reuerà eſt in ſe rationalis; at verò ad hoc, vt clarè attingatur, eſt neceſſarium, quòd non ſolùm attingatur ipſa entitas; ſed etiã ratiocinatio, per ordinẽ ad quã eſt ea entitas rationalis. Et hinc oritur, quòd cognito clarè prędicato animalis poſſim dubitare circa rationale, imo illum negare: quia cum cognitio clara animalis cõfusè tantù attingat rationale, nõ eſt ſufficiẽs ad diſcernẽdũ rationale à reliquis animalib' brutis (Id enim ſonat *confundo*; hoc eſt; *vnũ cum alio permiſceo*; ſeu *plura in vnum fundo*) & ideò potero expreſsè dubitare de illo, imò, & ſi adſint aliqua indicia in cõtrariũ inducẽtia expreſſe negare illud, donec adueniat expræſſa cognitio ratiocinationis, ſeu alterius accidentis habentis cõnexionem ex natura rei cum ratiocinatione. Ex quo non ſequitur præſcindi obiectiuè vnũ prædicatum ab alio, ſed ſolùm præſcindi formaliter.

25 Obijcies ſecundo: In animali cognoſcuntur prædicata ſuperiora ſubſtantia. v. g. diuerſo modo inferiora: ſed ſuperiora cognoſcuntur tantùm confusè in animali: ergo inferiora non cognoſcuntur confusè. Maior probatur: quia ex cognitione animalis rectè deducitur ſubſtantia, non verò rationale: quia valet: *eſt animal, ergo ſubſtantia*; nõ verò valet *eſt animal ergo rationale*: ergo, &c. Reſpondeo, quòd, q̃dum animal concipitur, concipitur, ſolũ in ordine ad ſenſationem, quin menti occurrant alia accidentia, ſeu connotata, per ordinem ad quæ dantur prædicata ſuperiora: tunc eodem modo cognoſcentur in animali prædicata ſuperiora, ac inferiora; neque ex cognitione animalis poterit potius deduci ſubſtantia, quam rationale: niſi adſit alia cognitio vniuerſalis, quæ dari ſolet in peritis, nempè *omne animal eſt ſubſtantia corporea viuens, &c.* Qua poſita: eo ipſo, quòd cognoſcimus aliquod ſubiectum eſſe animal, illico deducimus, eſſe viuens, corpus, ſubſtantiam, &c. Quod quidem fieri non poteſt circa rationale; quia non habemus cognitionem vniuerſalẽ, qua nouerimus, *omne animal eſſe rationale.* Si tamen quis nõ nouerit alias *omne animal eſſe ſubſtantiam*, vt non nouerunt ruſtici, non magis deducet ſubſtantiã ex cognitione animalis, quam rationale. Addo, quòd quando entitas aliqua procul exiſtẽs cognoſcitur in ordine ad ſenſationẽ, cognoſcitur etiam in ordine ad quantitatem, ad quam ordinatur prædicatũ corporis, & ideo tunc non

ſolùm

Digitized by Google

ſolùm cognoſcitur expreſsè animal, ſed etiam corpus, quod etiã contingit, quando ſimul cũ ſenſatione videntur alia accidentia ad quæ ordinantur alia prædicata, ſiue ſuperiora, ſiue inferiora: etenim in hoc caſu omnia ea prædicata cognoſcuntur expreſsè.

25 Obijcies tertiò: rationale eſt extra eſſentiam animalis: ergo rationale non attingitur ex parte obiecti per cognitionem, per quã attingitur animal. Diſtinguo antecedens: eſt extra eſſentiam phyſicam animalis, nego: extra eſſentiam metaphyſicam, concedo antecedens. Eſſentia animalis phyſica dicitur eſſe totum illud, quod realiter idẽtificatur cum ipſo animali. Eſſentia vero metaphyſica illud ſolum, quod concipitur expreſsè per conceptum ipſius animalis. Cum autem rationale concipiatur confuſsè per illud conceptum, non dicitur eſſe de eſſentia metaphyſica animalis. Et ideo diſtinguẽdum eſt conſequens: rationale ex parte obiecti non attingitur expreſsè per cognitionẽ animalis, concedo; non attingitur cõfuſsè, nego conſequentiam.

26 Dices: Rationale eſt de eſſentia phyſica animalis; ergo eſt de eſſentia phyſica irrationalis. Probatur cõſequentia: quia animal eſt de eſſentia phyſica irrationalis: quia identificatur realiter cũ illo: ergo quidquid eſt de eſſentia phyſica animalis, erit de eſſentia phyſica irrationalis, ergo cum rationale ſit de eſſentia phyſica animalis, erit etiã de eſſentia phyſica irrationalis. Diſtinguo primũ antecedens: rationale eſt de eſſentia phyſica animalis, quod identificatur realiter cum homine, concedo; animalis, quod identificatur realiter cum bruto, nego antecedens, & deinde nego conſequẽtiam. Ad probationem reſpondetur eodem modo. Id magis explicatur diſp. ſequenti.

27 Obijcies quartò, ſi animal, & rationale non præſcinduntur obiectiuè, non dabitur cõpoſitio metaphyſica ex genere, & differẽtia; hoc non eſt dicendũ: quia aduerſatur omnibus: ergo neque illud. Maior probatur: quia cõpoſitio eſt diſtinctorũ vnio; ſed per te nõ diſtinguũtur ex parte obiecti animal, quod eſt genus, & rationale, quod eſt differentia; ergo nõ poterit reſultare ex illis aliqua compoſitio. Nego maiorem. Ad probationem conceſſa maiori, & minori; diſtinguo conſequens: nõ poteſt reſultare ex illis aliqua cõpoſitio, quę ſe habeat ex parte obiecti concedo; quæ ſe habeat ex parte cognitionis, nego conſequẽtiã: quia ſicut dicimus, diſtinctionem fieri formaliter per cognitiones, quarũ vna cognoſcit expreſſe animal nõ cognito expreſſe rationali, & alia è contra cognoſcit expreſsè rationale non cognito expreſsè animali: ita etiam dicimus compoſitionem fieri formaliter per cognitionẽ expreſsè cognoſcentem animal, & rationale, vt realiter identificata.

28 Obijcies quintò, quando inquirimus an ſit poſsibilis præſciſsio

obie-

obiectiua? Apprehẽdimus ipſam præſciſsionẽ obiectiuã; ergo, & eius obiectũ, neq; enim præſciſsio aliqua vt talis apprehendi poteſt quin eius obiectũ apprehẽdatur, vt null⁹ nõ fatetur. Pergo: ſed obiectũ præſciſsionis obiectiuæ eſt vna formalitas ſine alia: ergo apprehẽdimus vnã formalitatẽ obiecti ſine alia: ergo per talẽ apprehẽſionẽ præſcindimus obiectiuè. Fateor quod dum præſciſsionem obiectiuã apprehendimus, apprehẽdimus etiã eius obiectũ: ſed, cum in mea ſententia præſciſsio obiectiua ſit impoſsibilis ratione ſui obiecti, dum eius obiectũ apprehendimus, nõ præſcindimus vnã formalitatẽ realem ab alia, cum qua reuerà identificetur; ſed fingimus aliam omnino impoſsibilem.

29 Vndè ad obiectionẽ cõceſſo primò antecedẽti diſtinguo cõſequẽs: apprehendimus eius obiectũ, ita vt reuerà illud detur ante ipſam apprehẽſionẽ, nego: Ita vt per ipſam apprehenſionẽ cõfingatur cõcedo conſequentiam: deinde diſtinguo minorẽ: obiectũ præſciſsionis obiectiuæ eſt vna formalitas realis obiecti ſine alia reali eiuſdẽ obiecti, nego: vna formalitas reuerà impoſsibilis cõcedo minorẽ; & diſtinguo ſimiliter cõſequẽs: apprehendimus vnã formalitatẽ realẽ obiecti ſine alia nego: vnã formalitatẽ reuera impoſsibilẽ concedo cõſequentiã. Et deinde nego vltimã cõſequentiã, quia in præſenti ſolùm agimus de præſciſsione obiectiua vnius formalitatis realis ab alia, cum qua reuera idẽtificetur: & hæc reuera nõ datur cum nunquã ex parte obiecti attingatur vna formalitas realis, quin attingatur etiã totũ quod cum illa realiter identificatur.

SECTIO IIII.

An gradus ſuperior poſsit ab vno ſolo inferiori præſcindi.

30 DIximus hucuſque, præſcindi per intellectũ in quolibet indiuiduo vnũ gradum metaphyſicũ ab alio; & hãc præſciſsionẽ eſſe formalẽ, nõ obiectiuã: reſtat explicãdũ; an quãdo grad⁹ metaphyſic⁹ ſuperior præſcinditur ab vno inferiori: vt animal à rationali neceſſariò ſit, ꝙ per eãdẽ cognitionẽ præſcindatur etiã à reliquis inferioribꝰ, vel poſsit præſcindi ab vno, quin à reliquis præſcindatur.

31 Hoc autẽ duplici modo poſſet cõtingere. Primò, ſi animal, v. g. cognoſcatur in ordine ad ſẽſationẽ aliquã ſingularẽ, vt cũ eminus video corpus aliquod moueri progreſsiuè, & nõ diſcerno, an ſit homo vel brutũ, præſcindo quidẽ animal à rationali, & irrationali, illud tamẽ præſcindo, cognoſcẽdo in ordine ad ſẽſationẽ ſingularẽ; quia ſi iuxta illud moueretur aliud corp⁹ reuerà diſcernerẽ illos mot⁹ progreſsiuos (qui ſunt operationes pertinẽtes ad gradũ ſentiẽdi) eſſe diuerſos; nõ ſpecie: quia nõ diſcerno, à quanã ſpecie animalis procedãt tales mot⁹; ergo diuerſos numerc. Secũdo poſſet fieri quod animal cognoſcatur in ordine ad ſẽſatione nõ in ſingulari, vt quãdo recordor principij ſentiẽdi, quin memi-

meminerim rationalis, vel irrationalis, aut eſſe elicitiuum huius, vel illius particularis ſenſationis.

32 Certum ergo eſt, quod ſi præciſio fiat primo modo, poteſt præſcindi animal ab vna ſpecie, ſeu indiuiduo, quin abſtrahatur ab alijs. In eo tamen caſu nõ præſcinditur ratio animalis ſecundum ſe ſolum; ſed cum differentia indiuiduali illi reſpondente: (infra dicemus, ſingulis gradibus eſſentialibus reſpondere ſingulas differentias indiuiduales, ex quibus omnibus reſultat differentia indiuidualis adæquata cuiuſlibet indiuidui) quia in eo caſu non ſolũ cognoſcitur animal, ſed etiam hoc animal: etenim ſi iuxtà illud animal, quod è minus video moueri, moueatur aliud, diſtinctè cognoſco vnum eſſe ab alio diſtinctum, non quidẽ ſpecie; quia non diſcerno differẽtias ſpecificas ſed numero: ergo non ſolum cognoſco rationem animalis; ſed etiam differentiã indiuidualem illi reſpondentem.

33 Hinc oritur, quod nõ præſcindam rationem animalis ab omnibus inferioribus; ſed ab eo tãtũ quod reuerà tunc mouetur, v.g. à Petro: quia ſolũm præſcinditur per intellectũ aliquod prædicatũ ab eo, in quo reuerà eſt; ſed hoc animal, quod in prædicto caſu cognoſcitur, eſt ſolũ in Petro; ergo ab illo ſolũ præſcinditur. Maior eſt certa. Minor probatur. Quia hæcceitas animalis, quæ ſimul cũ animali concipitur in prædicto caſu, cum ſit pars quædam differẽtiæ indiuidualis Petri, non poteſt inueniri in alio indiuiduo; alioqui eſſet cõmune pluribus, ac per cõſequẽs non eſſet indiuiduatio; ſed cõceptus vniuerſalis ergo ſolũ inueniri poteſt in Petro: ergo ſolũ præſcinditur ab illo. Difficultas igitur pręſens ſolùm procedit de ſecundo modo præſciſsionis: an videlicet, ratio animalis præciſsè ſecundũm ſe cognita in ordine ad ſenſationem non'inſingulari poſsit præſcindi ab vna ſpecie, ſeu indiuiduo, quin à reliquis pręſcindatur?

34 Sed aduertere oportet, duplicem dari præſciſsionem intellectualem, vnam, qua cognoſcitur vnum prædicatum, quin aliud cognoſcatur. Et hæc dicitur præſciſsio negatiua, aliam, qua cognoſcitur vnũ prædicatũ, expreſsè vt diſtinctũ ab alio; & hæc dicitur præſciſsio poſitiua. Difficultas in præſenti ſolum procedit de præſciſsione negatiua: quia certum eſt per poſitiuam poſſe præſcindi animal à rationali, quin pręcindatur ab irrationali: quia nullus eſt, qui dubitet, me poſſe cognoſcere animal expræſsè vt diſtinctum à rationali quin meminerim irrationalis. Circa difficultatem: ergo prædicto modo intellectã, recentiores aliqui noſtræ Societatis aſſeruerunt, poſſe præſcindi rationem hominis à Petro, quin præſcindatur à reliquis indiuiduis; & rationem animalis ab homine, quin præſcindatur ab equo leone, &c. Eorum rationes ſoluentur infra.

Digitized by Google

35 Vera ſententia eſt, non poſſe præſcindi negatiuè naturã cõmunem ab vno inferiori, quin abſtrahatur, ſeu præſcindatur à reliquis. Itaque eo ipſo quod natura exiſtens in pluribus præſcinditur ab vno per cognitionem, pręſcinditùr per eandem à reliquis omnibùs, etiã ſi reliqua nunquam viderit, is qui præſcindit. Eſt P. Hurt. in Met. diſp. 5. ſect. 9. cui ſubſcribunt recẽtiores aliqui. Probatur primò: quia natura animalis, v.g. reuerà exiſtens in omnibus inferioribus, non aliter præſcinditur ab illis omnibus præſciſsione negatiua, quàm cognoſcendo illam non cognitis eorum differentijs: ſed quando pręſcinditur à Petro, v.g. in ordine ad ſenſationem non in ſingulari, animal reuerà exiſtẽs in inferioribus cognoſcitur nõ ſolùm non cognita differentia Petri: ſed etiam non cognitis differentijs aliorum animaliũ ſiue rationalium, ſiue irrationaliũ: ergo præſcinditur ab omnibus, ac per conſequens fit vniuerſalis reſpectu omnium.

36 Confirmatur: quia dum negatiuè abſtraho hominem à ſolo Petro, vel ex parte obiecti cognoſco expreſsè aliquid, ratione cuius homo ille abſtractus differat ab homine, qui eſt in Ioanne; vel nõ? Si hoc vltimũ: ergo abſtraho hominem vtrique communem. Probatur conſequentia: quia ſi propter aliquam rationẽ nõ eſſet vtrique communis, maximè, quia ex parte illius cognoſcitur aliquid, ratione cuius determinatus ſit ad eſſe Petri: at id non cognoſcitur per te: ergo homo ille abſtractus, eſt vtriq; cõmunis. Si dicatur primum, nempè, quod ex parte obiecti cognoſco aliquid, ratione cuius homo ille differat ab homine exiſtente in Ioanne, id non poteſt eſſe aliud niſi differentia indiuidualis Petri: neque enim aliud quidpiã aſsignari ſolet, per quod Petrus differat intrinſecè à Ioanne: ergo per eam cognitionẽ cognoſcitur natura hominis ſimul cum differẽtia indiuiduali Petri: ergo non abſtrahitur negatiuè à Petro per illam cognitionem. Patet: quia abſtractio negatiua eſt illa, per quam natura ſuperior cognoſcitur nõ cognitis expreſsè differentijs: per quas contrahitur ad inferiora, vt dictum eſt ſupra.

37 Dices; ſi quis nullum aliũ hominem vidit niſi Petrum, non habebit ſpeciem intelligibilem alterius naturæ humanę pręter illã, quæ eſt in Petro: ergo neque, dum eã abſtrahit à Petro, attinget aliã naturam humanã præter eam quę eſt in Petro, ac per conſequens eã ſolam abſtrahet, non alias, quæ ſunt in reliquis indiuiduis. Conſequentia probatur: quia intellectus ea ſolum obiecta poteſt attingere, quorum ſpecies intelligibiles habet: ſed in caſu poſito non habet ſpecies intelligibiles alterius naturæ humanæ præter eam quæ eſt in Petro: ergo eã ſolũ attingit. Fateor, in eo caſu intellectum non habere ſpecies intelligibiles niſi naturæ humanæ exiſtentis in Petro: at medijs illis ad iu-

iuuari poteſt ad eliciēdā cognitionem attingentē naturā humanam cōmunē omnib⁹ indiuiduis, quia ſicut poteſt ſubſtātias ſpirituales cognoſcere per ſpecies rerū corporearum, quæ aliquam ſimilitudinē cum illis habent, vt dicemus intra ſtatu de ente rationis, ita etiam per ſpecies vnius hominis poterit iuuari ad eliciendam cognitionem naturæ humanæ omnibus communem propter ſimilitudinem, quam omnes homines habent in ratione hominis.

38 Ratio à priori noſtræ concluſionis eſt: quia per cognitionē, per quam præſcindo animal à Petro, repræſentatur mihi natura animalis ſecūdum rationē animalis, ſed natura animalis ſecundùm rationem animalis inuenitur in alijs inferioribus: ergo repræſentatur mihi natura exiſtēs in reliquis inferioribus. Ex alio capite repræſentatur talis natura non cognitis differentijs ipſorum inferiorum: ergo præſcinditur ab illis.

39 Obijcies: Si omnia animalia præter Petrum eſſent impoſſibilia, poſſet cognoſci ſenſibile ſine Petreitate: atqui tunc in ea cognitione non repræſentarētur reliqua animalia: ergo neque modo. Patet cōſequētia: quia modò nō cognoſcitur animal, quod eſt in Petro, diuerſa rátione, ac tūc cognoſceretur: ergo, ſi tunc per cognitionē animalis ſecundùm ſe, nō cognoſcerētur reliqua animalia, neque modò cognoſcentur. Conceſſa maiori, & minori, nego cōſequentiā. Ratio eſt: quia in caſu poſito, cum Petrus in ratione animalis realis non eſſet ſimilis alteri, nō poſſet ſpecies eius deſeruire intellectui ad alia animalia realia cognoſcenda; at uerò modo eſt ſimilis reliquis animalibus in ratione animalis realis, ac per conſequens ſpecies animalis Petri, quæ ex ſe eſt potens determinare intellectū ad cognoſcēda animalia realia ſecundùm rationem animalis realis deſeruit ipſi intellectui ad cognoſcēda alia animalia ſaltē ſecundùm eam rationem, in qua ſunt ſimilia Petro. Ad probationem conſequentiæ, nego antecedens; quia modo cognoſcitur animal Petri per ſpeciem, quæ deſeruit intellectui ad cognoſcēda omnia animalia realia propter ſimilitudinem, quā cum Petro habent: in eo tamen caſu non poſſet talis ſpecies deſeruire intellectui ad cognoſcendum aliud animal, niſi illud, quod eſſet in Petro.

40 Hinc fit, quod hæc ſpecies tantū determinat ad cognitionē eorum animalium realiū, quæ de facto non implicant. Vnde, ſi ſtāte ea ſpecie implicaret aliquod animal ex illis, quæ anteà non implicabant, vel denuò fieret poſſibile aliquod quod antea non erat poſſibile, variaretur cognitio ex ſola ablatione, ſeu poſitione noui obiecti: Ratio à priori eſt: quia hęc ſpecies determinat intellectū ad cognitionem eorum, quæ in ratione animalis realis aſsimilantur Petro: ergo, ſi dentur plura ſimilia realiter Petro, determinabit ad cognitionē pluriū, & ſi pau-

Digitized by Google

ciora, ad cognitionem pauciorũ: atqui vna, & eadẽ cognitio nõ poteſt eſſe repręſentatio, modò pluriũ modo pauciorũ obiectorum: quia (vt dicemus in lib. de Anim) habet eſſentialẽ connexionẽ cum obiectis, quæ actu repręſentat: ergo variato quouis obiecto debet variari ipſa cognitio. Illa ergo ſpecies Petri intellectui impreſſa, ex ſe eſt indifferẽs ad eliciẽdã cognitionẽ pluriũ, aut pauciorũ obiectorũ, & per propoſitionẽ ipſorum obiectorũ determinatur ad hanc, vel illam cognitionẽ; ſicut in ſententia aſſerente, patrem referri ad filios per relationẽ intrinſecè ſuperadditã, virtus intrinſeca, per quã pater in ſe producit eam relationem, ſecundum probabiliorẽ philoſophandi modum, determinatur ex poſitione extrinſeca plurium, aut pauciorum filiorum ad producendam relationem, quæ ad plures, vel pauciores filios indiuiſibiliter terminetur

41 Ex dictis inferes, obiectũ actus præſcindentis animal, v.g. à Petro non eſſe ſolam entitatem realem Petri, ſed etiam entitates reales aliorum omniũ ſingulariũ animalis: quia, vt conſtat ex dictis in hac ſectione, prædictus actus non ſolùm cognoſcit animal, quod eſt in Petro; ſed etiã reliqua animalia realia aliorũ ſingulariũ ſed non poteſt cognoſcere animalia exiſtentia in alijs ſingularibus quin cognoſcat totam entitatem realem ipſorum ſingularium, cũ non præſcindatur obiectiue animal ab ipſis ſingularibus, vt dictũ eſt ſectione 2. ergo talis actus attingit entitates omnium ſingularium ſecundùm ſe totas. Eſt tamẽ hoc diſcrimen, quod rationẽ animalis attingit expreſsè differentias verò particulares ſingulariũ, confuſe tantùm: & propterea nõ dicuntur diſtingui per hunc actũ ipſa ſingularia; ſed confundi: quia videlicet, talis actus nõ exprimit differentias, ratione quarum omnia diſsident inter ſe; ſed ſolùm naturam animalis, in qua omnia ſunt ſimilia. Id ex profeſſo explicatur diſput. ſequent.

PISPVTATIO V.

De conſtructione vniuerſalis.

Conſtat ex præcedẽtibus diſputationibus tam præſciſsiones gradum eſſentialium, quam vniuerſale fieri per operationem intellectus. Explicandum modo; qua ratione conſtruatur vniuerſale. Et quidẽ, cum ſit vnum aptũ eſſe in multis, examinare oportet quæ ſit vnitas? quæ aptitudo, per quam vnum aptum, &c. cõſtituitur? imò, & quod ſit ſubiectũ huius vnitatis, & aptitudinis?

SECTIO I.

Refutantur duæ ſententiæ.

1 Ante quã ſententias authorum proponamus, oportet explicare aliqua; quæ ad conſtructionem vniuerſalis ſupponũtur, vel

vel illam comitantur. Eſt igitur aduertẽdum, intellectum noſtrũ pro hoc ſtatu nullũ obiectum per cipere, quod antea perceptũ non fuerit per ſenſus, vel ſaltem per diſcurſum deductum ex his, quæ prius nota fuerint per ſenſus. Id autem hac ratione fit. Videt quis (vel per alium ſenſum externum) percipit aliquod obiectum, Petrum, v.g. Hæc viſio ſpeciem impreſſam ſui obiecti producit inſen ſu quodam interno, qui communis dicitur, quia diſcernit inter obiecta omnium ſenſuũ externorum (ſpecies impreſſa dicitur virtus quædã data potentijs cognoſcitiuis, vt ea adiuuentur ad eliciẽdas cognitiones ſuorum obiectorum) Hac ſpecie impreſſa adiutus communis ſenſus elicit cognitionem eiuſdem Petri.

2 Deinde cognitio ſenſus cõmunis producit iterum ſpeciẽ Petri in alio interno ſenſu, qui phantaſia dicitur, & adminiculo talis ſpeciei elicit iterum cognitionem ipſius Petri; quæ quidem non ſolum repræſentat Petrum, quando eſt præſens; ſed etiam, quando abſens: quia eſt veluti memoria apud ſe retinens rerum ſpecies. Ad hanc vltimam cognitionem, quæ quia eſt actus phantaſiæ, dicitur phãtaſma, pertinebat producere in intellectu ſpeciem impreſſam einſdẽ Petri; ſed, cum intellectus ſit ſpiritualis non poteſt recipere niſi ſpeciẽ ſpiritualem quã phantaſma vtpotè materiale agens, nõ poteſt ſe ſolo producere, & ideò duplex aſsignatur intellectus: vnꝰ agẽs; poſsibilis alter. Intellectus agens non elicit cognitionem aliquã immediatè, ſed ponitur, vt cum phãtaſmate cõcurrat ad producendã ſpeciẽ ſpiritualẽ in intellectu poſsibili; qua ſpecie inſtructus intellectus poſsibilis (qui quidem poſsibilis dicitur, ſeu paſsibilis; quia patitur ſpecies productas ab intellectu agente) elicit cognitionem, ſeu intellectionem ipſius Petri, qui antea fuerat cognitus per viſum, ſenſum communem, & phantaſiam.

3 Porrò intellectus poteſt vti ſpecie prædicta tum ad cognoſcẽdum Petrũ in ſingulari expræſsè ſecundũ omnes rationes, quas habet, tum ad cognoſcendũ illum expreſsè ſecũdũ gradum animalis tãtùm; vel ſecundũ gradum rationalis tãtùm, &c. quod quidẽ qua ratione fiat, explicatur in lib. de Anima. Deinde intellectus poteſt cognoſcere expręſsè gradũ animalis, vel repræſentando illum ſecũdũ ſe abſq; vlla cõparatione cum alijs, & talis cognitio dicitur abſtractio ſimplex, ſeu præſciſsio negatiua: vel cõparando illũ cum inferioribus, & hoc poteſt cõtingere dupliciter Primò, ſi intellectus cognoſcat gradum animalis cũ relatione ad inferiora non affirmando illum de inferioribus; & talis cognitio dicitur ſimplex cõparatio. Secundò, ſi intellectus attingat animal afirmãdo illud de inferioribꝰ & hęc cognitio dicitur cõparatio cõpoſita; pertinetque ad ſecundã operationẽ intellectus, quæ eſt iudiciũ, duæ vero priores

pertinent ad primam, quę eſt ſimplex apprehenſio. Hęc omnia propriam ſedem habent in lib. de Anima, oportuit tamen ea in præſenti prælibare, vt ea, quæ in hac, & ſequentibus ſectionibus dicenda ſunt circa conſtructionem vniuerſalis melius intelligantur à tyronibus.

4 Prima ergo ſententia eſt aliquorũ Thomiſtarum quos refert P. Suar. in Met. diſp. 6. n. 2. aſſerẽtium vniuerſale fieri per operationem intellectus ag:tis: exiſtimat enim, ſpeciem illam ſpiritualem, quam intellectus agens producit in poſsibili non repræſentare ſingularia; ſed ſolum naturã vniuerſalem, ac per cõſequens per illam ſpeciem conſtitui naturam in ratione vniuerſalis. Probant primò quia natura hominis, v.g. abſtrahitur per hanc ſpeciem à ſingularibus: ergo per illam conſtituitur vna, non vna numerice: ergo vniuerſaliter. Cõfirmatur: quia ſpecies illa eſt vniuerſalis in reprę ſentando: ergo obiectum denominat repræſentatum vniuerſaliter: ergo prout repræſentatum per talẽ ſpeciem eſt vniuerſale.

5 Hæc ſententia eſt falſa, primò: quia ſupponit, ſpeciem productam ab intellectu agente non repræſentare ſingularia: hoc autẽ eſt manifeſtè falſum: quia nihil cognoſcit intellectus poſsibilis, dum illi primò proponitur obiectum aliquod, niſi quod illi repræſentatur per ſpeciem productam ab intellectu agente: hæc enim eſt quæ primò determinat intellectũ ad cognitionẽ, vt edifces animaſticus: atqui, dum primò mihi ob oculos proponũtur duę albedines ſeparatæ, cognoſco illas vt colores ſinguiares: ergo reprę ſentãtur mihi vt ſingulares per ſpeciẽ productam ab intellectu agente. Minor probatur: quia, dum mihi primò proponuntur duæ illę albedines, cognoſco illas vt entitates diſtinctas abſque vllo alio diſcurſu præter meram illarum propoſitionem, vt conſtat experiẽtia: ſed ſunt entitates diſtinctę ratione ſingularitatum: ergo cognoſco illas vt ſingulares.

¶ Confirmatur: quia per hanc ſpeciem reprę ſentatur intellectui totum, quod repræſentatũ eſt ſenſibus per proprias ſpecies: atqui ſenſibus non ſolùm repræſentantur prædicata eſſentialia ſuorum obiectorum; ſed etiam indiuidualia: viſus enim non ſolum cognoſcit colorem, & albedinẽ; ſed etiã talem albedinẽ: ergo intellectui repræſentantur omnia iſta prædicata. Maior eſt certa: quia intellectus vtpotè potentia vniuerſalior, & perfectior debet attingere omnia obiecta ſenſuum, & aliqua alia præter illa. Ex his conſtat ad argumenta Thomiſtarum.

6 Dices: intellectus agens abſtrahit obiectũ à materia: ſed materia eſt principium ſingularitatis ſeu indiuiduationis: ergo intellectus agens abſtrahit obiectum ab indiuiduis. In primis maior propoſitio eſt falſa: quia reuera cognoſcimus res corporeas, & materiales, & non aliter niſi per ſpecies

pro ſuſtus in intellectu agēte. Secundo reſpōdeo diſtinguēdo maiorē intellect⁹ agens abſtrahit obiectum à materia, repræſentando illud ſine materia, nego repræſentando illud per ſpecies non materiales; ſed ſpirituales, cōcedo maiorem. Neque enim verum eſt in alio ſenſu, intellectum agentem abſtrahere obiectum à materia.

7 Hac reiecta ſententia, conueniunt omnes, vniuerſale fieri per operationē intellectus poſsibilis, per cognitionē videlicèt; diſsidēt tamen explicando, qua ratione, vel per quā operationē fiat. Nonnulli recentiores relati à P. Hurt. in Met. diſp. 5. ſect. 11. aſſerunt, intellectū non attingere immediatè naturā aliquā realē per cognitionem, per quam efformat vniuerſale; ſed idolum quoddā mente cōfictū ad ſimilitudinē naturæ, quæ realiter inuenitur in inferioribus: v. g. quādo concipio hominem vt ſic, non reſpōdeo immediatè meo conceptui ex parte obiecti homo aliquis realis; ſed homo quidam fictus, in quo cōſidero prædicata eſſentialia ſimilia ijs, quæ video eſſe realiter in Petro, & Paulo: ratione cuius ſimilitudinis, & omnes homines reales dicūtur remotè cognoſci in homine illo ficto, & homo ille fictus dicitur eſſe in omnibus hominib⁹ ſingularibus. Adducuntur pro hac ſententia Greg. Gabr. & Ochā. quos P. Hurt. vēdicat ab hac calumnia. Ratio huius ſententiæ eſt: quia obiectum immediatum actus vniuerſalis debet eſſe vnum, quod ſecundum ſe totum prædicetur de ſingulis indiuiduis; ſed ex parte obiecti non poſſit dari realiter vnus homo, qui ſit realiter in omnibus indiuiduis, & de illis verè prædicetur: ergo debet eſſe quid fictum.

8 Hæc ſentētia eſt falſa, & abſque vllo fundamēto cōficta. Hoc cōſtabit ex ſolutione rationis adductæ. Illud probatur: quia non minus poſſet habere ratiōnē vniuerſalis quilibet ſingularis homo quā homo ille confictus: ad quid ergo iſte confingitur? Antecedens probatur: quia ideo homo ille cōfictus terminat immediatè cognitionem vniuerſalem, quia ratione ſimilitudinis, quā habet cum realibus hominibus, hi dicūtur cognoſci in illo, & ille dicitur eſſe in ſingularibus: ergo cum quilibet homo ſingularis ſit ſimilis reliquis, rectè dicetur, quod in illo cognoſcātur reliqui, & quod ille eſt in reliquis ſingularibus: ergo cognitio vniuerſalis poterit terminari ad quodlibet ſingulare: ergo non eſt neceſſarium confingere illud tuum idolum.

9 Dices, quemlibet hominem ſingularē eſſe diſsimilem reliquis ratione differentiæ indiuidualis. Sed contra: homo ille confictus eſt etiā diſsimilis hominibus realibus ratione differentiæ ſpecificæ, quia eſt ſpecie, imo & genere diſtinctus ab illis; neque poteſt eſſe idolum differentiarum ſingularium, quia illas nullo modo repræſentat: ergò, ſi propter ſimilitudinem, quam cum hominibus realibus habet in ratione hominis,

nis, poteſt terminare cognitionẽ vniuerſalem: ita etiam homines ſingulares propter eandem ſimilitudinem, quã inter ſe habent, poterunt terminare cognitionẽ vniuerſalem, etiam ſi ſint diſsimiles in differentijs indiuidualibus.

10 Mitto aliud argumentum, quod deſumi poterat ex diſtinctione attributorũ Dei, quæ, cum ſint vnum realiter, diſtinguit intellectus in plura per actus fidei diuinæ immediate illa attingens: ergo etiam poterit ea, quæ ſunt realiter plura, adunare per cognitionẽ ea attingentem immediatè. Antecedẽs admitti debet in bona Theologia, vt alibi doceo, & ex illo rectè deducitur cõſequens. Ad rationem oppoſitæ ſententiæ dico, obiectũ immediatũ actus vniuerſalis debere eſſe vnum, vel per ipſam cognitionem vniuerſalem vel per vnitatem rationis cõfictã in ſingularibus realib⁹ eo modo, quo explicabimus infra. Et ex dicendis in hac diſput: conſtabit, qua ratione debeat vniuerſale prędicari de ſingulis indiuiduis ſecundum ſe totum.

SECTIO II.

Proponuntur aliæ ſententiæ.

11 Reliqui authores aſſerunt, actum cognitionis vniuerſalis attingere immediate naturã aliquam realem (quando vniuerſale comparatur ad inferiora realia) tribuendo illi vniuerſalitatem rationis. Et quidem ego exiſtimo hanc naturam realem eſſe ipſa ſingularia per ordinem ad operationes, in quibus aſsimilantur, v. g. quãdo per actum vniuerſalem attingo animal reale, attingo quidem omnia ſingularia animalia per ordinem ad ſenſationem, non cognitis eiſdem ſingularibus expreſsè per ordinem ad operationes particulares, per quas ſunt diſſimilia. Ratio huius eſt: quia per actum vniuerſalem debet attingi aliqua natura realis animalis, vt ſupponimus: ſed non poteſt eſſe aliqua, quæ ſit vniuerſalis ante operationem intellectus, vt probatum eſt diſp. 2. neque aliqua ſingularis determinata: quia hęc nõ eſt apta eſſe, & prædicari de multis; Petrus enim nõ poteſt eſſe in Ioanne, & reliquis hominibus, neque de illis prędicari: ergo debent eſſe omnia animalia ſingularia; non quidem expreſsè cognita in ordine ad operationes particulares, & proprias ſingulorum; quia, cum ſecundùm has ſint diſsimilia, non poſſunt conuenire inter ſe per ordinem ad has operationes: ergo erunt omnia ſingularia cognita expreſsè in ordine ad ſenſationes in quibus omnia ſunt ſimilia; neque enim aliud reale aſsignari poteſt, quod ex parte obiecti attingatur per actum vniuerſalem. Difficultas verò eſt, & non leuis in aſsignanda forma, per quam hoc obiectum reale cõſtituatur in eſſe vniuerſalis, & per quã intellectus operationem fiat; an per ſimplicẽ abſtractionẽ; vel per ſimplicẽ cõparationem, aut per cõpoſitam?

12 Nonnulli cenſent, naturam animalis, v.g. conſtitui vniuerſalē formaliter per vnitatem rationis confictā per ſimplicem abſtractionem, qua intellectus cognoſcit ipſam naturā animalis ſine differentijs. Probant: quia vniuerſale eſt vnū per rationem: ergo debet dari vnitas rationis, per quā fiat vnū: ad hanc autē vnitatē fingendam nō eſt neceſſaria comparatio aliqua ſuperioris ad inferiora: ergo ſufficit ſimplex abſtractio. Alij docent vniuerſalitatē eſſe relationem quandā rationis factam per ſimplicem cōparationem conſerentem cum inferioribus naturam iam abſtractā per ſimplicē abſtractionem. Ita Sonzin. Niph. Canar. hic, & indicat Caiet. de ente, & eſsētia cap.4.q.7. & P. Suar. in Met. diſp. 6. ſect.6. num.10. Ratio eſt: quia vniuerſale eſt relatiuum, vt cōſtat ex definitione adducta ſect.1. ex Ariſt. ergo debet conſtitui in eſſe talis per relationem illud referētem ad inferiora: hæc autem relatio nō poteſt fieri niſi per comparationem, ad quam pertinet comparare relatiua cum ſuis terminis: neque neceſſarium eſt, quod ſit compoſita comparatio, quia nō eſt, cur non poſsit vniuerſale apprehendi vt relatum ad inferiora: ergo fiet per ſimplicem comparationem.

13 Hæc duæ ſententiæ mihi diſplicent: quia ad conſtitutionem vniuerſalis neque eſt neceſſarium, quod fingatur in natura abſtracta vnitas rationis, neque relatio ad inferiora: ergo, &c. Antecedens probo, quia natura animalis, v.g. poteſt ab inferioribus præſcindi, quin vnitas, aut relatio rationis in illa confingatur; vt conſtat ex dictis diſp.4. ſect.1. n.8. atqui natura ſic abſtracta eſt vniuerſalis, vt probabimus ſectione ſequenti: ergo vnitas, & relatio rationis neceſſariæ non ſunt ad conſtructionem vniuerſalis.

14 Et quidē tales formæ confictæ impertinentes omnino ſunt ad Logicum inſtitutum: quia vniuerſale eatenus pertinet ad Logicum, quatenus illi deſeruit ad faciēdas propoſitiones vniuerſales neceſſarias, vt fabrica ſyllogiſtica recta euadat, & benè concludat: ad hoc autē ſufficit abſtrahere naturā ab inferioribus abſque vlla fictione vnitatis, ſeu relatione rationis: ergo impertinēter eę adſtruūtur ad vniuerſale Logicū conſtituendum. Minor eſt certa: quia, ſi ego abſtraham naturā animalis ab inferioribus, nullâ factâ fictione vnitatis, ſeu relationis, potero ex illa conſtruere propoſitionem vniuerſalem affirmando, vel negando illam de aliquo ſubiecto, vt per ſe patet: ergo, &c.

15 P. Vazq. 1. part. diſp.73. num.7. docet, naturam fieri vniuerſalem per relationem rationis ad inferiora; quā quidem ait non confingi ab intellectu per ſimplicem comparationem; ſed per cōpoſitā. Probatur: quia tunc intellectus comparat naturam cum ſuis inferioribus, cùm videt illam eſſe in pluribus, & eis conuenire: ſed id videt per compoſitam com-

comparationẽ: ergo, &c. Minor probatur: quia tũc videt intellectus naturam conuenire multis, quando illam prædicat de illis: hoc autem fit per compoſitam comparationem: ergo, &c. Secũdò: quia ſimplex apprehenſio, & iudicium diſtinguũtur ſpecie: ergo habent diuerſum obiectũ; ſpecificãtur enim actus ab obiectis: ſed obiectum iudicij eſt conueniẽtia prædicati cum ſubiecto: ergo nõ poteſt ea cognoſci per ſimplicem comparationem, quæ eſt ſimplex apprehenſio. Minor eſt certa; quia ad iudiciũ pertinet affirmare, vel negare, prædicatum cõuenire ſubiecto.

16 Non minus diſplicet hæc ſententia, quam præcedentes. Et quidem, licèt vniuerſale cõſtitueretur in eſſe talis per relationẽ rationis, hęc non poſſet fieri per cõpoſitam comparationem eo modo, quo docet P. Vazquez, quia ad hoc, vt detur vniuerſale, neceſſarium non eſt, quòd de multis actu prædicetur, ergo neq; quòd comparetur cum multis per iudicium, quo intellectus videat multis cõuenire. Antecedens cõſtat: quia vniuerſale nõ eſt vnum actu exiſtens in multis; ſed aptum eſſe in multis, & de illis prędicari: atqui hæc aptitudo ſaluari poteſt, etiãſi actu nõ prædicetur de multis: ergo, &c.

17 Secundo: per ſimplicem comparationem poteſt cognoſci natura vt cõueniens pluribus: ergo etiamſi ad rationem vniuerſalis eſſet neceſſaria cognitio conuenientiæ actualis, nõ propterea eſſet neceſſaria compoſita comparatio ad efficiendum vniuerſale. Antecedẽs probatur: quia quãdo audio. *Aſtra eſſe parta*, & dubito de veritate huius propoſitionis, reuerà apprehendo cõnexionẽ, & conueniẽtiam prædicati cũ ſubiecto: ergo poteſt cognoſci talis conueniẽtia per ſimplicem apprehenſionem. Antecedẽs eſt certum: quia non poſſum dubitare de eo: quod non dum apprehẽdi: ſed dubito de conueniẽtia prædicati cum ſubiecto, quia dubito de veritate eius, & veritas obiectiua huius propoſitionis cõſiſtit in cõueniẽtia prædicati cum ſubiecto: ergo apprehendo talem conueniẽtiam. Confirmatur: quia non poſſum dubitare de exiſtentia Petri, quin apprehendam ipſam exiſtẽtiam: ergo neque poſſum dubitare de cõnexione prædicati cũ ſubiecto, quin apprehendam ipſam connexionem.

18 Neque argumẽta P. Vazq. vrgent: quia, licet intellectus, cũ videt, naturã eſſe in inferioribus affirmando illam de illis, reuerà comparet ipſam naturã cum ſuis inferioribus; attamen nõ omnis comparatio naturæ cum inferioribus conſtituit illã vniuerſalem; ſed ſolùm ea quà cõſtituitur apta eſſe in illis; imò, vt infra dicem⁹, per actualem prędicationem diuiditur natura vniuerſalis, & amittit vniuerſalitatẽ. Ad ſecũdũ, nego conſequentiam: quia actus non ſolũ ſpecificantur ab obiectis; ſed etiam à modo tendendi in illa, vt

dice-

dicetur in lib. de Anima: vnde, licet ſimplex aperehenſio, & iudicium habeant idem obiectum, diſtinguentur ſpecie propter diuerſum modum tendēdi in illud: apprehēſio enim verſatur circa obiectum, ſimpliciter illud repręſētando; iudicium verò illud affirmando, vel negando. Argumenta adducta, n. 10. pro duabus ſentētijs ibi relatis ſoluentur ex dicēdis pro noſtra ſententia.

SECTIO III.

Vera ſententia probatur.

HAnc ſectionē claritatis gratia diuidemus in diuerſas partes.

PARS I.

Nonnullis ſuppoſitis, ponitur prima concluſio.

19 ADuerto primò, vniuerſale eſſe vnū aptum eſſe in multis, & ideò debere aſsignari formam, perquam conſtituatur. Aptitudo tamen poteſt eſſe duplex; vna fundamentalis, ſeu radicalis; alia formalis. Hæc eſt forma, per quam natura cōſtituitur proximè apta ad exiſtendum in multis: illa verò eſt radix, ſeu fundamentum proximum aptitudinis formalis.

20 Aduerto ſecundò; actum, ad quem ordinatur aptitudo vniuerſalis, non eſſe exiſtentiam in pluribus per cognitionem repręſentantem identitatem illam realem. Quòd non ſit exiſtentia in pluribus per identitatem realem, probatur: quia actus, ad quem ordinatur aptitudo illa, debet eſſe quid cōſequēs ipſam aptitudinem; omnis enim potentia præcedit ſuum actum: atqui exiſtentia naturæ in pluribus per identitatem realem nō conſequitur aptitudinē; ſed potius aptitudo cōſequitur talem exiſtentiam; quia priùs eſt, quòd natura ſit realiter idētificata cum inferioribus, quā quòd abſtrahatur ab illis, & conſtituatur apta eſſe in illis: ergo aptitudo vniuerſalis non ordinatur ad actum exiſtendi in illis per idētitatem realem.

21 Iam, quòd hæc aptitudo ordinetur ad cognitionem repræſentantem identitatem realē cū inferioribus, facilè probatur; quia hæc ſubſequitur ipſam aptitudinem, & nō eſt aliud, ad quod poſſit ordinari talis aptitudo: ergo ordinatur ad illam tāquā ad proprium actum. Secundo, quia aptitudo vniuerſalis, ordinatur ad actum, per quem natura cōtrahitur ad inferiora: ſed per cognitionem, per quam cognoſcitur natura identificata cum inferioribus, cōtrahitur ad illa: ergo aptitudo vniuerſalis ordinatur ad hāc cognitionē. Minor eſt certa: quia cōtractio fit per actum oppoſitum abſtractioni, ſed abſtractio eſt cognitio, per quam natura cognoſcitur, non cognita identitate cum inferioribus: ergo contractio eſt cognitio, per quam cognoſcitur natura identificata cum ipſis inferio-

ferio-

Digitized by Google

ferioribus: etenim hæc cognitio eſt oppoſita illi. His poſitis.

22 Dico primò: natura vniuerſalis conſtituitur vna formaliter per ipſam cognitionem, per quam negatiuè præſcinditur ab inferioribus. Ita Durãd. in 1. diſt. 3. q. 5. num. 27. & in 2. diſt. 3. quæſt. 7. n. 12. PP. Cõnimb. hic quæſt. 5. art. 3. concluſione 2. qui citant Scot. in 2. diſt. 3. quæſt. 1. ad 1. P. Hurt. in Met. diſp. 5. ſect. 7. n. 79. qui citat S. Tho. pro ſe opuſc. 55. & 56. Hanc ſentẽtiam refert. P. Suar. in Met. diſp. 6. ſect. 6. n. 3. eam explicat. n. 8. & approbat. n. 9. & 11. vbi, cum retuliſſet ſententiam aliquorum, qui dicebant nullum fieri vniuerſale per præſciſsionem negatiuam addit, *verius tamẽ eſt, per eã etiã fieri vniuerſale abſolutũ iuxta ea, quæ de ſecũda opinione diximus; nã hoc etiã probãt rationes factæ: quanquã hæc notitia non ſufficiat ad cognoſcendã in naturã, ſic conceptã vniuerſalitatẽ, ſeu ſuperioritatẽ, quã habet, vt iã dicã.* Vbi loquitur de præſciſsione negatiua, quæ præſcidens naturã ab inferioribus nullam vniuerſalitatẽ rationis in ea fingit; ſed eam conſtituit vniuerſalẽ tanquã forma extrinſecã denominans. Hæc retuli, vt videant recentiores quidam ex noſtris inſimulantes nouitatis hanc ſententiam; eam expreſsis verbis tradi á cõmuni Magiſtro, & Doctore ſapientiſsimo noſtro, Suar.

23 Explicatur hæc concluſio. Detur cognitio repræſentãs omnia animalia per ordinem ad ſenſationem expreſsè, quin eadem animalia repræſentet expreſsè per ordinem ad ratiocinationẽ, hinnitum, rugitum, &c. (Hãc cognitionẽ dari poſſe, conſtat ex diſp. præcedẽtibus præcipuè ex diſp. 4 ſect. 2. & ſect. 4.) Talis ergo cognitio ex vna parte dicitur repræſentare omnia animalia expreſsè ſecundum rationẽ animalis, quia repræſentat expreſsè principium ſentiendi, quod reuera inuenitur in omnibus; & ex alia parte dicitur repræſentare omnia animalia ſine diſtinctione, hoc eſt, nõ diſtinguendo illa inter ſe; ſed potius cõfundendo rationes proprias ſingulorum: quia talis cognitio non repræſẽtat ea expreſsè in ordine ad operationes particulares ſingulorum, ex quibus colligere ſolemus diſtinctionem eorum inter ſe; ſed ſolum in ordine ad ſenſationes, in quibus omnia ſunt ſimilia, & propterea dicuntur omnia ſecundum rationem animalis adunari in ea cognitione, & nos dicimus, hanc cognitionem eſſe formam, per quam natura animalis conſtituitur formaliter vna vnitate vniuerſali.

24 Probatur primò hæc cõcluſio ex S. Tho. opuſc. 56. vbi ante mediũ inquit. *Eſt itaq; vniuerſale vnũ vnitate cognitionis.* Neq; putãdꝰ eſt ab hac recedere ſẽtẽtia, quãdò dicit, vniuerſale eſſe vnũ rationis: quia, cũ cognitio ſit opꝰ intellectꝰ propriũ, id, quod per cognitionẽ conſtituitur vnũ, rectè dicitur eſſe vnũ per rationem. Probatur deinde ratione: quia natura ani-

Digitized by Google

animalis prout cognita per præſciſsionem negatiuam nó eſt multiplex:ergo eſt vna. Cóſequentia eſt bona:quia omne ens debet eſſe,aut multiplex,aut vnum. Antecedens verò probatur: quia nó eſt multiplex ex parte cognitionis, vt conſtat,cum hæc ſit vna tãtum;neque ex parte obiecti cogniti,quia obiectum cognitũ prout cognitum id ſolùm dicitur habere, quod expresè repræſentatur per cognitionem: ſed præſciſsio negatiua nó repræſentat expreſsè naturam animalis,vt multiplicem:ergo natura animalis,vt cognita per illam cognitionem non eſt multiplex. Maior videtur certa:quia id,quòd confuſsè repræſentatur in obiecto, potius dicitur conuenire obiecto ſecundum ſe,quam prout cognito;& proptereà in communi omnium exiſtimatione illud ſolùm putatur cognitum à nobis,quod expreſsè, & diſtinctè attingimus per cognitionem.

25 Confirmatur, quia natura animalis prout cognita per prędictam cognitionē eſt indiuiſa, imò & indiuiſibilis in alia, in quibus ſit multiplex formaliter: ergo eſt vna vnitate formali. Cóſequentia patet ex diſput. 1. ſect. 2. Antecedens probatur,& in primis,quod ſit indiuiſa:quia natura eſt diuiſa per differentias:ſed prout cognita per prædictam cognitionē nó dicit differentias:ergo prout cognita non eſt diuiſa: ergo indiuiſa. Deinde eſt indiuiſibilis in alia, in quibus ſit multiplex formaliter: quia, licet natura animalis poſſit diuidi in alia, in quibus eſt multiplex realiter: non tamen eſt in illis multiplex formaliter: neque enim animal, quod eſt in Petro, eſt formaliter diſtinctum ab animali, quod eſt in Ioanne, vt cōſtat tum ex dictis diſp. 1. n. 10. tum ex dicēdis in tractatu de Analogia. Confirmatur ſecundò: quia ex eo, quod eadem entitas realis cognoſcatur per diuerſas cognitiones in ordine ad connotata diuerſa, fiũt plura prædicata vt cóſtat ex diſp. 4. n. 12. &. 14. ergo ex eo, quod plura realiter diſtincta cognoſcantur in ordine ad connotata, in quibus ſunt ſimilia, quin cognoſcantur in ordine ad cónotata ratione, quorũ ſunt diſſimilia, fient vnum.

26 Dices: ideò natura animalis prout cognita per pręſciſsionē negatiuam non eſt multiplex, quia non repræſentatur vt multiplex: ſed per illam cognitionem nó repræſentatur vt vna: ergo non erit vna adhuc prout repræſētata per talem cognitionem. Maior ſumitur ex noſtra prima ratione. Minor eſt certa iuxta noſtrã doctrinam: quia cognitio præſcindēs nó cognoſcit aliquã vnitatē in naturã animalis; ſed ſolùm illã ſecũdũ ſe. Conceſſa maiori, & minori, nego cóſequétiam. Ratio diſparitatis eſt clara: quia, ſi natura prout cognita per præſciſsionem negatiuam non repræſentetur vt multiplex, non erit multiplex ex parte obiecti repræſentati, vt ſupra probauim⁹: neq; ex parte cognitionis

quia

Digitized by Google

quia, cum hæc ſit in ſe vna, nō poteſt conſtituere obiectum multiplex, niſi illud vt tale repræſētet: & ideò nō erit vnde obiecto prout repræſentato per illam cognitionem, proueniat multiplicitas. At verò vnitas, etſi non cognoſcatur ex parte obiecti; poterit illi aduenire per ipſam cognitionem: quia cum ex vna parte ſit vna & ex alia non repræſentet multitudinem ex parte ipſius obiecti, hoc vt cognitum per hanc cognitionem non erit diuiſum; ſed potius indiuiſum imò, & indiuiſibile, vt conſtat ex numeris præcedētibus. Eò autem ipſo quòd indiuiſum, & indiuiſibile eſt, eſt vnum,

27 Dices ſecundò, ex præſciſſione negatiua reſultat in natura animalis vnitas rationis, per quā formaliter conſtituitur vna: ergo non cōſtituitur vna per ipſā præſciſſionem. Id ſentit P. Tolet. q. 2. vniuerſalium. 4. fundamento. Et quæſt. 3. §. *Circa huius quæſtionis diſſolutionē* circa finē. Cæterùm antecedens eſt falſum: quia illa vnitas rationis deberet reſultare ex cognitione, vel per actionē phyſicam, & realem, vel per fictionē. Non primum, vt patet. Neque ſecundum quia intellectus non alio modo fingit aliquid, niſi cognoſcendo quod non eſt, ac ſi reuerà eſſet ſed illa cognitio non cognoſcit vnitatem rationis, vt ſupponimus, & admittit ipſe P. Tolet. ergo nō fingitur talis vnitas per illā cognitionem. Secūdò ex mea viſione nō reſultat in pariete aliqua forma; ſeu relatio rationis, quādo video ipſum parietē: ergo neque ex præſciſione animalis reſultat in ipſo animali aliqua forma rationis. Antecedens eſt certum: quia viſio oculorum non effingit, ſeu cauſat ens rationis, vt admittunt omnes. Conſequentia probatur: quia, ſi viſio poteſt denominare parietem viſum, quin in illo reſultet ex viſione aliqua forma rationis; cur præſciſio attigens naturam animalis non cognitis differētijs, non poterit ipſam naturā denominare cognitam ſine differentijs, quin in illa reſultet aliqua forma rationis?

28 Hic animaduerte, nos non negare, quòd, ſi intellectus in natura animalis, quā præſcindit ab inferioribus, vnitatē rationis fingeret per ipſam præſciſionē, vel per illam cognitionem reflexam; ipſa natura conſtitueretur vna formaliter per illam vnitatē rationis: id enim fatemur poſſe fieri. Dicimus tamen, hanc vnitatem rationis nō eſſe neceſſariā; ſed ſiue ponatur, ſiue non ponatur talis vnitas, ſemper fore conſtituēdā vnā naturā animalis per ipſam præſciſionem tāquam per formam. Secundo animaduerte, naturam poſſe fieri formaliter vnā per quālibet ex tribꝰ operationibꝰ intellectꝰ quia, vt natura animalis v. g. fiat vna debet cognoſci, nō cognitis differentijs eo modo, quo explicatū eſt in præcedētibus: ſed per quālibet operationem intellectus poteſt cognoſci, non cognitis differētijs: ergo, &c. Minor probatur &c, quod attinet ad ſimplicē abſtractionē, ſeu præ-

præciſionẽ negatiuam, probatũ eſt in præcedentibus. Deinde, dũ per compoſitam compatationem affirmo, animal eſſe viuens, præſcindo naturam animalis ab inferioribus; imò & quando per ſimplicem comparationem apprehẽdo animal vt connexum, ſeu idẽtificatum cũ viuenti. Et idem eſt, quando per diſcurſum deduco hanc cõſequentiã, *ergo animal eſt viuens*: ergo per quãuis operationem intellectus poteſt cognoſci natura vniuerſalis non cognitis eius differentijs: ergo per quanlibet operationẽ poteſt natura vniuerſalis conſtitui vna.

PARS II.

Soluuntur obiecta contra primam concluſionem.

29 Obijcies 1. cognitio quæuis abſtractiua eſt ſingularis: ergo nõ poteſt eſſe vnitas vniuerſalis. Concedo antecedens, & nego conſequẽtiam: quia licèt in ſe ſit ſingularis; repræſẽtat tamẽ plura ſine diſtinctione, quod ſufficit, vt cum illis cõſtituat vniuerſale: quod quidem eodem modo contingeret in vnitate rationis confictâ, quia hæc reuerà eſſet ſingularis, cum eſſet numero diſtincta ab alia vnitate rationis, & nihilominus, quia fingeretur in naturã cognita ſine differentijs, conſtitueret per ſe cum illa vnum vniuerſale: ergo idẽ poterit præſtare ipſa cognitio abſtractiua, etiamſi ſit in ſe ſingularis. Vbi aduerte diſcrimẽ inter cognitionem abſtractiuã, & cognitionẽ, quæ repræſentat plura diſtinctè vt plura. Hæc enim, cum attingat plura animalia, v.g. vt plura diſtinctè diuidit naturã animalis in illa plura, & ideò non poteſt conſtituere cum illa vnum indiuiſum; at verò cognitio abſtractiua. cum cognoſcat illa plura animalia ſine diſtinctione, non diuidit naturam animalis; ac per conſequens prout repræſentata per illam cognitionem eſt indiuiſa, & vna.

30 Obijcies ſecũdò, ſi cognitio abſtractiua eſſet vnitas vniuerſalis, homo, & leo diſtinguerẽtur ſpecie in ratione vniuerſaliũ: hoc eſt falſum: ergo & illud. Probatur maior: quia cognitio, qua homo abſtrahitur à ſuis indiuiduis, eſt ſpecie diſtincta à cognitione, qua leo abſtrahitur à ſuis: ergo, ſi homo, & leo conſtituuntur in eſſe vniuerſalium per has cognitiones, diſtinguẽtur in ſpecie in ratione vniuerſalium. Hoc argumentum æquè pugnat cum vnitate rationis cõficta: quia hæc habet eſſẽtialem cõnexionẽ cũ natura, in qua cõfingitur: ergo ea, quæ cõfingitur in homine, eſt ſpecie diſtincta ab ea, quæ confingitur in leone.

31 Reſpõdeò ergo ad obiectionẽ negando maiorẽ. Ad probationẽ diſtinguo antecedẽs: cognitio qua homo abſtrahitur à ſuis indiuiduis, eſt ſpecie diſtincta quoad entitatẽ à cognitione qua leo abſtrahitur à ſuis inferioribꝰ cõcedo quoad modũ repræſentãdi eſt diſtincta ſpecie, nego antecedẽs. Eſt dicen-

diceretq; cognitiones quoad ſuas entitates ſunt ſpecie diſtinctæ, quia habent obiecta ſpecie diuerſa; ſed quia vtraq; repręſentat eodē modo ſuum obiectū præſcindēdo illud ab indiuiduis, non dicuntur diſtingui quoad modū repræſentādi. Cū autē ex cognitiones non conſtituant vniuerſale ex eo, quod natura ſit huius, vel illius ſpeciei; ſed ſolū ex eo, quod illā tali modo repræſentent ideò vniuerſalia per illas conſtituta nō dicuntur ſpecie diſtingui in ratione vniuerſalium.

32 Obijcies tertiò, vniuerſale prout tale eſt ens rationis: ergo conſtituitur in ratione vniuerſalis per aliquam formam rationis: ſed cognitio abſtractiua eſt forma realis: ergo vniuerſale non conſtituitur per illam in ratione talis: Diſtinguo primum antecedens: vniuerſale prout tale eſt ens rationis fingentis, nego: rationis operātis concedo. Neque enim ſolūm dicuntur entia rationis, quæ finguntur ab intellectu; ſed etiam ea, quæ ab ipſo intellectu realiter procedunt, cum autem cognitio per quam vniuerſale in eſſe talis conſtituitur, procedat ab intellectu tanquam operatio propria illius, fit, vt vniuerſale, quod per illam conſtituitur, dici propriè poſsit ens rationis.

33 Aduerte, naturā animalis, v.g. ſic abſtractā & vnā per cognitionem abſtrahentem, dici vniuerſale Metaphyſicū formaliter: quia hoc nihil aliud eſt, quam natura abſtracta ab inferiorib⁹. Dicitur prætereà vniuerſale Logicū fundamētalitèr proximè; quia natura ſic abſtracta eſt fundamentū proximum, ſeu radix aptitudinis formalis ad exiſtēdum in multis, per quam aptitudinem conſtituitur natura formaliter in eſſe vniuerſalis Logici. Neque enim vniuerſale Logicum cōcipimus, donec illud cognoſcamus aptum formalitèr ad exiſtendum in multis, & adhoc, vt de illis prædicetur.

34 Rogas; an ſenſus externi poſſint pręſcindere naturā ab inferioribus, & eā cōſtituere vniuerſalē per ſuā pręſciſsionē. Et ratio dubitādi eſt: quia, quādo eminùs video colorē, quin diſcernā, an ſit albedo, vel nigredo, cognoſco ratione genericā, nō cognitis expreſſè differētijs: ergo pręſcindo illā ab inferioribus. Reſpōdeo, ſenſus nō præſcindere colorē taliter, vt illū conſtituant vniuerſalē: quia licèt admitti poſsit; quod in prædicto caſu praſcindat viſio colorē à nigredine, & albedine; tamē nō pręſcindit illū à differētia indiuiduali: neq; enim videt colorē ſolùm; ſed talē numero colorē. Id mihi perſuadeo ex eo, quòd, ſi iuxta illū colorē apponatur alius, video, illū eſſe diſtinctū numero ab alio denuò adueniēte: ergo debeo videre differētiā indiuidualē, ratione cui⁹ diſtinguitur ab illo: ergo, quādo videbā illū colorē ante aduētū alterius, reuerà videbā ipſā differentiam indiuidualē coloris. Patet conſequentia: quia ex eo, quod adueniat denuo alter color, non video aliquid denuò in priori,

ad ſingula inferiora, cócedo, quarum ſingulæ ordinentur ad omnia inferiora, nego conſequentiam.

39 Itaque plures aptitudines dantur in natura; ita tamẽ, vt per vnam referatur ad vnũ inferius, & per aliã ad aliud, &c. & ex omnibus integretur vna quaſi forma, per quã natura referatur ad omnia inferiora collectim ſumpta. Sed quid quid ſit de hoc, eſt falſũ vltimum conſequens: quia concreta accidentalia non multiplicantur ex multiplicitate formarum; ſed ex multiplicitate ſubiectorũ: vnde, cum natura, quæ eſt ſubiectũ, quod denominatur aptum, ſit vna per abſtractionem, etiamſi haberet plures aptitudines, non darẽtur plura apta; ſed vnũ tantũ. Cuius ratio eſt: quia aptũ eſt habens aptitudinem: ergo, ſi tantùm datur vnum, quod habeat aptitudinem, tantum erit vnũ aptũ, etiam ſi aliâs habeat plures aptitudines. De hoc agemus ex profeſſo infra, quando agamus de prædicationibus.

40 Obijcies 2. vniuerſale eſt relatiuum: ergo debet conſtitui in ratione talis per relationem: ſed cognitiones per quas natura vniuerſalis poteſt cognoſci in pluribus, non ſunt relationes: ergo nõ poteſt per illas conſtitui in ratione vniuerſalis. Diſtinguo antecedẽs: vniuerſale eſt relatiuũ relatione prædicamẽtali, vel quaſi prędicamentali, nego: relatione tranſcendentali, concedo antecedens. Cognitiones autẽ, cum eſſentialiter ſint repræſentationes obiectorum, neceſſariũ eſt, quòd ſint relationes tranſcendentales ad illas; & ideo per cognitiones, per quas poteſt natura cognoſci in pluribus refereturtrãſcendẽtaliter ad illa. In quo vero differant relatio trãſcendentalis, & prædicamentalis, ſeu quaſi prædicamentalis dicemus in prædicamento relationis. Ex hac ſolutione cõſtat ad argumentũ adductũ n. 12. pro opinionẽ Sonzinatis, Niphi, & aliorum.

41 Ex dictis cõſtat, vniuerſale, prout eſt vnũ aptũ eſſe in multis nõ eſſe quid fictũ (ratione vnitatis, & aptitudinis formalis) ſed quid reale; nõ prout reale dicitur eſſe, quod eſt ante operationem intellectus: quia, cum vniuerſale in eſſe talis conſtituatur formaliter per cognitionem, non poteſt dari ante operationem intellectus: ſed dicitur quid reale, prout reale cõdiſtinguitur cõtrã fictum. Cõſtat ſecundo, vniuerſale cõſtitui aptũ eſſe in multis per compoſitionem. An vero hæc ſit ſimplex, vel compoſita? dicemus ſect. ſequenti.

SECTIO IIII.

An prædicabilitas ſit de eſſentia vniuerſalis Logici?

42 Diximus ſect. præcedẽti, vniuerſale Logicum eſſẽtialiter eſſe vnũ aptum eſſe in multis per cognitionem quod eſt idem, ac eſſe vnum cognoſcibile in multis. Modo inquirimus: an forma, per quam conſtituitur cognoſcibile

 bile

dem cum medio; quod quidẽ eſt proponere virtualiter conuenientiam eorũm inter ſe. At verò, quando conuenientia prædicati cum ſubiecto alicuius iudicij proponitur intellectui per ſimplicem apprehenſionem, tũc proponitur expreſſe talis conuenientia, quia talis apprehenſio immediatè terminatur ad ipſam conuenientiam ſecundum ſe.

46 Noto 2. connexionem, ſeu conuenientiã prædicati cum ſubiecto de qua hic loquimur, nõ eſſe vnionem, aut relationem aliquã realem, vel rationis inter illa; ſed idẽtitatẽ realẽ. Itaq; ante iudiciũ cognoſcere conuenientiã prædicati cum ſubiecto, nihil aliud eſt, quàm cognoſcere vt identificata ea, quæ anteà cognita fuerant ſine tali identitate, ac ſi eſſent diuerſa. Eſt tamen hoc diſcrimen inter iudicium, & apprehenſionẽ ad illud præſuppoſitam, quod apprehẽſio attingit idẽtitatem extremorum relinquendo intellectũ indifferentem ad aſſentiendũ; vel non aſſentiendum eidẽ identitati, & aliquãdo ad illi diſſentiendũ, at verò iudiciũ, cum ſecundum ſe ſit aſſenſus, vel diſſenſus, non relinquit intellectum indifferentem; ſed iam determinatum ad vnam, vel alteram partem. Ex his cõſtat, qua ratione diſponatur intellectus ad iudicium quo prædicat naturã vniuerſalem de ſuis inferioribus, animal, v. g. de homine: prius enim apprehendit animal, & hominem, deinde apprehendit identitatem vtriuſque, & poſitâ hac apprehenſione, ſuccedit iudicium, quo animal prædicatur de homine. His poſitis.

47 Dico primò: ante prædicabilitatẽ ſupponitur in natura vniuerſali aptitudo eſſendi in ſuis inferioribus. Probatur: quia natura vniuerſalis conſtituitur in multis per cognitionẽ, per quã cognoſcitur identificata cum multis: ſed ante prædicationẽ actualẽ cognoſcitur identificata cum ſuis inferioribus per apprehenſionẽ (loquor, quãdo prædicatio actualis nõ deducitur per diſcurſum, quia tunc præmiſſę præſtant virtualiter circa concluſionem, quod alias apprehenſio præſtat formaliter, & expreſsè circa propoſitionẽ, quæ immediatè ſequitur ex apprehenſione terminorum) ergo ante prædicationem actualem ſupponitur natura conſtituta in ſuis inferioribus.

48 Ex his deduco, aptitudinem eſſendi in multis ſupponi in naturâ ante prædicabilitatẽ: quia aptitudo eſſendi in multis, & de illis prædicari ſunt denominationes extrinſecæ prouenientes à cognitionibus poſsibilibus, per quas natura poſteà de facto conſtituitur, & prædicatur: ergo eo ordine denominabunt naturam, quo actus ipſi ordinantur inter ſe: ſed apprehenſio præſupponitur ante prædicationem ergo priùs denominat naturam aptam eſſe in multis, quàm prædicatio denominet aptam prædicari. Hinc colliges, aptitudinem eſſendi in multis, non eſſe quancumque cognoſcibilitatem in multis; ſed

ſed ſolùm eſt prior quia forma, à quâ prouenit talis denominatio, priùs efficitur à ſuo efficiente, quã forma, à qua prouenit denominatio, quæ ſe habet vt propria paſsio.

52 Obijcies ſecundò, quando act⁹ ſunt ſubordinati, ſufficit vna potentia reſpectu illorũ, vt cõſtat in apprehenſione, iudicio, & diſcurſu, qui; cum ſint actus ſubordinati, procedunt ab vna potẽtia intellectiua: ſed actus quibus natura cõſtituitur in multis, & prædicatur de illis, ſunt ſubordinati inter ſe: ergo vna ſufficiet aptitudo pro vtroque. Reſpõdeo, maiorẽ eſſe veram, quãdo potencia ad act⁹ ordinata, eſt phyſica, phyſice concurrens ad eorum productionem; at verò, quando potentia eſt denominatio extrinſeca ab ipſis actibus proueniens, vt contingit in præſenti, quot fuerint actus adhuc ſubordinati, tot erunt potentiæ etiam ſubordinatæ. Aliæ adducuntur obiectiones, quæ ex dictis facilè ſolui poſſunt.

SECTIO V.

Vtrùm natura cõmunis in actuali prædicatione ſeruet vniuerſalitatem, quam habebat ante prædicationem?

53 OBſeruo primò naturã communem poſſe eſſe in actuali prædicatione, vel ex parte ſubiecti, vel ex parte prædicati: vt in hac, *Homo eſt animal*. Et certũ eſt, quòd, quando ſe habet ex parte ſubiecti, ſeruat in prædicatione ſuam vniuerſalitatem: quia homo quãdo attingitur per actualem prædicationem ex parte ſubiecti; preſcinditur à ſuis inferioribus, ſicut quando concipitur extra prædicationem: ergo in tali prædicatione ſeruat vniuerſalitatem. At verò, quãdo natura communis ponitur ex parte prædicati, vt, *animal* in prædicta propoſitione, iam contrahitur ad vnum ex inferioribus, & ideo eſt aliqua difficultas, an ibi ſeruet vniuerſalitatem reſpectu omnium inferiorum? Hanc ergo examinamus in præſenti, & loquimur de vniuerſalitate metaphyſica, hoc eſt, de vnitate vniuerſali.

54 Obſeruo 2. quod quando apprehenſio, per quam ante prædicationem natura erat vniuerſalis, conſeruatur adueniente prædicatione, ipſa natura perſeuerat vniuerſalis prout cognita per illã apprehenſionem: quia ea apprehenſio ſecundùm ſe ſumpta non repræſentat naturam diuerſo modo poſt prædicationem, ac ante: ſed antè conſtituebat naturã vniuerſalem, quia illam repræſentabat non cognitis differentijs: ergo idem preſtabit poſita prędicatione. Vnde difficultas ſolùm procedit de ipſa prædicatione: an videlicèt natura prout repræſentata per ipſam prædicationem perſeueret vniuerſalis. Quod eſt inquirere an prædicatio actualis ſit forma, per quam natura prædicata fiat vna multis communis? Et

Digitized by Google

neque ante prædicationẽ eſt ſubiecto æquale per apprehẽſionem, vt patet ex dictis; neque in ipſa prædicatione, quia æqualitas nõ datur, niſi inter diſtincta. Homo autem, & Petrus nõ diſtinguũtur in actuali prædicatione; ſed potiùs per illam cognoſcuntur, vt idem.

57 Obijcies ſecũdò: hæc prædicatio, *Petrus eſt homo*, attingit hominẽ ex parte prædicati, quin attingat differentiam aliquã: ergo prout attingẽs prædicatũ præſcindit illud à differentijs. Cõſequentia eſt bona: quia non alio modo præſcinditur natura à differẽtijs, niſi quatenus attingitur nõ cognitis differentijs. Antecedens verò probatur; quia, ſi illa cognitio ex parte prædicati attingeret differentiam aliquam; eſſet eadem, ac iſta, *Petrus eſt hic homo*; at hoc eſt falſum, vt conſtat ergo, & illud.

58 Pro ſolutione aduerto, quod ſicut intellectus poteſt præſcindere in homine animal à rationali per cognitionẽ attingẽtẽ animal, non attacto rationali, eo modo, quo dictũ eſt diſp. 4. ſect. 2. n. 11. & ſequẽtibus; ita etiã in illa prædicatione, *Petrus eſt homo* (quã n. 54. obſer. 3. diximus, eſſe vnã ſimplicẽ cognitionẽ poteſt præſcindere repræſentationẽ prædicati à repræſentatione ſubiecti, quod quidem præſtabit ipſe intellectus per aliã cognitionẽ reflexã attingentẽ repræſentationẽ prædicati, quin attingat expreſſe repræſentationem ſubiecti. Hæc autem cognitio reflexa nõ ſolùm præſcindet repræſentationem prædicati à repræſentatione ſubiecti, ſed etiam prædicatũ à ſubiecto: quia ex vna parte hæc cognitio reflexa nõ repræſentat expreſſe ſubiectũ; vt cõſtat; ex alia verò parte, eo ipſo, quod cognoſcat expreſsè repræſentationem prædicati, debet cognoſcere ipſum prædicatũ, vt concedũt omnes; ergo cognoſcit prædicatũ nõ cognito ſubiecto: ergo præſcindit prædicatũ à ſubiecto.

59 Hinc eſt quod, ſicut ex eo, quod poſsit cõcipi homo, vt principiũ ſenſationis, quin cõcipiatur, vt principiũ ratiocinationis, nõ licèt inferre, quod ipſe ſecũdũ ſe ſit principiũ ſentiendi, & nõ ratiocinandi, quia reuerâ in ſe hàbet vtrumque, ita etiã ex eo, quod prædicatio prædicta poſsit per cognitionem reflexã concipi vt repræſentans prædicatũ, quin cõcipiatur vt repræſentans ſubiectũ, non licèt inferre, quod ipſa ſecundum ſe repræſentet vnũ ſine alio; quia reuerà repræſentat vtrumque; & ideò non poteſt dici ipſa ſecundũ ſe præſcindere vnum ab alio.

60 Addendũ tamen eſt, quòd ſicut animal *prout animal*, non ſolùm dicit entitatem animalis; ſed etiã cognitionem præſcindentem illud à rationali, vt diximus diſp. 4. n. 14. ita etiam ea prædicatio, *prout repræſentãs prædicatũ* nõ ſolùm dicit entitatem prædicationis; ſed etiam cognitionem reflexam præſcindentem repræſentationem prædicati à repræſentatione ſubiecti. Cùm autem cognitio iſta reflexa præſcindat etiam prædicatũ à ſubiecto iuxta dicta

63 Ex his ad obiectionẽ diſtinguo maiorẽ, eadem ratio, quæ abſtrahitur ab inferioribus, prædicatur de illis ita, vt de quouis prędicetur ratio, quæ abſtrahitur ab omnibus, nego: ita vt de quouis prædicetur ſolùm ratio, quæ abſtrahitur ab illo, concedo maiorem. Et ſimiliter diſtinguo minorem ſed ab inferioribus abſtrahitur ratio hominis communis omnibus ita; vt à quouis ſeorſim abſtrahatur ratio omnibus communis, nego: ita, vt ab omnibus ſimul abſtrahatur ratio omnibus communis concedo minorem, & nego cõſequentiam: quia non ſolũ non ſeruat natura hominis vniuerſalitatem, quando prædicatur de quolibet ſeorſim; ſed neque, quando de omnibus ſimul prædicaretur: nam ex eo, quando abſtrahitur, eſt vniuerſalis, quia cognitio abſtrahens, cum non cognoſcat ipſam naturam expreſſe, vt identificatã cum inferioribus, reddit illam indiuiſam, & vnam; at veró cognitio, quæ illã de omnibus indiuiduis prædicaret, iam cognoſceret illam vt identificatã cum ipſis indiuiduis, ac per conſequens diſtinctam in ſingulis, vndè non poſſet vnitatem aliquã illi communicare.

64 Dices: ex hoc videtur ſequi, non prædicari de quouis ſingulari rationem hominis ſecundũ ſe totã, ſed tantùm ſecundùm aliquid ſui. Respondeo, non prædicari de quouis ſingulari rationẽ hominis ſecundùm ſe totam extenſiuè; bene tamen ſecundùm ſe totam quaſi intenſiuè. Eſt dicere: non prædicatur de quouis ſingulari ratio hominis ſecundũ totum id, ad quod extenditur in abſtractione, quia in abſtractione extenditur ad omnia ſingularia, quæ quidem non prædicantur de quouis ſingulari, prædicatur tamen de quouis ſingulari, prout eſt principium ſentiendi, & ratiocinandi, quæ eſt propria perfectio hominis, & tota eſſentia metaphyſica eius.

65 Inſtabis: hæc propoſitio, *Petrus eſt homo*, æquiualet iſti, *Petrus eſt hic homo, vel hic homo, vel hic homo, &c.* quia habet deſcenſum disiunctũ: ergo de quouis ſingulari prædicãtur reliqua omnia ſingularia disiunctim. Nego antecedens: quia, ſicut quãdo homo afficitur pronomine demonſtratiuo, vt *hic homo*, dicitur ſupponi ſingulariter, nec vllũ habet deſcenſum, quia per illud pronomen determinatur ad ſignificãdũ hoc ſingulare, ita etiam quando in propoſitione prædicatur de aliquo ſingulari, debet ſupponi ſingulariter, & non habere deſcenſum, quia ratione prædicationis de hoc ſingulari determinatur ad illud, nec relinquitur iam indifferens ad aliud. Secundò, dato, quòd in illa prædicatione, *Petrus eſt homo*, ex parte prædicati attingerẽtur disiunctim omnia ſingularia, non poſſet ratio hominis eſſe vniuerſalis in ea prædicatione; quia, cum cognoſcatur ex parte prædicati identificata cum ſingularibus disiunctim ſumptis,

eſſet

eſſet diſtincta, & diuiſa per illam cognitionem, ac per conſequens non poſſet eſſe vna, & indiuiſa; quod neceſſarium erat ad rationem vniuerſalis.

66 Obijcies 4. in hac prædicatione, *Petrus eſt homo*, *homo* repræſentatur vt diſtinctus à Petro, ſiquidē repræſentatur tā quā quid conueniens Petro: ergo repræſentatur homo ſecundū ſe ſumptus; neque enim alio modo diſtinguitur à Petro: ſed homo ſecundum ſe ſumptus eſt vniuerſalis: ergo in actuali prædicatione eſt vniuerſalis. Nego antecedens: quia in affirmatiua prędicatione non cognoſcimus prædicatum cōuenire ſubiecto, ſi propriè loquēdum ſit, ſed prædicatum eſſe idem cum ſubiecto; & ideo implicat, quod per ipſam prædicationē cognoſcamus eſſe diſtinctum ab illo.

SECTIO VI.

An natura, quæ eſt vniuerſalis, habere debeat plura inferiora?

67 Bifariam requiri poſſunt plura inferiora ad rationē vniuerſalis: vel enim requiri poſſunt plura exiſtentia; vel plura poſsibilia; dicemus priùs de his; poſtea de illis.

PARS I.

Agens de inferioribus poſsibilibꝰ.

68 Dvo hic poſſunt agitari. Primū, an detur natura aliqua ſpecifica, quæ vnū tantùm indiuiduū habere poſsit? Secundùm, an talis natura eſſe poſſet vniuerſalis? Circa primū Caiet. 1. p. q. 13. ar. 9. § *Aduerte hic latitudinē*, & cap. 5. de ente, & eſſentia q. 6. cum aliquibus è ſuis aſſerit, in qualibet ſpecie Angelorum vnū tantū indiuiduū inueniri poſſe: atque adeo quenlibet Angelū diſtingui ab alio non ſolùm numero; ſed etiam ſpecie, v.g. Michaelem diſtingui ſpecie à Gabriele, Raphaele. &c. Ratio Caietani eſt: quia ſpecies ſumitur à forma; indiuiduatio vero à materia: ſed repugnat Angelis materia: ergo repugnat illis multiplicari numero intra eandem ſpeciem.

69 Sed, ſi hęc ratio aliquid probaret, non poſſent Angeli ſpecie diſtingui; quia ſicut dicit indiuiduationē ſumi à materia, ita etiā dicet ſpeciem ſumi à forma: ſed Angeli nō conſtat forma; quia de ratione formæ eſt componere totum ſimul cum materia, ſeu ſubiecto, ac per conſequens, ſi non conſtat materia, non poteſt conſtare forma: ergo nō diſtinguuntur ſpecie. Dices, ſpeciem ſumi à forma in rebus, quæ cōponuntur ex materia, & forma: ſecus in rebus non compoſitis, quales ſunt Angeli. Benè: ergo ſimiliter poterit dici, indiuiduationē ſumi à materia in rebus compoſitis; ſecus vero in ſimplicibus, ſeu non compoſitis.

70 Cōfirmatur: quia quilibet Angelus habet cognitiones, & volitiones ſolo numero diſtinctas, & tamen earum indiuiduatio nō ſu-

mitur

Digitized by Google

mitur à materia: ergo indiuiduatio intra eandem ſpeciē non ſemper ſumitur à materia. Dices, eas operationes indiuiduari ab Angelo, qui eſt ſubiectum illarum. Sed contra primò: ergo iam non omnis indiuiduatio ſumitur à materia. Secundò idem Angelus poteſt habere intra eandem ſpeciem diuerſas numero cognitiones, & volitiones: ergo diſtinctio numerica nō ſumitur à ſubiecto adhuc in operationibus Angelicis. Patet cōſequentia: quia in vno, & eodē Angelo tanquam in ſubiecto dantur plures numero cognitiones: ergo aliūde debet prouenire hæc diuerſitas numerica cognitionū, & non ab Angelo tanquam à ſubiecto.

71 Sed age iam probemus, adhuc in rebus corporeis ſumi tam ſpeciē, quā indiuiduationē à materia, & forma ſimul: nam, ſi meæ materię vniretur alia anima numero diuerſa à mea, reſultaret diuerſus numero homo, ac reſultat modò: nullus id dubitat: ſed non eſſet numero diuerſ⁹ ratione materiæ, quia eſt eadē numero in vno, & in alio: ergo ſolùm ratione formæ. Deinde ſi mea forma vniretur alteri materię ſpecie diuerſæ ab iſta quam modò habet, reſultaret cōpoſitū ſpecie diuerſum, ac reſultat modò; quia, cum modo ſit pars eſſentialis cōpoſiti, eo ipſo, quod eadē forma vnitur materiebus ſpecie diuerſis, debet cū illis cōponere diuerſas ſcientias totales: atqui in eo caſu cōpoſitū illud nō eſſet ſpecie diuerſum ratione formæ: cum ſit eadē in vtroque: ergo ratione materiæ: ergo indiuiduatio ſumitur tam à formâ, quàm à materia, & ſpecies etiam à materia, quàm à forma.

72 Vera ſententia eſt, nullam poſſe dari ſpeciem, quæ eſſe non poſſit in pluribus indiuiduis: vnde, ſi ratio Michaelis non poteſt eſſe in pluribus indiuiduis, nō erit ſpecie diſtincta à Gabriele. Ita P. Mol. 1. p. q. 50. art. 4. Bonau. in 2. diſt. 3. par. 2. diſtictionis q. 1. Adduci poſſunt plures authores, quos refert P. Hurt. in Met. diſp. 22. ſect. 3. num. 12. qui vniuerſaliter docent, poſſe dari ſaltem de potentia Dei plura indiuidua in qualibet ſpecie Angelorum. Probatur concluſio: quia, ſi ratio cōſtitutiua Michaelis, v. g, nō poſſet alteri cōmunicari, eſſet ſingularis: ergo nō eſſet ſpecifica. Conſequentia eſt bona, quia differentia ſpecifica ratione ſaltem debet diſtingui à differentia ſingulari. Antecedens probatur, quia ſingulare, in cōmuni omniū acceptione, dicitur, quod eſt propriū vnius, & nō extēditur ad plures: ergo, ſi ratio Michaelis prout diſtincta à differentiâ indiuiduali, quā tu illi ſubiungis, nō poteſt alteri cōmunicari, erit ſingularis. Et ratio à priori eſt: quia ſingulare eſt vnum numero; vnū vero numero eſt indiuiſibile in alia, in quibus multiplicitꝛ numero, vt diximus diſp. 1. ſec. 2. ſed ratio Michaelis prout diſtincta ab alia differentia indiuiduali illi ſuperaddita eſt per ſe indiuiſibilis in alia, in quibus ſit nume-

numero multiplicari: ergo eſt vna numero: ergo ſingularis: ergo ratione illius non diſtinguitur ſpecie Michael à Gabriele; ſed ſolùm numero.

73 Dices: Michael habet operationes ſpecie diſtinctas à Gabriele: ergo diſtinguitur ſpecie ab illo. In primis hoc argumentũ nõ pugnat cũ noſtra ſententia: neq; enim negamus Michaelẽ diſtingui ſpecie à Gabriele; ſed quòd, ſi nõ poteſt habere plura indiuidua, non poteſt ſpecie diſtingui ab alijs Angelis, vnde ſi ſemel cõcederemus ſpecie diſtingui à reliquis, cõcedendũ etiã eſſet, poſſe habere plura indiuidua, ne cogeremur admittere duo cõtradictoria. Secũdo reſpõdeo diſtinctionẽ ſpecificã interdum nõ eſſe colligendã ex eo ſolũ, quod habeant operationes ſpecie diſtinctas: quia, ſi rationes formales, quibus correſpondent eæ operationes, non poſsint communicari pluribus, erunt ſingulares, & ideó nõ poterũt duas ſpecies; ſed duo tãtum indiuidua conſtituere, (ſi aliunde non implicet, duo indiuidua intra eandem infimam ſpeciem contenta habere operationes eſſentialiter diuerſas: de quo agemus in lib. de Anima) vnde admiſſo antecedenti, nego conſequentiam, ſi ſemel admittatur, Michaelem nõ poſſe inueniri in pluribus indiuiduis. An verò de facto Michael ſit eiuſdẽ ſpeciei infimæ cum alijs Angelis, vel omnes, qui defacto ſunt, ſpecie diſtinguantur realiter, vt poſſint dari ſaltẽ de potẽtia Dei alia indiuidua cuiuslibet ſpeciei non eſt huius loci; ſed pertinet ad materiam de Angelis. Vide Patrem Molinã ſupra, vbi adducit multos Patres, qui innuere videntur omnes Angelos, qui defacto dantur, eſſe eiuſdem ſpeciei. Ipſe tamen cõcluſione 2. & 3. putat probabile, tum multos Angelos eſſe eiuſdem ſpeciei; tum etiam non omnes intra eandem ſpeciem cõtineri.

74 Obijcies primò, S. Thomã, qui 1. p. q. 50. art. 4. ait, non poſſe duos Angelos eſſe eiuſdẽ ſpeciei; & ſubiungit rationẽ, quia ea, quæ cõueniunt ſpecie, & differunt numero, cõueniũt in forma: ſed diſtinguuntur materialiter. Cum autem Angeli non ſint compoſiti ex materia, & forma, nõ poſſunt eſſe numero diuerſi intra eãdẽ ſpeciẽ. Idẽ docet 2. contra Gent. cap. 93. Reſpondeo, S. Thomã loqui, ex natura rei; non verò negat, poſſe de potentia Dei abſoluta produci plura indiuidua cuiuslibet ſpeciei Angelicæ. Ita illum explicat Bañez ad art. cit. dub. 1. & Ferrara 2. contra Gent. cap. 93. §. *Ad hoc dicendum*. Quod ita intelligẽdum eſt, vt putet S. Thom. naturam Angelicam iuxta ſuas leges non exigere multitudinem indiuiduorum actu exiſtentium intra eandẽ ſpeciem; Deum tamen infringere poſſe eas leges producẽdo plura indiuidua ex his, quæ ſunt poſsibilia in quauis ſpecie.

75 Ratio autẽ, propter quam docet S. Thom. ſpecies Angelicas non exigere multitudinem

indi-

in indiuiduorũ actu exiſtẽtiũ, ea mihi videtur eſſe: quia multitudo indiuiduorũ ad nihil aliud videtur neceſſaria, niſi vt ſpecies conſeruetur ſemper in rerũ natura, vt docet Ariſt. 2. de Ani. c. 4. tex. 34. & 35. cũ autẽ Angeli ſint incorruptibiles, quoduis indiuiduũ erit ſufficiens ad conſeruandã continuo ſpeciem. Et hanc arbitror eſſe rationem, propter quam putat etiã Angelicus Doctor, cœleſtes Orbes, etſi conſtent materia, & forma, diſtingui inter ſe ſpecie non ſolũ quoad formas; ſed etiã quoad materias; & non dari de facto in quauis ſpecie niſi vnicũ indiuiduũ exiſtens: quia videlicet, cum cœli ſint incorruptibiles ex natura rei, vnũ indiuiduũ ſufficit ad conſeruandã ſpeciẽ. At verò res ſublunares, quæ conſtãt materiâ, & formâ corruptibili, ſi vnũ tantum indiuiduũ haberent exiſtens in quauis ſpecie, citò periret ſpecies, cum facilè perire poſſet tale indiuiduũ: & ideo ſunt neceſſaria plura indiuidua exiſtẽtia, vt vno, vel altero pereunte ſpecies conſeruetur in reliquis.

76 Sed rogas: cur Angelicus Doctor dicit, indiuiduationẽ ſumi à materiâ, & nõ à formâ. Mihi ea videtur eſſe ratio: quia, vt dixi, multitudo indiuiduorum debet dari in rebus corruptibilibus, vt conſeruetur ſpecies, cum autem corruptio rerum perueniat ex eo, quod materia ex natura ſua ſit talis, quæ formas recipiat amiſsibiliter, fit, vt de primò ad vltimum materia ſit cauſa pluralitatis indiuidualis intra eandem ſpeciem.

77 Obijcies 2. Ariſt. qui pluribus in locis apud P. Fonſec. lib. 5 Met. c. 6. p. 4. ſect. 1. aſſerit ſubſtãtias ſeparatas (ſic vocauit ſubſtãtias Angelicas) nõ poſſe diſtingui numero intra eandem ſpeciẽ, quia non habent materiã. Reſpondeo, Ariſtotelẽ exiſtimaſſe, Deũ agere ex neceſsitate naturæ: ſi autẽ Angeli multiplicari poſſent intra eãdem ſpeciẽ, in infinitũ multiplicari deberent: quia non eſſet ratio, cur eſſent mille, & nõ plures in infinitum, & ideo Deus produxiſſet de facto infinitos Angelos: quia, cũ operaretur neceſſariò, producere deberet quotquot poſsibiles eſſent: vt autẽ nõ cogeretur concedere Ariſtoteles, de facto dari infinitũ in actu, excogitauit effugiũ illud, nẽpè indiuiduationẽ ſumi à materiâ. Sed, qui tã fœde errauit, vt exiſtimaret, ſummũ, & perfectiſsimũ rerũ omnium Authorẽ nõ libere; ſed neceſſario operari effectus creatos, quid mirũ in aliũ errorem inciderit, vt quoquo modò primum defenderet? Ex dictis conſtat, dari non poſſe ſpeciem aliquam, quæ habere non poſsit plura indiuidua.

PARS II.

Species, quæ vnicũ tantum indiuiduum habere poſſet, non eſſet vniuerſalis.

78 Sed quid? Si daretur ſpecies ſpiritualis, quæ vnicum tãtũ indiuiduũ habere poſſet, eſſetne vniuerſalis talis ſpecies. Affirmat Caiet. adductus ſupra n. 68. quia.

quia, licet talis ſpecies non haberet niſi vnum indiuiduū reale, poſſent tamen per intellectum cōfingi plura alia, in quibus eſſe per intellectum, & de quibus prædicari poſſet talis ſpecies, quod ſufficeret, vt diceretur vniuerſalis, & prædicabilis de pluribus.

79 Vera tamē ſententia eſt, eā naturam non fore vniuerſalē, ita P. Suar. in Met. diſp. 5. ſect. 2. n. 28. PP. Conimb. q. 8. in præfat. Porphir. art. 3. P. Hurt. in Logic. diſput. 5. ſect. 3 & plures alij, quos ipſe refert. Et eſt communis inter authores noſtræ Societatis. Probatur: quia vniuerſale eſt vnū aptum eſſe in multis, de quibus verè affirmetur, vt diximus diſput. 1. ſect. 3. ſed ſpecies prædicta non poſſe verè affirmari de multis: ergo nō eſſet vniuerſalis. Probatur minor: quia nō poteſt verè de multis prædicari, quod reuerà nō eſt in illis: ſed illa ſpecies reuerà non eſſet, niſi in vno indiuiduo, quia in reliquis eſſet tantùm per intellectū fingentē talia indiuidua: ergo nō poſſet prædicari verè de multis. Dicunt Recētiores Thomiſtę, eā naturā, quatenùs ex ſe eſt, poſſe eſſe in multis; repugnare tamen ex parte indiuiduorū quia hęc repugnant: & ideo eā naturā, quatenùs eſt ex ſe, eſſe vniuerſalē. Sed contra: ea natura, quatenùs eſt ex ſe, non poſſet eſſe in multis; ergo, adhuc quatenùs eſt ex ſe, nō poſſet eſſe vniuerſalis. Probo antecedens: quia per te multitudo indiuiduorum repugnat naturę ſpirituali ratione ſpiritualitatis: ſed ea natura ex ſe eſſet ſpiritualis, vt ſupponis: ergo, quatenus eſt ex ſe, non poſſet eſſe in multis indiuiduis.

80 Dices: ea natura poſſet eſſe in illis indiuiduis per fictionē intellectus: vndè, licet nō poſſet verè affirmari eſſe in illis realiter; poſſet tamē verè affirmari eſſe in illis fictitiè, quod ſufficeret ad hoc, vt eſſet vniuerſalis. Sed contra primò: ponamus eā naturā, de qua loquimur in præſenti, eſſe naturā Michaelis, & eam prædicari de indiuiduo. A ficto, vel ergo, quādo intellectus affirmaret, *indiuiduum. A. eſt Michael*, affirmaret eſſe idē realiter cū illo; vel ſolum eſſe idē fictitiè. Si primū: ergo ea prædicatio eſſet falſa, quia nō affirmaret rem, vt eſt in ſe. Si ſecundū affirmaret quidē intellectꝰ, ſe antea cognouiſſe indiuiduū illud reuerà eſſe Michaelē, cū reuerà non ſit Michael. Patet conſequentia: quia tunc fingit intellectus, quādo cognoſcit, quod reuerà nō eſt, ac ſi reuerà eſſet, vt dicemus diſp. 12. ſect. 1. ergo, dum affirmat, ſe finxiſſe, indiuiduum illud eſſe Michaelē, affirmat ſe cognouiſſe eſſe Michaelem, cum reuerà nō ſit: at qui hoc potius eſt negare naturā Michaelis de indiuiduo illo, quā illam de eodem affirmare: ergo in nullo ſenſu prædicatur verè natura Michaelis de indiuiduo. Minor probatur: quia duo attingit intellectus per eam propoſitionē; & quod ipſe cognouerit, indiuiduum illud realiter eſſe Michaelē; & quod reuerà nō ſit Michaelē

ratione huiꝰ partis nègat Michaelem de ipſo indiuiduo: ratione illius non affirmat Michaelem de tali indiuiduo; ſed, ſe cognouiſſe, indiuiduum illud eſſe Michaelē: ergo nunquam intellectus verè prædicat, ſeu affirmat naturam Michaelis de indiuiduo aliquo fictō. Confirmatur: quia quandō ego affirmo, me dixiſſe, Petrum eſſe Ioannem, nō affirmo denuò, Petrum eſſe Ioannem; ſed refero, quod antea dixi: ergo, quādo affirmo, me cognouiſſe illud indiuiduum. A. eſſe Michaelem, non affirmo denuò, indiuiduum illud eſſe Michaelem, ſed ſolùm refero quod antea cognoui.

81 Secundò, ſi ad rationem vniuerſalis ſufficeret, quod natura poſſet eſſe, & prædicari de multis indiuiduis confictis; natura diuina, imò & quæuis differentia indiuidualis habere poſſet rationem vniuerſalis: quia benè poteſt intellectus conſiderare naturam diuinam, & quamlibet differentiam indiuidualem identificatam cum pluribus indiuiduis confictis, & eam de illis prædicare fictitiè; ſed nullus eſt, qui admittat naturam Diuinam, & quamuis differentiam indiuidualem eſſe vniuerſalem: ergo non ſufficit ad rationem vniuerſalis, quod natura poſsit eſſe in pluribus indiuiduis confictis, & de illis prædicari.

82 Dices: S. Thomas 1. p. q. 13. art. 9. dixit, nomen *Deus* eſſe communicabile nō ſecundū rem; ſed ſecundùm opinionem: ergo ſentit naturam diuinam poſſe dici vniuerſalem ſecundùm rationem: reſpondemus, S. Thomā non dixiſſe, naturā diuinam poſſe cōmunicari ſecūdùm rationem: ſed ſolū id dixit de hoc nomine *Deus*: neque id putauit fieri poſſe ſecundùm proprium ſignificatum; *ſecundum aliquid eius per quandam ſimilitudinem, vt Dij dicantur, qui participant aliquid Diuinum per ſimilitudinē, ſecundum illud, Ego dixi Dij eſtis*: ſicut nomē Achilis cōmunicari poteſt illi, qui Achili eſt ſimilis in fortitudine; quod exēplum aduxerat Angelicus Doctor paulò ante circa verba: ſed nullus eſt, qui iudicet, cōceptum indiuiduale Achilis eſſe vniuerſalē ſecundùm rationē ex eo, quod nomen eius poſsit cōmunicari pluribus per ſimilitudinē: ergo licet S. Thomas dixerit, nomen *Deus* poſſe cōmunicari ſecūdùm rationē, ſeu ſecundū opinionem pluribus per ſimilitudinē, nō ideo ſenſit, naturam ſignificatam per hoc nomen poſſe dici vniuerſalem. Et ratio eſt: quia ad rationem vniuerſalis non ſufficit, quod nomen; ſed etiam neceſſarium eſt, quod res ſignificata per nomen poſsit cōmunicari pluribus, & id non ſolū per ſimilitudinē, ſed etiā per proprietatem, vt conſtat ex dictis.

83 Obijcies: ſi daretur natura ſpecifica, quæ in vno ſolùm indiuiduo poſſet inueniri, poſſet quidem de illo prædicari: non prædicatione æqualis de æquali, quia differentia ſpecifica ſemper eſt ſupe-

ſuperior reſpectu indiuidualis: ergo prędicaretur prędicatione ſuperioris de inferiori; ergo eſſet vniuerſalis. Et quidem ea prędicatio ad nullum aliud, niſi ad prædicabile de ſpecie, quod eſt vnum ex vniuerſalibus, pertineret. Reſpondeo, eam prædicationem fore ęqualis de ęquali; quia ea, quorum vnum nõ ſe extendit ad plura, quàm alterum non poſſunt ſe habere tãquam ſuperius, & inferius; ſed ſunt æqualia. Cum autẽ ea natura ſpecifica non ſe extenderet niſi ad vnum indiuiduũ, nõ poſſet eſſe ſuperior reſpectu differentiæ indiuidualis, quæ in eodẽ indiuiduo reperiretur. Poſſet tamen ea ſpecies reduci ad prędicabile de Specie, non quia participaret rationẽ vniuerſalis; ſed quia per illam tota natura ſpecifica, ſeu tota eſſentia metaphyſica prędicaretur de indiuiduo.

PARS III.

An ad rationẽ vniuerſalis requirantur omnia indiuidua, vel ſaltem aliqua exiſtentia.

84 PRobauimus partibus præcedentibus, requiri plura inferiora poſsibilia ad hoc, vt natura abſtracta poſsit eſſe vniuerſalis. Examinãdũ eſt in præſenti: an requirãtur etiã exiſtentia omnia, vel ſaltem aliqua? Dico primò: vt natura aliqua ſit vniuerſalis vniuerſalitate Generis, Speciei, & Differẽtiæ, nõ eſt neceſſariũ *per ſe loquendo*, quod inferiora exiſtãt. Probatur: quia hæc prædicabilia poſſunt verè cognoſci, & prędicari de ſuis inferiorib⁹, etiãſi hæc nõ exiſtant in rerũ natura; ſed tantũ ſint poſsibilia: ergo, vt ſint vniuerſalia, non eſt neceſſarium, quod exiſtant inferiora. Conſequentia eſt bona: quia vniuerſale eſt vnum aptum eſſe, ſeu cognoſci, ac prædicari verè de ſuis inferioribus. Antecedẽs probatur: quia de Petro poſsibili eſt verũ dicere, quod ſit homo, animal, & rationalis: ergo prędicabilia Speciei, Generis, & differentiæ verè prædicãtur de ſuis inferioribus nondũm exiſtentibus. Ratio à priori eſt: quia hæ prædicationes ſunt eſſentiales: in prædicationibus autẽ eſſentialib⁹ nõ affirmamus actualẽ cõiunctionẽ prædicati, & ſubiecti in rerum natura; ſed ſolũ cõnexionẽ eſſentialẽ illorum: vnde ſenſus harum propoſitionũ, *Petrus eſt homo, animal rationalis*, nõ eſt, quod de facto detur in rerum natura extra ſuas cauſas Petrus identificatus cũ homine, animali, rationali, &c. ſed ſolũ, quod quotieſcũq; detur Petrus in rerũ natura, debeat eſſe homo, animal, & rationalis, ita vt cõtradictionẽ implicet, eſſe Petrum, & non eſſe hominem, &c.

85 Dixi ſupra, *per ſe loquendo*, nõ eſſe neceſſariã exiſtẽtiã inferiorũ ad rationẽ vniuerſalis: quia ſecundũ ordinẽ naturalẽ rerum nõ dabitur uniuerſale adhuc in illis tribus prædicabilibus, niſi aliqua vel ſaltem aliquod inferius ſit exiſtens. Ratio eſt: quia non poteſt natura eſſe vniuerſalis, niſi præſcindatur ab inferioribus per intellectum

Digitized by Google

ie-ctum. Ab his verò nõ poteſt per intellectũ præſcindi, niſi priùs aliquod ſaltem ex illis cognoſcatur per ſenſus; quia intellect⁹ pro hoc ſtatu nihil cognoſcit, niſi priùs fuerit cognitũ per ſenſus, aut in ſe ipſo, aut in alio, cũ quo habeat cõnexionẽ. Senſus autem ſolũ cognoſcunt ea, quæ realiter exiſtunt, & ideô eſt neceſſarium, quod exiſtat aliquod ex inferioribus, vel quid aliud ita connexũ cũ illis, vt ex illiùs cognitione deduci poſsit per diſcurſum horum cognitio.

86 Circa vniuerſalitatem proprij, & accidẽtis; an videlicet ad hoc, vt detur requirat plura inferiora actu exiſtentia, vel ſufficiãt poſsibilia? dicemus diſp. 14. vbi agemus de Proprio, & accidẽti.

SECTIO VII.

Cenſetur de nõnullis quæſtionibus à Porphirio propoſitis.

87 TRes quæſtiones proponit Porphiri⁹ quas altiſsimas vocauit, ab earũmq; reſolutione propter ipſarũ difficultatẽ abſtinuit. Prima eſt: An genera, & ſpecies ſint in rerũ natura, vel ſolum in intellectu? Secũda: Vtrùm ſint corporea, vel incorporea? Tertia An in rebus ſenſibilibus, vel poti⁹ ab his ſeparata ſubſiſtant? Circa hæc videantur P. Suar. in Met. diſp. 6. ſect. 8. & PP. Connimb. q. 4. in præfat. Porphi. art. 6.

88 Ego facilè me expediam â propoſitis quæſtionibus: quia genera, & ſpecies duo inuoluunt nẽpe naturas, quæ denominãtur genera, & ſpecies; & formas, à quibus denominantur. Quod ad formas attinet, ex dictis conſtat, eſſe cognitiones noſtri intellectus, per quas naturæ præſcinduntur ab inferioribus, & prædicantur de illis & ideò ſunt intra intellectum, & corporis expertia, & abſtracta à ſenſibilibus. Si verò loquamur de naturis, quæ denominantur genera, & ſpecies; quædam exiſtunt in rerum natura, licêt non ſeparata ab inferioribus, vt, *homo*, *leo*, *color*, *&c.* Quædã non exiſtunt in rerum natura; ſed obiectiuè tantùm in intellectu; vt ſunt entia rationis, quæ ſortiuntur denominationem generis, & ſpeciei. Deinde quædã ſunt corporea; vt, *corpus* de prædicamento ſubſtantiæ, ac eius inferiora; & quæ ab accidentibus materialibus abſtrahuntur. Quædã incorporea; vt *ſpiritus* in prædicamento ſubſtãtiæ, & accidentia ſpiritualia. Denique quædam realiter ſubſiſtunt ſeparata â ſenſibilibus; vt *Angeli*, & accidentia ſpiritualia: quędam vero à parte rei non ſubſiſtunt ſeparata à ſenſibilibus, licèt per intellectum ſint ab illis abſtracta; vt, *homo animal*, ac reliquæ ſubſtantiæ, & accidentia corporea.

89 Quod dictum eſt de generibus, & ſpeciebus, dictum puta de alijs vniuerſalibus: quia eadẽ eſt ratio de omnibus quoad prædictas quæſtiones. Alias omitto quæſtiones pertinentes ad vniuerſalia, quia facilius intelligentur poſtquam naturam prædicabiliũ fuerimus perſcrutati.

SECTIO VIII.

De his, quibus vniuerſalitas attribui poteſt

90 INquirimus in præſenti: An omnes entitates, ſiue ſint cõpletæ, ſiue incompletæ; ſiue poſitiuæ, ſiue negatiuæ; ſiue reales, ſiue rationis, ſint tales, vt ab illis poſſit abſtrahi ratio aliqua, quæ ſit vniuerſalis? Et in primis certũ eſt, ab entitatibus phyſice cõpletis poſſe abſtrahi rationem aliquã vniuerſalem: vt, ab homine, leone, &c. Poteſt abſtrahi ratio animalis, & à ſubſtantiã corporeã, & Angelicã ratio ſubſtantię, &c. Ratio eſt facilis: quia eæ entitates ſunt ſimiles in eis rationibus: ergo poſſunt concipi ſecundùm eas rationes, non cognitis rationibus particularibus, per quas diſsidẽt. Deinde eæ rationes non tranſcendunt vltimas differentias, vt vidimus in tractatu de Analogiã, & in prædicamento ſubſtantiæ: ergo habent totum, quod requiritur ad rationem vniuerſalis propriè ſumpti.

91 De entitatibus realiter incompletis eſt aliqua difficultas. Entitates realiter incompletæ dicuntur eæ, quæ ſunt realiter ordinatæ ad componendum aliquod totum, & ſunt in duplici differentia. Alię ſunt partes eſſentiales; vt materia, & forma. Alię integrales vt, partes aquæ. Deinde partes integrales, aliæ ſunt homogeneæ, eæ videlicèt, quæ ſunt eiuſdem rationis; vt, partes aquæ. Aliæ ætherogeneæ, eæ videlicèt, quæ ſunt diuerſæ rationis inter ſe; vt in homine caput, manus, &c. Dico ergo: tã à partibus eſſentialibus quã à partibus integralibus poteſt abſtrahi aliqua ratio propriè vniuerſalis. Ratio eſt: quia omnes animę rationales ſunt ſimiles in hoc, quod eſt eſſe animas, & omnes materiæ in hoc, quod eſt poſſe recipere tot formas: &, omnia capita, & omnes manus in hoc, quod eſt eſſe capita, & manus: ergo poſſunt cognoſci ſecundùm has rationes, non cognitis differentijs inferioribus: ex alia parte hæ rationes nõ tranſcendunt differentias inferiores, vt perpendenti cõſtabit: ergo habent omnia requiſita ad rationem vniuerſalis propriè ſumpti. Vide quæ diximus diſp. 1. ſect. 3. circa explicationem definitionis Vniuerſalis.

91. Dices: caput (& idem eſt de reliquis partibus integrantibus ætherogeneis) eſt totum per accidens reſultat enim ex materia, forma, & talibus diſpoſitionibus, ac figura: ergo nõ poteſt abſtrahi vna ratio vniuerſalis ab omnibus capitibus. In primis antecedens eſt falſum: quia caput iuxta ſententiam plurium eſt quid reſultans ex parte materiæ, & tali forma, & vnione: quod quidem exigit talẽ diſpoſitionem, & figurã, non vt aliquid eſſentiale ipſi capiti ſed tanquàm diſpoſitiones, ſeu conditiones requiſitas, vt conſeruetur ſubſtantia capitis in rerum natura ſicut homo exigit tales diſpoſitiones, nõ vt quid ipſi eſſentiale; ſed

Digitized by Google

vt quid requiſitũ, vt in rerũ naturâ cõſeruetur. Vnde, ſicut homo eſt vnũ per ſe, quia eſſentialiter, ſolùm includit materiam, formam, & vnionem ſubſtantialem; ita etiã caput erit vnum per ſe, quia eſſentialiter, ſolùm includit partẽ materiæ, formam, ſeu partem formæ & partem vnionis ſubſtantialis.

63 Secundò: dato antecedẽti, nego conſequentiam: quia, quanuis ſit totum per accidens: tamẽ, quia omnia ſunt ſimilia in ratione capitis taliter, vt poſsint concipi ſecundùm hanc rationem nõ cognitis differentijs particularibus, quas non tranſcendit talis ratio, habent omnia requiſita, vt ab illis poſsit abſtrahi ratio capitis, quæ ſit verè, & propriè vniuerſalis: neque enim aliud quid requiritur ad rationem vniuerſalis, vt cõſtat ex dictis diſp. 1. ſect. 2. & 3. Et cõfirmat Ariſtoteles: quia inter prædicamenta (quæ ſunt coordinationes generum, & ſpecierum, in quibus inuenitur propria ratio vniuerſalis) enumerauit aliquas denominationes extrinſecas, quæ ſunt vnum per accidẽs potiori iure, quàm caput: quia in capite diſpoſitiones accidentales vniuntur phyſicè cum ſubſtãtia; at in denominationibus extrinſecis forma denominans nõ vnitur phyſicè cũ ſubiecto denominato. Idẽ, quod diximus de entibus partialibus, & denominationibus extrinſecis, dicendum eſt de entibus rationis propter eandem rationem.

94 Circa negationes, ſeu carentias eſt maior difficultas, an ſubire poſsint rationẽ vniuerſalis? Poſſunt autem dupliciter cõſiderari. Primò prout à nobis concipiuntur, ac ſi eſſent formæ poſitiuæ: quà ratione ſunt entia rationis, vt dicemus tractatu de Ente rationis, & dicendũ eſt de illis in præſenti idem, quod num. præcedenti in fine diximus de entibus rationis. Secundò poſſunt cõſiderari prout dãtur à parte rei, nempè, vt puræ negationes, ſeu carentiæ: de illis hac ratione ſumptis procedit præſens difficultas. Ex. gr. An à negationibus Petri, & Pauli poſsit abſtrahi negatio hominis, vt ſic, quæ ſit propriè vniuerſalis reſpectu illarum negationum particularium, ſicut homo eſt vniuerſalis reſpectu Petri, & Pauli? Aliqui Recentiores affirmant. Rationes eorum ſoluentur infra.

95 Vera ſententia eſt negationes, ſeu carentias cuiuſcunque rei vt tales nõ poſſe induere rationẽ vniuerſalis propriè ſumpti. Ita PP. Cõnimb. lib. de Gen. q. 2. art. 1. vbi pro ſe adducũt S. Th. in 2. diſt. 28. q. 1. art. 1. & 1. 2. q. 72. ar. 6. Cai. Capr. & Heruę: referũt etiã Lobanienſes cap. de Accid. Probatur primò: quia hæc particula. *omnis homo*; non habet rationem vniuerſalis reſpectu particulariũ hominum: ergo neque hæc, *non homo*, habet rationem vniuerſalis reſpectu negationum hominum particularium. Antecedens datur ab omnibus, qui, licèt concedant particulã *homo*, eſſe propriè vniuerſalem, ſi ſecundùm ſe ſolam

ſum itur; negant tamen ſeruare rationē vniuerſalis (eo modo, quo de vniuerſali loquimur in præſenti) ſi adiungatur illi particula, *omnis*, propter rationē, quam adiungo in probationem conſequétiæ. Conſequētia vero probatur: quia ideò, *omnis homo*, non eſt proprie vniuerſale, quia ratione particulæ, *omnis*, quæ eſt diſtributiua, ſignificat naturam hominis multiplicatam in inferioribus, & propterea eſt falſum dicere, *Petrus eſt omnis homo*: quia videlicèt ſignificatur, Petrū eſſe omnes homines particulares, atqui particula quævis negatiua diſtribuit terminum, quem afficit: ergo cùm dicimus, *non homo*, non ſolùm ſignificamus negationē hominis vt ſic; ſed negationes hominū particularium: ergo ſignificamus negationē hominis vt multiplicatā in negationibus hominū particularium: ergo non abſtrahimus vnam rationem vniuerſalem negationis.

96 Secundo probatur: quia, quod nullū eſſe habet, non poteſt eſſe in multis, neque de illis aſſertiue prædicari, ergo neque induere rationē vniuerſalis. Cōſequētia eſt bona; quia vniuerſale eſt vnū aptum eſſe in multis. Antecedens eſt per ſe manifeſtum, quia, quod non eſt abſolute, quomodo poterit eſſe in alio, aut aſſertiue dici eſſe in alio? ſed ſic eſt, quòd negatio nullū eſſe habet, quia eſt non ens: ergo nō poteſt eſſe in multis; neque aſſertiue de illis prædicari.

97 Dices primò, negationem eſſe ens negatiuum, & ideò poſſe eſſe in alijs, vtens negatiuum. Sed contrà: ens negatiuum nihil aliud eſt, niſi negatio entis: atqui negatio entis non eſt ens; ſed potius cōtradictorium entis, ſicut negatio albedinis non eſt albedō: ſed contradictorium albedinis: ergo implicas in adiecto quando dicis *negatio eſt ens negatiuum*, quia eſt idē ac ſi diceres, *negatio eſt ens, non ens*; ſicut implicares, ſi diceres de aliquo, eſſe ſenſibile inſenſibile. Secundò: ſicut tu dicis, negationes eſſe entia negatiua, dici etiā poterit, eſſe vniuerſalia negatiua: ergo ſicut eſſe entia negatiua, nihil aliud eſt, quàm eſſe non entia, ſeu negationē entis, ita eſſe vniuerſalia negatiua, nihil aliud erit, quàm eſſe non vniuerſalia, aut negationes vniuerſalis.

98 Dices ſecundo: vnitas vniuerſalis in eo conſiſtit, quod plura indiſtinctè cognoſcātur ſecundū aliquam rationem, non cognitis differētijs: ſed poſſunt plures negationes hominis cognoſci indiſtinctè, prout ſunt negationes hominis, nō cognitis rationibus particularibus earum: ergo poſſunt induere vnitatem ſufficiētem ad rationem vniuerſalis. Sed contrà eſt, quòd ad vnitatem vniuerſalis nō ſufficit cognoſcere plura, prout cōueniunt, vel ſunt ſimilia in aliqua ratione; ſed eſt neceſſariū, quod illa ratio non cognoſcatur multiplicata in inferioribus. Dū autem plures negationes hominis cognoſcūtur, prout ſunt negationes hominis, ratio negationis hominis cognoſcitur vt multiplica-

ta in particularibus negationibus, quia cum negatio diſtribuat terminũ, quẽ afficit, eo ipſo quod cognoſco negationem hominis, cognoſco negationes omniũ hominum particularium, etiam ſi expreſsè, & diſtinctè non cognoſcatur, quæ ſint iſtæ particulares negationes: an videlicèt ſint Petri, Ioannis, &c. ſicut, quando habeo cognitionem, per quàm mihi repræſentatur hoc complexũ, *omnis homo*, cognoſco quidêm naturam hominis, vt multiplicatam in particularibus hominibus, etiã ſi expreſsè, & diſtinctè non cognoſcam, qui ſint iſti homines particulares.

9 Vnde ad obiectionem concesſa maiori, diſtinguo minorẽ: Sed poſſunt cognoſci plures negationes hominis, prout ſunt negationes hominis, non cognitis rationibus particularibus earum, prout ſunt determinatæ negationes Petri, Ioannis, &c. concedo: non cognitis rationibus particularibus earum, prout inuoluunt multiplicitatem, nego minorem: & deinde nego conſequentiam: quia ad rationem vniuerſalis non ſufficit, quod plura cognoſcantur ſecundùm eam rationem, in quâ ſunt ſimilia; ſed vltra hoc eſt etiam neceſſarium; quòd ea ratio non cognoſcatur multiplicata in pluribus, vt dictum eſt.

10 Obijcies primò: negatio hominis, & negatio leonis ſunt ſimiles, in hoc, quod eſt eſſe negationes: ergo poteſt ab illis abſtrahi ratio negationis: atqui ratio negationis ſic abſtracta erit vniuerſalis, quia per ipſã abſtractionem fiet vna: præterea erit apta eſſe in ſuis inferioribus, & de illis prædicari: quia verè dicetur, *negatio hominis eſt negatio: negatio leonis eſt negatio*: ergo, &c. Reſpõdeo, negationes poſſe cõſiderari, vt ſunt à parte rei, hoc eſt, vt meræ negationes; vel, prout à nobis concipiuntur. Si primò modo cõſiderentur, eſt falſum primum antecedens: quia, quæ nullum habẽt eſſe, non poſſunt eſſe ſimillia, aut diſsimilia inter ſe: negationes autem conſideratæ, prout ſunt à parte rei, nullum habent eſſe: & ideo neque poſſunt eſſe ſimiles, aut diſſimiles: & propter eandem rationem non poſſunt attingi per cognitionem aſſerentem, quia, quod nullatenus eſt, non poteſt dici eſſe hoc, aut illud; ſed ſemper debent attingi per cognitionem negantem, aut illi æquiualẽtem. Vnde, ſi vellimus attingere negationem aliquam, negationem viſus, v.g. prout in ſe eſt, non debemus dicere, *eſt negatio viſus, paries eſt negatus viſu ſeu, habet negationẽ viſus*: ſed *nõ eſt viſus; paries non eſt videns, ſeu, nõ habet viſum*: quia cum negatio entis reuerà nihil aliud ſit, niſi nõ eſſe ens, tunc cognoſcitur, vt eſt in ſe, quando cognoſcitur nõ eſſe ens. Si verò negationes ſumãtur, prout à nobis cõcipiuntur, eæ quidem frequenter concipiuntur à nobis, ac ſi eſſent aliquid poſitiuum; & ideo poſſumus eas conſiderare, vt ſimiles, & vnam rationem communẽ

nus. Primò enim dixit, Genus eſſe, *cui ſupponuntur ſpecies*, hoc eſt, quod conſtituitur in ſpeciebus: per quam definitionem explicuit aptitudinem ad exiſtendum in pluribus differentibus ſpecie, quæ eſt de eſſentia generis. Secundò dixit. *Genus eſt, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid*, quibus verbis prædicabilitatem, propriam paſsionem Generis declarauit: quia idem eſt apud ipſum, *quod prædicatur de pluribus*; ac, *prædicabile, ſeu vnum aptum prædicari de pluribus*. Hanc definitionem deſumpſit ex Ariſtotele 1. lib. Topic. cap. 4. & eam admittunt omnes Dialectici.

2 *Prædicabile de multis* ponitur loco Generis, in quo hoc prædicabile, & conuenit cum Specie, Differentia, Proprio, & Accidenti; hæc enim omnia prædicari poſſunt de pluribus, ut conſtabit ex dicendis; & ſeparatur ab indiuiduo, quod quidem de pluribus prędicari nequit. Adducitur *Differentibus ſpecie in eo quod quid*, vt per hæc verba explicetur differentia Generis à reliquis prædicabilibus. Pro eorum tamen explicatione.

3 Noto qrimò, idem eſſe prædicari *in quid*, ac prædicari eſſentialiter, vt aperte conſtat ex Ariſtot. pluribus in locis, cui omnes dialectici conſentiunt in hac re. Prędicari vero *in eo quod quid* eſt prædicari eſſentialiter per modum per ſe ſtantis: verba cum illa, *quod quid*, aſſumit frequenter Ariſtoteles ad ſignificandam ſubſtantiam, quæ eſt ens per ſe ſtans. Id conſtat ex lib. 7. Metaphyſic. capit. 3. text. 14. vbi hęc habet Ariſtoteles. *Ipſum quid eſt* (hoc eſt eſſentia) *vno quidem modo ſubſtantiam, & quod quid ſignificat; alio vero quantitatem qualitatem, &c.* vbi pro eodem reputat, *quod quid*; ac, ſubſtantiam. Et infra in fine capitis tex. 16. ait: *Vnum autem dicitur ſicuti, & ens: ens autem quoddam quod quid, quoddam quantum; quoddam quale ſignificat.* Ecce enumerans prædicamenta, primum, quod eſt ſubſtantia, vocat, *quod quid*: ergo in phraſi Ariſtotelis idem erit prædicari *in eo quod quid*, ac prædicari per modum ſubſtantiæ, quod nihil aliud eſt, quam prædicari per modum per ſe ſtantis.

4 Noto ſecundò, compoſitionem Metaphyſicam Speciei ex Genere, & Differentia in multis eſſe ad ſimilitudinem phyſicæ compoſitionis ſubſtantiæ completæ ex materia, & forma ſubſtantiali. Sicut enim in hac compoſitione ita comparantur inter ſe materia, & forma, vt illa nulli inhærens ſubiecto, ſit ex ſe indifferens ad hoc, vel illud compoſitum; & hæc, nempe forma, illi adueniens eam determinet ad hoc potius, quam illud conſtituẽdum; ſic etiam in compoſitione metaphyſica Genus comparatur ad Differentiam tanquam id, quod nulli adueniens ſubiecto eſt in-

indifferens ad hanc, vel illam ſpeciem, & differentia comparatur ad Genus tanquam id, quod illi adueniens ipſum determinat ad hanc ſpeciem prę alia conſtituendam. Deinde, ſicut ex materia, & forma reſultat realiter vna ſubſtātia completa, quæ eſt natura, ſeu eſſentia phyſica ſuppoſiti ſubſtantialis, nempè hominis, aut equi; ita etiam ex genere, & differentia reſultat per intellectum vna ſpecies, quæ eſt eſſentia metaphyſica indiuiduorum, vt dicemus diſp. ſequenti.

5 Hinc ortum eſt primò, quòd propter ſimilitudinem, quam Genus habet cum materiâ, & differentia cum forma ſubſtātiali, Genus apud Dialecticos dicatur eſſe pars materialis, ſeu potētialis; & Differentia pars formalis, ſeu actualis Speciei, & propter eandem rationem dicitur cōmuniter Genus ſumi à materiâ, & differentia à formâ. Ortū eſt ſecundo, quod ſicut in phyſicis tàm materia, quā ſubſtātia completa dicuntur eſſe per ſe, quia in nullo ſubiecto ſuſtētantur, & forma dicitur adiacere, ſeu aduenire alteri, quia aduenit materiæ, vt eam determinet ad conſtituendum hoc compoſitum; ſic etiā in metaphyſicis tàm Genus, quàm Species dicuntur eſſe per ſe, ſeu prædicari de ſuis inferioribus per modum per ſe ſtantis, & Differentia dicitur adiacere Generi, ſeu prædicari de ſuis inferioribus per modum alteri adiacentis.

6 Ex his facile erit poſteriora verba definitionis Generis explicare. Dicitur ergo Genus prędicari *in eo quod quid*, vt per particulam *quid* ſeparetur à Proprio, & Accidenti, quæ nō prædicātur *in quid*: hoc eſt, eſſentialiter: ſed accidentaliter. Per hoc autē, quod eſt prædicari *in eo quod quid*, diſtinguitur à Differentia, quę licet eſſentialiter prædicetur, atque adeò *in quid*; non tamen prędicatur tanquam quid per ſe ſtans; ſed vt quid adiacens alteri, & proptereà dicitur prædicari *in quale quid*, hoc eſt, vt quid eſſentiale adiacens alteri, vt explicabimus diſp. 8. Cæterū quia tàm Species, quàm Genus prædicantur *in eo quod quid*, ſiquidē prædicātur per modū per ſe ſtātis, Species quidē tanquā tota eſſentia, & Genus tanquam pars materialis eſſentiæ: vt diſtingueretur Genus ab Specie, fuit neceſſarium addere *de pluribus differentibus ſpecie*: quia, eo ipſo quòd Genus prædicatur per modum per ſe ſtantis de pluribus ſpeciebus, eſt neceſſarium, quòd prædicetur tanquam pars materialis eſſentiæ, cum id ſolum ſit in ſpeciebus per modum per ſe ſtantis, quod illas cōponit vt materia: & ideò per hęc verba adiūcta illis *in eo quod quid* differt Genus ab Specie, quæ non prædicatur de ſuis inferioribus tanquàm pars materialis eſſentiæ; ſed tanquam tota eſſentia metaphyſica, vt dicemus diſp. 7.

7 Hinc colliges, illas particulas *differentibus ſpecie* poni in definitione Generis, non quia præ-

di-

dicabilia diſtinguantur ſpecie ex eo, quod vnum prædicetur de pluribus ſpeciebus, & aliud de pluribus indiuiduis, vt aliqui putarũt, hoc enim falſum eſt quia vt dicemus infra. Genus vt tale non ſolum prædicatur de pluribus ſpeciebus; ſed etiam de pluribus indiuiduis; & tamen nullus eſt, qui concedat, dari duo prædicabilia Generis; ſed vnum tantum, Ponũtur ergo illa verba, vt per illa ſimul cum illis *in eo quod quid*, denotetur, Genus prædicari tanquã partem materialem eſſentię metaphyſicæ (in quo differt à reliquis prædicabilibus) idque illi conuenit, ſiue de pluribus ſpeciebus, ſiue de pluribus indiuiduis prædicetur. Quia propter clarius tradetur definitio, ſi dicatur. *Genus eſt prædicabile de pluribus tanquam pars materialis eſſentiæ metaphyſicæ illorum*, hoc eſt, tanquam id, quod in eſſentia metaphyſica illorum, de quibus prædicatur, munus obit partis materialis. Ex dictis facilè eſt tradere definitionẽ Generis vt vniuerſalis in hunc modum: *Genus eſt vnum aptum eſſe in pluribus tanquàm pars materialis eſſentiæ metaphyſicæ illorum.*

8 Obijcies: Genus in compoſitione metaphyſica non exercet munus partis materialis: ergo nõ poteſt prædicari, vt pars materialis eſſentiæ metaphyſicæ. Antecedẽs probatur: quia Genus eſt pars materialis, quatenùs indifferens ad plures differẽtias: ſed animal, quod metaphyſicè componit hominem, non eſt indifferens ad plures differentias: componit enim hominem per cognitionem expreſsè repræſentantem identitatem realem ipſius cum rationali; &, animal, quod realiter eſt idem cum rationali, non eſt indifferens ad alias differentias: ergo in prædicta compoſitione non exercet munus partis materialis. Nego primum antecedens. Ad probationem diſtinguo minorem: animal, quod metaphyſicè componit hominem, non eſt indifferens ad plures differentias in actuali compoſitione, concedo: ante actualem compoſitionem, nego minorem: & deinde nego conſequentiam: quia, vt dicatur eſſe pars materialis eſſentiæ, non eſt neceſſarium, quod in actuali compoſitione ſit indifferens: ſed ſufficit, quod præcedat indifferens ratione cognitionis præſcindentis, & colligentis in vnum animalitates omnium ſpecierum.

SECTIO II.

Quid nam propriè definiatur per definitionem Generis?

9 GEnus tria dicit, naturam, videlicèt, quæ denominatur Genus, formam, per quam natura denominatur (quæ forma ſecunda intentio nuncupari ſolet) & totum, ſeu concretum reſultans ex natura & ſecunda intentione. Deinde hoc concretum po-

poteſt ſumi dupliciter. Primò ita, vt dicat ſolam naturam in recto, formam, ſeu ſecundam intentionem in obliquo. Secundo ita, vt in rectò dicat non ſolùm naturam; ſed etiam ſecundam intentionem. Inquirimus ergo; an per ſuprà traditam definitionem Generis definiatur natura generica ſola; vel ſecunda intentio ſola; vel potius concretum? &, ſi concretum, an definiatur, vel dicat vtramque partem in recto, vel potius, ut dicit naturam in recto, & ſecundam intentionem in obliquo.

10 Rurſus concretum accidentale, prout dicens ſubiectum in recto, & formam in obliquo poteſt ſignificari nomine adiectiuo, aut nomine ſubſtantiuo. Per nomen adiectiuum ſignificatur ſubiectum, vt habens formam, & forma vt adiacens, ſeu afficiens ſubiectum: ſic nomen *albus* ſignificat idem, ac, *habens albedinem*. Per nomen verò ſubſtantivum ſignificatur ſubiectum prout habens, reſpiciens, aut connotans aliquid extrinſecum; &, forma tanquam ratio formalis, ratione cuius ſubiectum habet, reſpicit, aut connotat illud extrinſecum. Talia ſunt hæc nomina, *Dominus*, & *Pater*: quorum primum non ſignificat *habens dominium*; ſed, *habens ſeruum*; & ſecundum non ſignificat *habens paternitatem*; ſed *habens filium*, ſignificantur tamen his nomibus dominium, & paternitas tanquam rationes formales, ratione quarum is, qui eſt pater, aut Dominus, habet, reſpicit filium, aut ſeruum. Cum autem hoc nomen *Genus* ſit ſubſtantivum ſignificat naturam (quæ eſt obiectum illius concreti) vt prædicabilem de pluribus ſpeciebus; &, ſecundam intentionem (quæ eſt forma) vt rationem formalem, ratione cuius natura generica reſpicit, aut eſt prædicabilis de ipſis ſpeciebus. His poſitis.

11 Certum eſt primò, id, quod definitur in definitione Generis, non eſſe naturam genericam ſecundùm ſe ſolam. Ratio eſt clara: quia per illam definitionem non explicatur eſſentia: aut propria paſsio naturæ ſecundùm ſe ſumptæ: ergo non definitur natura ſola ſecundum ſe ſumpta. Conſequentia eſt bona: quia nulla datur definitio, quæ non explicet eſſentiam, aut propriam paſsionem definiti. Antecedens probatur: quia hoc, quod eſt prædicari de pluribus ſpeciebus, neque eſt de eſſentia, neque propria paſsio animalis (quod quidem eſt natura generica) vt conſtat; alioqui conueniret etiam homini, leoni, &c. quia, quod eſt de eſſentia, aut propria paſsio prædicati ſuperioris, conuenit omnibus inferioribus contentis ſub tali prædicato, vt fatentur omnes, & inductione facile probari poteſt,

Ra-

Digitized by Google

Ratio à priori eſt: quia hoc, quod eſt prædicari de pluribus, non conuenit naturæ genericæ ratione ſui; ſed ratione ſecundę intentionis illi aduenientis: ergo per talem definitionem non definitur natura ſola ſecundùm ſe; ſed prout ſubeſt ſecundæ intẽtioni.

12 Certum eſt ſecundò, id, quod definitur in definitione Generis, non eſſe ſecundam intentionem ſolam. Ratio eſt: quia definitum illius definitionis debet eſſe id, quod prædicari poteſt, ſeu prædicatur de ſpeciebus: ſed ſecunda intentio non poteſt eſſe id, quod prædicatur de ſpeciebus: ergo non poteſt eſſe definitum illius definitionis. Minorem probo: quia in conſenſu omnium animal prout coniunctum cum ſecunda intentione Generis eſt Genus reſpectu hominis, leonis, &c. Et tamen non poteſt affirmari, *homo, aut leo eſt ſecunda intentio addita animali*: ergo ſecunda intentio non poteſt eſſe id quod prædicatur de ſpeciebus contentis ſub genere. Solùm ergo procedit difficultas circa concretum; an, videlicet, concretum Generis definiatur, prout vtramque partem dicit in recto; vel ſolùm prout dicit naturam in recto, & ſecundam intentionem in obliquo?

13 Dico primò: id quod definitur per definitionem Generis, non eſt concretum, prout dicit vtramque partem in recto. Probatur: quia definitum illius definitionis eſt id, quod prædicatur de pluribus ſpeciebus; ſed concretum, prout vtramque partem dicit in recto, non eſt id, quod prędicatur de pluribus ſpeciebus: ergo non eſt definitum illius definitionis. Maior conſtat ex ipſa definitione. Minor probatur: quia id, quod prædicatur de ſpeciebus contentis ſub genere animalis, non eſt concretum reſultans ex animali, & ſecunda intentione Generis: non enim dicimus, *homo eſt genus: equus eſt genus*: ſed, *homo eſt animal: equus eſt animal*: ergo id, quod prædicatur de ſpeciebus, non eſt concretum illud, prout dicit vtranque partem in recto.

14 Reſpondent recentiores, *prædicari*, idem eſſe, ac conſtitui prædicatione, &, cum concretum illud, prout dicit vtranque partem in recto, conſtituatur prædicatione, ideo verè dici, eſſe id, quod prædicatur. Sed contrà: Id eſt, communem vocis ſignificationem euertere: quia in communi omnium exiſtimatione illud dicitur prædicari, quod eſt terminus ſeu obiectum prædicationis: atqui obiectum prædicationis non eſt concretum reſultans ex natura generica, & ſecunda intentione; ſed natura generica: ergo hæc dicetur eſſe id, quod prædicatur, & non totum concretum. Maior eſt certa: quia id dicitur prædicari de aliquo ſubiecto,

Digitized by Google

quod affirmatur identificari cum illo: ſed obiectum prædicationis eſt, quod affirmatur identificari cum ſubiecto; in hac enim prædicatione, *homo eſt animal*, id, quod affirmatur eſſe idem cum homine, eſt animal, quod eſt obiectum ipſius prædicationis: ergo obiectum prædicationis eſt, quod prædicatur; & non concretum reſultans ex obiecto, & ipſa prædicatione. Confirmatur: quia id, quod eſt obiectum amoris, dicitur amari per ipſum amorem; & id, quod eſt obiectum viſionis, dicitur videri per viſionem: neque enim ego dicor videre concretum reſultans ex pariete, & viſione; ſed parietem: ergo id, quod eſt obiectum prædicationis, dicitur prædicari: & non concretum reſultans ex obiecto, & ipſa prædicatione.

15 *Dico* ſecundo: id, quod definitur per definitionem Generis, eſt natura generica, prout ſubeſt ſecundæ intentioni tanquàm formæ, ratione cuius illi cõuenit, eſſe prædicabilem. Itaque definitum definitionis Generis eſt concretum illud, prout dicit naturã in recto, & ſecundam intentionem in obliquo. Hæc eſt communis inter authores. Probatur: quia definitum illius definitionis eſt id, cui conuenit eſſe prædicabile de pluribus, &c. ſed natura generica prout ſubeſt ſecundæ intentioni, eſt id, cùi conuenit eſſe prædicabilem de pluribus, &c. ergo natura generica, prout ſubeſt ſecundæ intentioni, eſt definitum. Minorem probo: quia eſſe prædicabilem de pluribus, &c. conuenit eidem rei, quæ poſtea prædicatur de illis pluribus: ſed id, quod poſtea prædicatur de pluribus ſpeciebus, eſt natura generica prout ſubeſt ſecundæ intentioni prædicationis: ergo id, cui conuenit eſſe prædicabile de pluribus, eſt natura generica prout ſubeſt ſecundæ intentioni prædicabilitatis. Itaque definitio vtramque partem explicat, cum hoc tamen diſcrimine, quod naturam attingit in recto tanquàm id, quod eſt prædicabile, & ſecundam intentionem in obliquo tanquàm id, quo natura eſt prædicabilis. Cæterùm cum naturæ ſecundũ ſe ſumptæ accidat hoc, quod eſt eſſe prædicabilem, ſeu prædicari, & ſecundæ intentioni conueniat eſſentialiter, eſſe id, quo natura eſt prædicabilis, prædicta definitio erit accidentalis reſpectu naturæ ſecundum ſe ſumptæ, & eſſentialis reſpectu ſecundæ intentionis, imò & reſpectu naturæ, prout ſubeſt ſecundæ intentioni reduplicatiuè: quia, ſicut album reduplicatiuè prout album iuxta commune proloquium eſſentialiter eſt diſgregatiuum viſus, ſic etiam natura generica prout ſubeſt ſecundæ intentioni reduplicatiuè, debet eſſe eſſentialiter prędicabilis de pluribùs, &c.

16 Obijcies primò: natura generica, prout ſubeſt ſecundæ intentioni, eſt vnum per accidens: ergo

ergo nõ poteſt definiri. Cõſequẽtia patet ex Ariſt. 7. Met. cap. 3. & 4. vbi docet, ſolã ſubſtantiã definiri poſſe; nõ vero accidens. Antecedẽs probatur quia ſecũda intẽtio cõuenit accidentaliter naturæ genericæ: ergo ex illa, & naturà reſultare debet vnum per accidens, ergo natura, prout ſubeſt ſecundæ intentioni, eſt vnũ per accidens. Hæc obiectio doctrinam extrahet valdè vtilẽ ad plures locutiones, quæ communiter circunferuntur, ſano modo intelligẽdas. Pro eius ſolutione.

17 Noto primò, apud Ariſtotelem duplicem dari definitionẽ: vnam, quæ ſimpliciter, & primariò dicitur talis, ea videlicèt, quæ naturam ſubſtantię explicat: alteram, quæ dicitur definitio ſecundùm quid, & ſecundariò, ea, videlicèt, quæ naturam alicuius accidẽtis explanat. Id traditur expreſſè ab Ariſt. ſuprà tex. 16. vbi ait: *Illud autẽ manifeſtũ eſt, quòd quæ primo, & ſimpliciter definitio, & quod quid erat eſſe, ſubſtãtiarũ eſt: at cæterorũ quoq; ſimiliter eſt: non tamẽ primò*: quibus verbis expreſſè admittit definitionẽ tã ſubſtãtię, quàm reliquorum, hoc eſt, accidentium; cum hoc tamen diſcrimine, quod definitio ſubſtantię primario, & ſimpliciter eſt talis: definitio verò accidentiũ non niſi ſecundariò, & ſecundũ quid. Cuius rationẽ aſsignat ipſe Ariſt. in eo capite: quia, videlicet, cum definitio explicet quod quid erat eſſe, ſeu eſſentiam rei, illud debet dici definiri ſimpliciter, quod habet eſſentiam ſimpliciter; &, illud definiri ſecundùm quid, quod habet eſſentiam ſecundùm quid: atqui ſola ſubſtantia dicitur habere eſſentiam ſimpliciter, ſi quidem ſola illa dicitur ſimpliciter, & abſolutè eſſe; accidentia verò non niſi cum addito, hoc eſt, in eſſe alteri, nempè ſubſtantiæ, & ideò nõ debent dici habere eſſentiam ſimpliciter; ſed cum addito hoc eſt, in eſſentiam, quod quidem eſt habere eſſentiam ſecundùm quid.

18 Noto ſecundo; *ens per accidens*, aut, *vnũ per accidens* poſſe ſumi dupliciter. Primò pro pluribus rebus, quæ ſolũ coiunguntur aut ratione ſubiecti, aut ratione loci, aut ratione tẽporis. Hac ratione dicuntur albedo, & muſica conſtituere vnum omnino peraccidens, quãdo ſunt in eodem homine: per accidens enim omnino eſt, quòd homo muſicus ſit albus: &, quod homo albus ſit muſicus. Secundo ſumitur *vnũ per accidẽs* pro compoſito ex partibus accidentalibus reſultante per vnionẽ aliquam phyſicam, aut intẽtionalem (vt albũ, quod reſultat ex ſubiecto & albedine phyſicè inter ſe vnitis, & viſum, quod reſultat ex obiecto, & viſione intentionaliter vnitis) aut per ſubordinationem, aut rectam diſpoſitionem ipſarũ partium inter ſe; vt exercitus, qui eſt totum coaleſcens ex partibus ſubordinatis; &, domus, quæ coaleſcit ex partib⁹ rectè diſpoſitis. *Vnũ ergo per accidẽs* ſumptũ hoc ſecundo modo poteſt definiri vnica definitione; quia licet partes acci-

accidentaliter coniunguntur; attamen tali modo diſponuntur inter ſe, vt totum aliquod componant à qualibet illarum eſſentialiter diſtinctum; atque adeò poteſt vna definitione diſtinctâ à definitionibus partiũ ſeorſim ſumptarum definiri. At verò *vnum per accidens* primo modo ſumptum non poteſt vna definitione definiri: quia nullum totum reſultat ex partibus, quod eſſentiam habeat diſtinctam à qualibet illarum.

19 Hinc facilè ſoluitur obiectio ſuprà poſita. Diſtinguo antecedens: natura generica, prout ſubeſt ſecundæ intentioni, eſt vnum per accidens reſultans ex partibus interſe vnitis ſaltem intentionaliter, concedo: eſt vnum per accidens, cuius partes nullatenùs vniuntur inter ſe, nego antecedens. Deinde diſtinguo conſequens: nõ poteſt definiri definitione, quæ abſolutè, & ſimpliciter ſit definitio, concedo: definitione, quæ ſecundùm quid, aut cum addito ſit definitio, nego cõſequentiam. Dum autem Ariſtot. 7. Met. cap. 3. dicit, ſolam ſubſtãtiam definiri poſſe, loquitur de definitione abſolutè, & ſimpliciter tali, vt conſtat ex num. 16. Eſt tamen aduertendum, quod licet definitio accidentis dicatur talis ſecundum quid, & cum addito; nihilominus verè, & propriè eſt definitio (prout *propriè* diſtinguitur cõtra *metaphoricè*) quia ea ratione tribuit illi Ariſtoteles definitionem, qua illi tribuit rationem entis: atqui propriè, & verè eſt ens, quia reverà, & non metaphoricè habet eſſe: ergo reuera habet etiam definitionem, quæ nõ dicatur talis per metaphoram (ſicut riſus dicitur de prato) ſed propriè; licet non ita propriè, ac ſubſtantia, vt dictum eſt.

20 Obijcies ſecundò non poteſt dari vna ratio Generis communis omnibus generibus in concreto ſumptis: ergo definitum definitionis Generis non eſt natura, prout ſubeſt ſecundæ intentioni; ſed ſola ſecunda intentio. Conſequentia eſt bona: quia nunquam ſingularia immediatè diffiniuntur vnicà definitione ſecundum ſuas rationes particulares; ſed, prout conueniunt in aliqua ratione omnibus communi, atque adeò, ſi nulla datur ratio Generis cõmunis omnibus generibus in concreto ſumptis, non poterit Genus in concreto ſumptum definiri vnâ definitione. Antecedens verò probatur: quia genera in concreto ſumpta in voluunt naturam genericam, & ſecundã intẽtionem: ſed à naturis genericis nõ poteſt abſtrahi vna ratio communis omnibus, quia aliæ ſunt ſubſtantiæ, aliæ accidentia; aliæ entia realia, aliæ entia rationis; & ſubſtantiæ, ac accidenti; enti reali, ac rationis non poteſt dari vna ratio communis, vt fatentur communiter authores: ergo generibus in concreto ſumptis non poteſt dari vna ratio communis.

21 Nego primũ antecedens. Ad probationẽ conceſſa maiori, diſtin-

diſtinguo minorem: á naturis genericis ſecundùm ſe ſumptis non poteſt abſtrahi vna ratio communis, concedo: à naturis genericis, prout denominatis à ſecunda intentione generis, nego minorem. Quia, licèt naturæ genericæ ſecũdùm ſe ſumptæ nullã habeãt ſimilitudinẽ, ratione cuius poſsit abſtrahi ab illis vna ratio cõmunis; at verò prout ſubſtant ſecũdis intẽtionibus, vel prout à ſecũdis intentionibus denominantur, habẽt aliquam ſimilitudinẽ: quia, ſicut natura animalis prout ſubſtans ſuæ ſecundæ intentioni eſt prædicabilis de ſuis ſpeciebus, ita etiã natura coloris prout ſubſtans ſuæ ſecundæ intentioni eſt etiam prędicabilis de ſuis ſpeciebꝰ atque adeò conueniunt in hoc, quod eſt ſubſtare ſecũdæ intentioni generis, & eſſe prædicabilis de pluribus ſpeciebus, quod eſt conuenire in vna communi ratione Generis in concreto ſumpti.

22 Obijcies tertiò: non datur Genus in communi, quod ſit prædicabile de pluribus ſpeciebus vt pars materialis eſſentiæ: ergo non eſt definitum Genus in communi. Antecedẽs probatur: quia Genus in cõmuni non prædicatur de pluribus generibus ſpecie differentibus: ſed ſolum de pluribus numero diuerſis, de hoc, videlicet, numero genere; & illo numero genere: ergo, &c. Diſtinguo primũ antecedens: non datur Genus in communi, quod ſit prædicabile in actu exercito de pluribus ſpeciebus, concedo: quod ſit prædicabile in actu ſignato de pluribus ſpeciebus, nego antecedens: quia, licèt in Genere in communi ſumpto non exerceatur prædicatio de pluribus; hæc enim tantum exercetur in generibus particularibus: attamen per Genus in communi denotatur prædicabilitas, quę in particularibus exercetur. Hoc idem inuenitur in animali in communi reſpectu animalium ſingularium: animal enim in communi dicitur eſſe principium ſentiendi, non in actu exercito, quia ſenſatio non exercetur, niſi in animalibus ſingularibus; ſed in actu ſignato: quia, dum præſcindimus rationem animalis, denotamus, ſeu exprimimus virtutem ſentiendi, quæ exercetur in indiuiduis animalibus. Hoc autem dicitur *in actu ſignato*, quia, cum prædicata eſſentialia non diſtinguantur inter ſe à parte rei; ſed ſolum per intellectum, illis prout diſtinctis non aliter conuenit eſſe principia diuerſarum operationum quam per aſsignationem intellectus.

SECTIO III.

An Genus vt Genus prædicetur ſolùm de ſpeciebus, vel etiam de indiuiduis?

23 Certum eſt, naturam genericam prædicari non ſolum, de ſpeciebus ſub illa cõtentis, ſed etiam de indiuiduis talium ſpecierum: animal enim non ſolum præ-

di

Digitized by Google

dicatur de homine, & equo, ſed etiã de hoc, & illo homine; hoc, & illo equo. Eſt tamẽ difficultas, an animal de hoc & illo homine; hoc & illo equo prædicetur prædicatione Generis. Pro reſolutione noto, inter indiuidua dari quædam incõpleta metaphyſice; quædam metaphyſice cõpleta. Indiuidua incõpleta dicuntur in quouis indiuiduo reali ſingulæ hæcceitates ſingulorum prædicatorũ eſſentialium, quæ in illo reperiũtur; vt, in Petro hęcceitas ſubſtãtię, hęcceitas corporis; hæcceitas viuentis: hæcceitas ſenſibilis; & hæcceitas rationalis: cuiuis enim prædicato eſſentiali correſpõdet ſua ſingularitas per rationẽ diſtinctã à ſingularitatibus aliorũ prædicatorum eſſentialiũ, quæ cum illo identificantur realiter: quod quidẽ ex eo cõſtat; quòd, ſi à longè videã aliquod corpus moueri, cognoſco eſſe animal, & hoc animal; quin cognoſcã, an ſit rationale, aut irrationale: ergo indiuiiduum animalis ſeparabile eſt per rationẽ ab indiuiduo rationalis. Quod autẽ in eo caſu cognoſcã non ſolùm eſſe animal; ſed etiã eſſe hoc animal, eſt certũ, quia, ſi vno viſo, accedat aliud, cognoſco, eſſe duo animalia diuerſa; nõ ſpecie, quia nõ diſcerno differentiã ſpecificã: ſed numero ergo cognoſco h c animal, & illud animal. Indiuidua metaphyſicè cõpleta ſũt ſingularia ſpeciei infimæ, quæ metaphyſicè coaleſcunt ex ſingularibus omniũ prædicatorũ eſſentialiũ: ſicut enim ſpecies infima metaphyſicè componitur ex prædicatis ſuperioribus, & differentia propria, ſic etiam eius indiuiduum metaphyſicè reſultat ex indiuiduis omnium prædicatorum ſuperiorum, & indiuiduo differentiæ infimæ ſpecificæ, atque adeò Petrus eſt indiuiduũ completum hominis reſultans ex hac ſubſtantia, hoc corpore, hoc viuenti, hoc ſenſibili, & hoc rationali.

24 Dices: Vna ſola differentia ſpecifica contrahit omnia prędicata ſuperiora ad infimam ſpeciem: ergo vna ſola differentia indiuidualis contrahet omnia prædicata ſuperiora ad indiuiduum. Antecedens eſt certum quia ſola differẽtia rationalis contrahit immediate animal, & mediate viuens, corpus, &c. ad eſſe hominis. Conceſſo antecedenti, nego conſequentiã. Ratio diſparitatis conſtat ex dictis: quia cuilibet prædicato ſuperiori hominis, v. g. corpori reſpõdẽt operationes ſingulares, aut connotata ſingularia, ratione quorũ poteſt concipi hoc numero animal, quin concipiatur hoc numero rationale, & hoc numero corpus quin cõcipiatur an ſit hoc numero viuens, &c. atque adeò habemus fundamentũ, vt diſtinguamus differentias indiuiduales pro quolibet prędicato eſſentiali. At verò ſpecie infima inter operationes proprias differẽtiæ infimæ nõ dãtur operationes reſpõdẽtes ſingulis prædicatis ſuperioribus; quia in homine inter operationes proprias rationalis non datur vnus diſcurſus, qui reſpondeat

animali, & alius, qui viuenti, & alius, qui corpori, &c. & propterea non poteſt diſtingui in rationali vna pars, quę ad ſpeciem infimam cōtrahat immediatè corpus; alia, quę viuens; alia, quę ſenſibile &c. ſed vna ſimplex, quæ contrahēdo immediatè animal ad eſſe hominis, cōtrahat mediatè reliqua prędicata ſuperiora.

25 Si autem ſermo ſit de indiuiduis incompletis reſpondentibus naturæ genericæ, certum eſt, non prædicari de illis ipſam naturam prædicatione Generis: ſed prædicatione Speciei, vt in his prædicationibus, *hoc animal eſt animal, illud animal eſt animal*: quia *animal* non comparatur ad hoc, & illud animal vt talia tāquā pars eſſentiæ metaphyſicæ illorum; ſed tanquā tota eſſentia: ergo non prædicatur de illis prædicatione Generis; ſed prædicatione Speciei. Cōſequētia patet: quia quod ad inferiora comparatur vt tota eſſentia, prædicatur de illis prędicatione Speciei, vt dicemus diſput. 7. Antecedens verò probatur: quia, ſicut homo comparatur ad hunc hominem, ita animal ad hoc animal: ſed homo cōparatur ad hunc hominem vt tota eſſentia illius, vt dicemus loco citato: ergo & animal ad hoc animal. Solùm ergo procedit quęſtio de indiuiduis completis: An, videlicet, animal de Petro, & Paulo prædicetur prædicatione Generis, vel potiùs prædicatione Speciei? Prima ſententia tenet, naturam genericam prædicari de indiuiduis completis prædicatione Speciei, non Generis. Ita P. Smigletius in Logica diſput. 5. q. 1. de Gen. Secunda ſentētia docet, naturam genericam prædicari mediatè de indiuiduis prædicatione Generis. Ita Murcia in cap. de Genere q. 1. & alij. Rationes harum ſentētiarū obijcientur infra.

26 Pro explicatione veræ ſententiæ obſeruo primò, prędicabilia, prout ad Logicum ſpectant, nō diſtingui ſpecie ex eo, quod ad diuerſos terminos comparentur, ſed ſolùm ex diuerſo modo reſpiciendi tales terminos. Id conſtat clarè in colore, & animali, quorū primùm cōparatur vt Genus ad albedinem, nigredinem, &c. & ſecundum ad hominem, equū, leonem, &c. & tamen nullus eſt, qui dicat, eſſe duo genera ſpecie diuerſa logicè intra rationem Generis vt talis, certe non alia de cauſa, niſi quia licet quodlibet ex illis ad terminos ſpecie, imo & genere diuerſos comparetur, nihilominùs vtrunque comparatur eodem modo; nam tàm color, quàm animal ad inferiora illi reſpondentia comparātur tanquam pars materialis eſſentiæ illorum. Et ratio à priori eſt: quia logicus non conſiderat naturas vniuerſales ſecundùm ſe, prout ſunt talis naturæ phyſicæ; ſed prout conducunt ad rectam cōſtructionem ſyllogiſmi in recto modo, forma, & figura: atqui eodem modo cōducunt ad rectam conſtructionem ſyllogiſmi, ſi eodem modo comparentur ad ſua inferiora, ſiue ſint in hac

K ma-

materia phyſica, ſiue in illa: ergo ad eandem ſpeciem logicam ſpectāt, quando eodem modo comparantur ad ſua inferiora. Minor eſt certa: quia ad eandem formam, figuram, & modum ſyllogiſticum ſpectat hic ſyllogiſmus, *omnis homo eſt animal*, *Petrus eſt homo*, *ergo Petrus eſt animal*; ac iſte, *omnis albedo eſt color*, *hæc eſt albedo*, *ergo hæc eſt color*: quia, licêt diuerſâ materiâ conſtent, ea tamen diſponitur eodem modo in vtroque, cum eodem modo comparentur extrema cum medio in vno ſyllogiſmo, ac in alio.

27 Obſeruo ſecundò, naturam genericam, ſiue comparetur cum ſpeciebus ſub ea contentis, ſiue cum indiuiduis ipſarum ſpecierum, ſemper ſe habere tanquàm partem materialem eſſentiæ metaphyſicæ indiuiduorum. Ratio eſt: quia natura generica eſt pars materialis ſuarum ſpecierum, vt dictum eſt ſection. 1. ſed ſingulæ ſpecies ſunt tota eſſentia metaphyſica ſuorum indiuiduorum, vt dicemus diſput. ſequente: ergo natura generica eſt pars materialis eſſentiæ indiuiduorum. Obſeruo tertiò, dupliciter poſſe contingere prædicationem immediatam, nempe aut ex parte cognitionis, aut ex parte obiecti. Ex parte cognitionis datur immediata prędicatio quando iudicium attingit identitatem prædicati cum ſubiecto, nulla facta expreſſa mentione prædicati alicuius intermedij; vt in hac, *Petrus eſt animal*. Si verò iudicium expreſſe meminerit alicuius intermedij prædicati, iam erit prędicatio mediata ex parte cognitionis, vt contingit in hac, *Petrus, quia homo, eſt animal*, in qua animal affirmatur eſſe in Petro ratione hominis in ipſo Petro exiſtentis. Prædicatio immediata ex parte obiecti datur, quando ex parte obiecti nihil mediat aut realiter, aut per rationem; aut fundamentaliter, aut formaliter inter ſubiectum, & prædicatum, vt in hac, *Petrus eſt homo*: homo enim immediatè contrahitur ad Petrum per differentiam indiuidualem ipſius Petri. Si verò ex parte obiecti mediet aliquid, ſaltem fundamentaliter inter ſubiectum, & prædicatum, erit prædicatio mediata fundamentaliter ex parte obiecti: talis eſt hæc, *Petrus eſt animal*: quia ex parte obiecti datur fundamētum, vt prius intellectus componat hominem ex animali, & rationali, & deinde ipſum hominem attribuat Petro vt omnibus compertum eſt: ergo ex parte obiecti, fundamentaliter ſaltem mediat homo inter animal, & Petrū. His poſitis.

28 Dico primò: Natura generica prædicari poteſt de indiuiduis cōpletis prædicatione immediatâ ex parte cognitionis. A nullo negatur hæc concluſio; & per ſe eſt manifeſta: quia poteſt quilibet immemor rationalitatis aut naturæ hominis affirmare, *Petrus eſt animal*; ergo ex parte

cog-

cognitionis poteſt immediatè attingi identitas naturæ genericæ cum indiuiduis. Dico ſecundo: Prædicatio Generis de indiuiduis completis eſt mediata fundamentaliter ex parte obiecti. Hæc concluſio communiter ſupponitur ab authoribus. Probatur: quia prius eſt per rationem noſtram habentem fundamentũ in re, quòd animal ſimul cũ rationali cõponat hominem, quâm quod communicetur Petro: ergo ex parte obiecti inter indiuiduum completum, & naturam genericã mediat fundamentaliter ſpecies: atque adeò prædicatio, qua natura generica affirmatur de indiuiduo completo, erit mediata fundamentaliter ex parte obiecti.

29 Dico tertiò: Natura generica prędicatur de indiuiduis cõpletis, prędicatione Generis. Probatur: quia prædicatio Generis eſt illa, in qua prędicatũ affirmatur de ſuis inferioribus tanquàm pars materialis eſſentiæ illorum: ſed natura generica prædicatur de indiuiduis tãquàm pars materialis eſſentiæ illorũ: ergo prædicatur de illis prædicatione Generis. Minor eſt certa: quia eſſentia indiuiduorum eſt Species, vt dicemus diſput. ſequenti: ſed natura generica prædicatur de indiuiduis, tanquã pars materialis Speciei, hanc enim componit Genus vt pars materialis, vt diximus ſect. 1. ergo prædicatur de illis tanquam pars materialis eſſentiæ illorum.

30 Ex dictis inferes primò, adæquatũ correlatiuũ Generis non eſſe ſolas ſpecies; ſed ſpecies ſimul cum indiuiduis. Inferes ſecundò, Genus diuerſa relatione reſpicere indiuidua, ac ſpecies: quia relatio Generis ad ſua inferiora nihil aliud eſt, quâm cognitiones poſsibiles, per quas de illis poteſt prędicari, vt conſtat ex dictis diſp. 5. n. 35. atqui poteſt prędicari Genus de indiuiduis per cognitiones nõ attingentes expreſſe ſpecies, vt dictum eſt in primà, & ſecundà concluſione: ergo poteſt referri ad indiuidua per relationẽ diuerſam ab ea, per quã refertur expreſsè ad ſpecies. Eſt tamẽ hoc diſcrimen inter relationẽ Generis ad ſpecies, & relationẽ eiuſdẽ ad indiuidua, quòd illa pertinet ad eſſentiã ipſius Generis vt prædicabilis; hæc verò ad propriã paſsionem: quia id, per quod primariò cõſtituitur in eſſe prædicabilis de pluribus tãquàm pars materialis eſſentiæ, eſt relatio ad ſpecies, & inde oritur per ſe quod comparetur etiam ad indiuidua contenta ſub talibus ſpeciebus: ex eo enim comparatur ad indiuidua, quia continetur in ſpeciebus cõmunicatis immediatè ipſis indiuiduis: ergo relatio ad ſpecies pertinet ad eſſentiam Generis vt prędicabilis: & relatio ad indiuidua pertinet ad propriam paſsionem. Patet conſequentia: quia ad eſſentiã rei pertinet id, per quod primariò conſtituitur in eſſe talis & ad propriam paſsionem id, quod per ſe oritur ex illo primariò.

31 Obijcies: Genus non reſ-

picit indiuidua vt tale: ergo non prædicatur de illis, vt Genus. Antecedens probatur primò: quia ſi natura animalis non haberet ſub ſe ſpecies aliquas, non eſſet Genus, etiamſi plura indiuidua ſub ſe haberet, ergo relatio Generis ad indiuidua non pertinet ad rationem Generis, vt Genus eſt. Secundo: quia, ſi relatio Generis ad indiuidua, pertineret ad rationem Generis vt talis, Species etiam participaret rationem Generis, cum reſpiciat indiuidua at hoc eſt falſum ergo & illud. Tertio: quia prædicabilitas, quæ terminatur ad ſpecies, eſt diuerſa ab illa, quę terminatur ad indiuidua: ſed quæ terminatur ad ſpecies, eſt prędicabilitas Generis: ergo, quæ terminatur ad indiuidua erit diuerſa à prædicabilitate Generis, ac per conſequens non erit prędicabilitas Generis. Maior eſt certa: quia relationes diſtinguuntur penès ordinem ad diuerſos terminos: ergo, cum vniuerſalitates ſint relationes, diſtingui debent per ordinem ad diuerſos terminos atqui ſpecies, & indiuidua ſunt termini diuerſi: ergo vniuerſalitates ad illa terminatæ erunt diuerſę.

32 Nego primum antecedẽs. Ad primam probationem, conceſſo antecedente, nego conſequentiam. Ratio eſt clara: quia, ſi natura animalis nõ haberet ſub ſe ſpecies; ſed ſolùm indiuidua, non reſpiceret hæc tanquàm pars materialis eſſentiæ ipſorum; ſed tãquàm tota eſſentia, atque adeò non haberet rationẽ Generis reſpectu illorum. Nunc verò, cum habeat ſub ſe ſpecies, quarum eſt pars materialis, non poteſt comparari ad indiuidua harum ſpecierũm, niſi tãquàm pars materialis eſſentiæ illorum, vt conſtat ex dictis, atque adeò comparari debet ad ipſa indiuidua vt Genus. Ad ſecundam probationem, nego maiorem: quia relatio Generis ad indiuidua non pertinet ad rationem Generis præciſſe, quia terminatur ad indiuidua; ſed quia per illam comparatur Genus ad indiuidua tanquam pars materialis eſſentiæ illorum: quod quidem non inuenitur in Specie, quæ ad indiuidua refertur non tanquam pars eſſentiæ; ſed tanquàm tota eſſentia illorum.

33 Ad tertiam probationem, diſtinguo maiorem: prædicabilitas terminata ad ſpecies eſt diuerſa in genere phyſico ab illa, quæ terminatur ad indiuidua, admitto; eſt diuerſa in genere logico, ſub diſtinguo: ſi ſubiectum talis prædicabilitatis comparetur diuerſo modo ad ſpecies, ac ad indiuidua, concedo ſi comparetur eodem modo, nego maiorem. Itaque prædicabilitas, cum nihil aliud ſit, quàm cognitiones, per quas natura prædicari poteſt de inferioribus, neceſſarium eſt, quòd in genere phyſico ſit diuerſa, quãdo habet diuerſum terminum; quia cognitio terminata ad diuerſum terminum, phyſicè loquendo ſemper eſt diuerſa à cognitione terminata ad

ad alium: at in genere logico non diſtinguuntur prædicabilitates, niſi penès diuerſum modum prædicandi: quia ad Logicũ non ſpectat conſiderare naturam phyſicã prædicatorum, quæ affirmat; ſed ſolùm, an hoc vel illo modo comparetur prædicatum cum ſubiecto. Cum autem natura generica eodem modo comparetur ad ſpecies, & ad indiuidua ipſarum ſpecierum; quia ad omnia comparatur tanquam pars materialis eſſentiæ eorum; hinc eſt, quod ad idem prædicabile Generis pertineat tàm comparatio ad ſpecies, quàm ad indiuidua. Ad probationẽ maioris diſtinguo antecedens: relationes diſtinguuntur penès ordinem ad diuerſos terminos in genere phyſico, concedo: in genere logico, nego antecedens. Et eodem modo diſtinguendũ eſt primum conſequens. Et conceſſa minori, diſtinguo vltimum conſequens: vniuerſalitates ad illas terminatæ ſunt diuerſæ in ſpecie phyſica, admitto: in ſpecie logica, nego conſequentiam.

SECTIO IV.

An genus eſſentialiter requirat plures ſpecies?

34 EX dictis diſput.5. ſect.6. conſtat, nullã naturã poſſe eſſe vniuerſalem, niſi illi ſubſint plura inferiora ſaltem de potẽtia Dei. Hoc ergo ſuppoſito, inquirimus in præſenti, an ad hoc, vt natura ſit vniuerſalis vniuerſalitate Generis, ſufficiant plura inferiora ſolo numero diuerſa ſub vna tantùm ſpecie cõtẽta? Vel neceſſariũ ſit plura illi ſubijci ſpecie differẽtia, vt rationẽ Generis ſortiatur?

35 Pro parte negante, eſſe neceſſarias plures ſpecies poteſt ſumi validum argumentũ ex dictis ſect. præcedente: quia Genus vt Genus non ſolum reſpicit plures ſpecies, ſed etiam indiuidua cuiuſlibet ſpeciei: ponamus ergo. Ex. gr. permanente naturà reali animalis in homine, fieri impoſsibiles reliquas ſpecies animalis. In tali caſu natura realis animalis eodem modo reſpiceret indiuidua hominis, ac nunc reſpicit, quandò ſunt poſsibiles reliquæ ſpecies: atqui nunc reſpicit indiuidua hominis, relatione Generis: ergo ſimiliter in caſu poſito de impoſsibilitate aliarũ ſpecierum, reſpiceret eadem indiuidua relatione Generis. Maior probatur: quia in eo caſu maneret in homine eadem natura realis, quæ nunc datur in illo; neque enim entitas hominis connexionem eſſentialẽ habet cum entitate leonis, atque adeò non eſſet, cur, hac deficiẽte, deficeret illa. Deinde natura animalis in eo caſu reſpiceret indiuidua hominis eadem ratione, qua nunc reſpicit, quia ea nunc reſpicit per cognitiones poſsibiles, quibus prædicari poteſt de illis, quæ quidem eædem eſſent in caſu poſito, cum idem ſubiectũ, & prædicatum tunc attingerent, ac modo. Denique in eo caſu præſcin-

etiam forma per materiam: cuius enim formæ non modica perfectio accreſcit ex coniunctione cũ materià, ſine quà (præcipuè, ſi nõ ſit forma rationalis (ſuas operationes exercere nõ poſſet: ergo etiãſi natura animalis perficeretur per rationalitatem in caſu poſito, nõ aſsimilaretur in hoc materiæ potius, quàm formæ. Adde, quod, ſicut animalitas perficitur per rationalitatem, ita etiam rationalitas perficitur per animalitatem; & ideo non eſt, cur vna potiùs, quam alia in hoc aſsimilari dicatur materiæ.

38 Ad argumẽtum adductũ pro parte negante requiri plures ſpecies ad rationem Generis; fateor, Genus vt tale nõ ſolùm reſpicere plures ſpecies; ſed etiam indiuidua ſingulatum ſpecierum. Cæterum ad hoc, vt reſpectus ad indiuidua ſit proprius Generis vt talis: neceſſarium eſt; quod in natura generica præcederet reſpect° ad plures ſpecies, per quem ipſa natura conſtituatur in eſſe Generis: alioqui non erit pars materialis eſſentiæ, quod quidem neceſſarium eſt ad rationem Generis, vt conſtat ex dictis. Hinc eſt, quòd licèt in caſu poſito perſeueraret in homine eadẽ natura realis animalis, quæ modò eſt in illo, & compararetur ad indiuidua per eaſdem cognitiones poſsibiles, per quas modo cõparatur (demus hoc (nihilominùs non haberet rationem Generis: quia nunc non conſtituitur in eſſe Generis præſciſse per relationem, ſeu cõparationẽ ad indiuidua hominis; ſed dicitur hæc comparatio pertinere ad Genus vt tale, quia per ſe conſequitur prædicabilitatem animalis de homine, quæ quidem non ſecundùm ſe ſolam; ſed prout coniuncta cum prædicabilitate ipſius animalis de reliquis ſpeciebus conſtituit Genus in eſſe talis: cum autem in caſu poſito prædicabilitas animalis de homine non eſſet coniuncta cum prædicabilitate ipſius animalis de reliquis ſpeciebus: non poſſet conſtituere animal in eſſe Generis: ac per conſequens neque comparatio ad indiuidua hominis pertineret ad Genus, vt tale.

39 Rogabis: caſu, quo natura animalis eſſet determinata ad ſolam naturam hominis; ad quodnam prædicabile pertinerẽt prædicationes, in quibus animal prædicaretur de Petro, Ioanne, Franciſco, &c. P. Arriaga hic diſput. ſect. reſpondet, fore prædicationem propriam Speciei, quia Species eſt, quæ prædicatur vt tota eſſentia adæquata: ſed in eo caſu prædicaretur animal vt tota eſſentia hominis, quia formaliter diceret vnam partem, nempè, vnius ſenſibile: & illatiue aliam, rationale videlicèt: valeret enim in eo caſu, *eſt animal, ergo eſt rationale*: ergo, &c. Non placet: quia rationale modo dicit vnam partem hominis expreſsè, ac formaliter; & illatiuè aliam, cum valeat, *eſt rationale, ergo animal*; & tamen nullus eſt, qui dicat rationale præ-

prædicari modò de homine vt totam eſſentiam, ergo neque in eo caſu animal prædicaretur vt tota eſſentia. Et ratio á priori eſt: quia omnia prædicabilia prædicantur formaliter de ſuis inferioribus, vt fatentur communiter authores: atqui illud ſolum cenſetur affirmari de ſubiecto prædicatione formali, quod exprimitur ex parte prædicati, vel formaliter includitur in iſto: ergo, ſi illud quod exprimitur ex parte prædicati, aut includitur formaliter in ipſo non eſt tota eſſentia, nō prædicabitur adæquatè, ſeu vt tota eſſentia; etiamſi reliqua pertinentia ad ipſam eſſentiam inferantur ex tali prædicato.

40 Reſpondeo. In eo caſu ſenſibile, & rationale eſſent quaſi duę partes integrantes, ex quibus differentia adæquata hominis metaphyſicè integraretur. Vel ergo in prædicatione affirmaretur ſenſibile in indiuiduis; ſic prædicatio directè pertineret ad prædicabile. Differētiæ: quia quamuis ſenſibile non eſſet differētia adæquatæ cōſtitutiua hominis, eſſet tamē differentia inadæquata illius, ratione cuius differret à reliquis viuentibus. Vel in prædicatione affirmaretur de indiuiduis hominis concretum reſultans ex viuenti, & ſenſibili, quod eſt animal, & ſic prædicatio reductiuè pertinere poſſet ad prędicabile Speciei: quia licèt tunc nō prędicaretur de indiuiduis tota eſſentia; prædicaretur tamen conſtitutum ex genere infimo, & parte integrali differentiæ vltimæ, quod ſufficeret, vt reducenda eſſet prædicatio ad prædicabile Speciei, cuius eſt prædicare de indiuiduis cōſtitutum ex genere infimo, & integra differētia vltima.

SECTIO V.

An genus prædicetur de ſuis inferioribus vt totum, vel vt pars.

41 Genus habet rationem partis, & rationem totius. Rationem partis habet relatè ad differentiam, cum quâ ſpeciem componit. Rationem verò totius relatè ad inferiora quæ ſub ſe continet. In Genere autem vt relato ad ſua inferiora duo inueniuntur; & quòd ſit vnum, & quod ſit aptum eſſe in ipſis, ac prædicari de illis. Prout vnum, eſt totum quoddam Metaphyſicum coaleſcens ex omnibus ſpeciebus vt cognitis per cognitionem, quæ & expreſse repræſentat rationem, in qua ſunt ſimiles; &, non repræſentat expreſsè rationes, per quas differunt inter ſe. Ex. gr. animal prout vnum inuoluit omnes ſpecies animalis vt cognitas per cognitionem, quæ & repræſentat expreſsè animalitatem hominis, animalitatem leonis, animalitatem equi, &c. ratione quarum ſunt ſimilia omnia animalia: &, non repræſentat expreſse differentias, ratione quorum differunt inter ſe. Hoc autem dicitur totum metaphyſicum, quia

ad

ad Metaphyſicum ſpectat præſciſsio prædicatorum ; eſt tamen totum metaphyſicum quaſi integrale:quia coaleſcit ex animalitate hominis, ex animalitate leonis, &c.tanquã ex partibus ipſum integrantibus: at vero prout coaleſcit ex viuenti, & ſenſibili dicitur totum metaphyſicum eſſentiale ; quia viuens , & ſenſibile , componunt animal tamquam genus , & differentia , quæ in compoſitione Metaphyſica habent munus partium eſſentialium.

42 Genus verò prout aptum eſſe in ſpeciebus , & de illis prædicari eſt totum quoddam potentiale, & logicum. Dicitur eſſe totum ; quia ſub ſe continet omnes illas ſpecies, ad quas extenditur: Potentiale verò, quia eas non cõtinet actu expreſſo, ſaltem ſecundùm rationes proprias ſingularum; ſed ſolùm in potentia, quatenus poteſt conſtitui in illis per cognitionem expreſsè repræſentantem identitatem realem ipſius cum ſingulis ſpeciebus expreſsè cognitis: & ſecundum hanc rationem ſingulæ ſpecies prout expreſſè cognoſcibiles per cognitionem expreſsè repræſentantem prædictam identitatem, ſunt partes poteſtatiuæ Generis vt totius potentialis. Dicitur præterea totum logicum, quia conſideratio eius ſub hac ratione ſpectat ad logicum Hinc conſtat non ſolum Genus dici totum potentiale, & logicum reſpectu ſuarum ſpecierum; ſed etiam quodlibet ex prædicabilibus reſpectu ſuorum inferiorum: quodlibet enim ex illis eſt aptum eſſe in ſuis inferioribus per cognitionem expreſsè repræſentantem identitatem eius cum ipſis.

43 Præterea genus habet rationẽ partis in potentia, & rationem partis in actu: Pars in potentia dicitur, dùm præſciſſum â differentijs eſt aptum ſpecies cum illis componere per cognitionem exprimentem eius identitatem cum ipſis differẽtijs. Pars in actu dicitur, dùm quamlibet ſpeciem cõponit actu per prædictam cognitionem. Itaque natura generica præſciſſa ab ſpeciebus, per ipſam præſciſsionem conſtituitur totũ quoddam metaphyſicũ integralę coaleſcens ex omnibus ſpeciebus ſecundùm eam rationẽ, ſecũdum quã ſunt ſimiles inter ſe : & per eandem præſciſsionem conſtituitur totum eſſentiale metaphyſicum, ſi in ſe includat genus aliud ſuperius, & differentiam: vt, animal, quod includit viuẽs, & ſenſibile. Deinde hæc eadem natura iam præſciſſa conſtituitur totum potentiale, & logicum per cognitiones poſsibiles, per quas poteſt expreſsè cognoſci vt identificata cum ſpeciebus, & pars in potẽtia per cognitiones poſsibiles , per quas poteſt expreſsè cognoſci, vt identificata cum differẽtijs. Pars vero in actu conſtituitur per cognitionem expreſsè repræſentantem talem identitatem, ipſius videlicèt naturæ genericæ cum differentia, per quam contrahitur ad deter-

determinatam ſpeciem. His poſitis.

44 Difficultas eſt: an Genus in actuali prædicatione prædicetur de ſuis ſpeciebus vt totum metaphyſicum, aut potentiale, & logicum; vel potiùs vt pars in potentia, aut vt pars in actu? Prima ſententia affirmat, Genus prædicari de ſuis ſpeciebus vt partem actualem. Ita Venetus capit. de Spec. ad finem, & refertur Caiet. cap. de Gener. Secunda ſententia docet, Genus prædicari non vt partem in actu; ſed ſolùm vt partem in potentia. Hæc tribuitur Cantero cap. de Gen. dub. 7. Tertia ſententia docet. Genus prædicari vt totum potentiale. Ita Sot. in hoc cap. quæſt. vnica P. Suar. in Met. diſp. 25. ſect. 11. num. 16. P. Rub, in q. 5.

45 Hoc diſſidium potiùs eſt de nomine; quàm de re. Vel ergo dûm inquirimus, an Genus prædicetur vt totum, vel vt pars? reduplicamus ſolam naturam genericam; vel ſecundam intentionem, per quam conſtituitur totum, aut pars, &c. Si reduplicetur ſola natura, ſenſus erit; Genus prædicatur vt id, quod eſt totum quoddã metaphyſicũ, & potẽtiale. & pars in potentia, ac in actu. Et in hoc ſenſu certũ eſt, Genus prædicari non ſolum vt totũ tàm metaphyſicum, quàm logicũ; ſed etiam vt partem tàm in actu, quàm in potentia: quia quando prædicatur animal de homine, v.g. prædicatur natura animalis, quæ ante prędicationem habet rationẽ non ſolùm totiùs tàm metaphyſici, quã potentialis, & logici; ſed etiã partis in potentia; & in ipſa prædicatione habet rationem partis in actu: ergo verè dicitur prædicari vt id, quod eſt totum metaphyſicum, & logicum, ſeu potentiale, &, vt id, quod eſt pars tàm in potentia, quàm in actu.

46 Si verò in prædictis locutionibus reduplicetur ſecunda intentio, ſenſus erit: Genus prædicatur vt totum, vel vt pars., ita vt ex parte prædicati non ſolùm affirmetur de ſpecieb⁹ natura generica, ſed etiam ſecunda intentio, per quam ipſa natura conſtituitur in eſſe totius, aut in eſſe partis, &c. Et in hoc ſenſu certum eſt, Genus neque vt totum, neque vt partem prędicari de ſpecieb⁹: quia, quando animal prædicatur de homine, ſola natura animalis affirmatur de illo; non vero ſecunda intentio: alioqui non ſolùm eſſet verum dicere, *homo eſt animal*; ſed etiam, *homo eſt vnum aptum eſſe, & prædicari de pluribus ſpeciebus: & cõponens, ſeu aptũ componere ſimul cum differẽtia ipſum hominẽ*, hoc autẽ nullus non fatetur, eſſe falſum: ergo dicendũ non eſt Genus prædicari vt totũ, aut vt partẽ reduplicando ex parte prædicati ſecundam intentionem totius partis, &c.

47 Obijcies S. Thomam in 1. diſt. 15. & opuſc. de ente, & eſſent. cap. 3. vbi ait: *Si animal non eſſet totum, quod eſt homo, non prædicaretur de eo, cũ nulla pars prædicetur de ſuo toto*; ergo, ſentit S. Tho.

Tho. Genus prædicari de ſpeciebus vt totum: non aliud, niſi potentiale: ergo ex mente S. Thom. prædicatur vt totum potentiale. Aliqui reſpondent, animal prędicari vt totũ, quod eſt homo, quia animal in ea prædicatione ex parte prædicati dicit expreſsè vnam partem hominis, nempè principium ſentiẽdi; & confuſsè aliam, nempè id, per quod homo dffert à reliquis animalibus.

48 Non acquieſco: quia id, quod per aliquam prædicationem attingitur expreſsè ex parte ſubiecti, non poteſt dici attingi cõfuſè ex parte prædicati: ſed in ea prędicatione attingitur expreſsè ex parte ſubiecti id, per quod homo differt à reliquis animalibus: ergo non poteſt hoc idem attingi cõfuſsè ex parte prædicati. Maior eſt certa: quia in communi omnium ſententia cognitio cõfuſa alicuius formalitatis, dicitur illa, quæ expreſsè repręſentat aliã identificatam realiter cum illa, non attingendo ipſam expreſsè; atque adeò, ſi in prædicatione ex parte ſubiecti attingitur expreſsè id, per quod homo differt à reliquis; non poteſt hoc idem attingi confusè ex parte prædicati per eandem prædicationem. Minor verò facilè probatur: quia in ea prædicatione attingitur expreſsé ex parte ſubiecti homo vt talis, ſed homo conſtituitur in eſſe talis per id, per quod differt à reliquis animalibus: ergo ex parte ſubiecti cognoſcitur expreſsè id, per quod homo differt à reliquis: Fateor, hanc differentiam non ita expreſsè concipi per conceptum hominis, ac cognoſcitur per conceptum definitionis illius: de quo dicam in fine huius ſectionis.

49 Inſtabis: per prædicationem, qua animal prædicatur de homine, non cognoſcitur expreſſe differentia hominis ex parte prædicati: ergo cognoſcitur confusê ex parte ipſius prædicati. Conceſſo antecedente, nego conſequentiam: quia ad hoc, vt confuſe attingeretur differentia hominis ex parte prædicati, neceſſarium erat, quod neque ex parte ſubiecti expreſsè attingeretur, vt conſtat ex dictis. Vide, quæ diximus ſupra diſp. 5. ſect. 5 à num. 57. Ad teſtimonium ergo adductum ſupra ex S. Thoma reſpondeo, animal, vt prædicetur de homine, debere eſſe realiter totum, quod eſt homo: ſi enim realiter non eſſet totum, quod eſt homo, eſſet tantùm aliqua pars realis illius, & ideò non poſſet affirmari in prædicatione, quod eſſet idem, ac homo. Et in hoc ſenſu locutus eſt Doctor Angelicus.

50 Rogas: in hac prædicatione, *homo eſt animal*, quidnam concipitur ex parte ſubiecti? Reſpondeò: duplici modo poteſt fieri prędicatio iſta. *Primo*, ita vt ex parte ſubiecti concipiatur tota eſſentia hominis expreſſe in ordine ad accidentia, ad quæ per ſe, & primario ordinatur homo; qualia ſunt ſenſatio, & ratiocinatio. ſen-

ſatio

ſatio enim eſt operatio, quam animal vt tale primario, & per ſe attingit; & ratiocinatio operatio, quam rationale, vt tale per ſe reſpicit, & primario: & ſic ſenſus illius prædicationis erit: *Principiũ ſentiendi, & ratiocinandi eſt principium ſentiendi*, quæ quidẽ prædicatio bona eſt, & formalis, vt conſtabit ex dicendis circa prædicationes.

51 Secundò, ita poteſt fieri prædicatio, vt ex parte ſubiecti concipiatur eſſentia hominis in ordine ad accidentia, quæ licet ita propria hominis ſint, vt per illa â quolibet alio animali diſcernatur, nihilominus eſſentia ipſius hominis non explicatur immediatè per illa, quia non ſunt ex ijs, ad quę primario ordinatur ipſe homo. Talia ſunt hæc membrorum diſpoſitio, hæc facies, hæ manus, hoc caput, &c. quæ quidem propria hominis dicuntur; quia neceſſaria ſunt ad exercendas operationes ſentiendi, & ratiocinandi; ad quas primarió, & per ſe ordinatur ipſe homo. Dum autem ſic concipitur homo, dici ſolet concipi cõfusè eſſentia hominis: quia licèt expreſsiùs concipiatur, quã dùm ſolùm animal expreſſe concipitur, tamen non ita expreſſè, ac, quando immediatè cõcipitur in ordine ad ſenſationem, & ratiocinationem. Vnde proindè eſt in hoc caſu dicere, *homo eſt animal*; ac dicere, *principium horum accidentium* (eorum, quæ enumerauimus) *eſt principium ſentiendi*.

DISPVTATIO VII.

De Specie, & Indiuiduo.

COgnitâ naturâ Generis, progredimur ad inueſtigandam naturam Speciei: quæ eſt Generis correlatiua: & quia hæc refertur ad indiuidua, de his etiam agemus in hac diſputatione.

SECTIO I.

Quot modis accipiatur ſpecies apud Logicos?

1 SPecies apud logicos vocatur cõceptus quidam eſſentialis, qui immediatè præſcinditur ab indiuiduis; qui, quidem cõceptus per ipſam abſtractionem conſtituitur in eſſe ſpeciei abſolutè, & vocari ſolet ſpecies metaphyſica. Hæc ſic iam cõſtituta admittit duplicẽ reſpectum: vnum, per quem comparatur ad indiuidua tanquam id, quod poteſt eſſe in illis, & de ipſis immediatè prędicari, ratione cuius dicitur ſpecies vniuerſalis, & prædicabilis, quod eſt eſſe ſpeciem logicam: alterum, per quem cõparatur ad genus ſuperius (ſi aliquod ſupra ſe habeat) vt id, quod immediatè ipſi ſubijcitur, ratione cuius reſpectus dicitur ſpecies ſubijcibilis. Iã autem eſt communiter receptũ, quòd prædicatum quodlibet ab alijs inferioribus adhùc ſpecie diſtinctis pręſciſſum, ſi alicui generi ſupe-

ſuperiori ſubijciatur, dicatur ſpecies ſubijcibilis.

2 Et propterea hæc eſt duplex: vna infima, ſeu atoma; alia ſubalterna. Species infima dicitur illa, quæ ita ſubijcitur generi, vt non habeat ſub ſe alias ſpecies, quæ ipſi ſubijciantur. Subalterna dicitur illa; quæ tali modo ſubijcitur generi, vt aliæ ipſi ſpecies ſubijciantur. Prioris exemplū ſit *homo*, qui ita ſubijcitur animali, vt nulla inferiora ſpecie diſtincta ſub ſe contineat. Poſterioris exēplum ſit *animal*, quod ita ſubijcitur viuenti, vt ſub ſe habeat plures ſpecies, hominem videlicet, equum, &c.

3 Ex hoc infero, omnem naturam, quæ eſt ſpecies ſubijcibilis ſubalterna, eſſe genus: quia, cum ſub ſe comprehendat plures ſpecies, iam eſt apta eſſe, & prædicari de pluribus differentibus ſpecie. Infero ſecundò, naturā, quæ eſt ſpecies infima, debet habere infra ſe plura indiuidua: neq; enim ſpecies dici poteſt, niſi à pluribus indiuiduis præſcindatur, vt conſtat ex dictis diſp. 5. ſect. 6. p. 2. Infero tertio, non omnem naturam, quæ eſt ſpecies vniuerſalis, eſſe ſpeciem ſubijcibilem: quia, vt dictum eſt diſp. 6. ſect. 3. quodlibet prædicatū eſſentiale eſt ſpecies vniuerſalis reſpectu indiuiduorum illi reſpondentium; vt, *animal* eſt ſpecies reſpectu huius, & illius animalis; *rationale* reſpectu huius, & illius rationalis; *ſubſtantia* reſpectu huius, & illius ſubſtantiæ, &c. ſed aliqua dantur eſſentialia prædicata, quæ non ſunt ſpecies ſubijcibiles, vt *ſubſtantia*, quæ eſt genus ſupremum prædicamenti ſubſtantiæ; hæc enim non habet ſupra ſe aliud genus, cui ſubijciatur: ergo datur aliqua ſpecies vniuerſalis, quæ non eſt ſpecies ſubijcibilis; ac per conſequens neceſſarium non eſt, quod omnis ſpecies vniuerſalis ſit ſubijcibilis.

4 Hic eſt aduertendum, quod, ſicut inter ſpecies datur vna infima; quæ non habeat infra ſe aliās ſpecies; ita inter genera datur vnum ſupremum, ſupra quod nullum aliud ſit. Talis eſt *ſubſtantia completa* in prædicamēto ſubſtantiæ; & *quantitas* in prædicamēto quantitatis, &c. (vt dicemus in tractatu de Prædicamentis) quia licèt à ſubſtantia completa poſſit abſtrahi conceptus entis; & à quantitate, qualitate: &c. cōceptus accidentis; tamen neque ens habet rationem generis reſpectu ſubſtantiæ: neque accidens reſpectu quantitatis, qualitatis, &c. vt dicemus in tractatu de Analogia. Deinde datur genus infimum, & eſt illud, quòd cum ſubijciatur alteri generi ſuperiori, non habet infra ſe alia genera inferiora. Tale eſt *animal*, quod ſubijcitur viuenti vt generi cuidam ſuperiori, & non habet infra ſe alia genera: etenim inferiora illius ſunt homo equus, &c. quæ non ſunt genera; ſed ſpecies infimę.

5 Sic ergo cōſtituendus eſt ordo prædicamentalis in *ſubſtantia* (& idem ſuo modò erit in reliquis præ-

quod licèt ſubijciatur Generi vt vniuerſali, & vt prædicabili; non tamen immediatè ex parte obiecti; ſed mediatè fundamentaliter: quia ex parte obiecti datur fundamentum, vt inter indiuidua completa, & Genus interponamus Speciem; ſecùs verò vt inter Speciem, & Genus aliquod prædicatum diſtinguamus.

8 Obijcies: Genus definitum eſt à Porphirio per Speciem: ergo non poteſt Species definiri per Genus. Probo conſequentiam primò: quia daretur circulus vitioſus. Secundò, quia idem eſſet notius, & ignotius reſpectu eiuſdem: nam Genus, vtpotè quod definitur per ſpeciem, erit ignotius illa; ex aliâ parte cum Species definiatur per Genus, eſt neceſſarium, quod hoc ſit notius illâ: ac per conſequens idem Genus erit notius, & ignotius reſpectu Speciei. Tertiò: quia, ſi Species definiretur per Genus, ipſum Genus poſſet poni in definitione ſui ipſius: hoc non poteſt concedi, quia nihil definiri poteſt per ſe ipſum; ergo neque illud. Maior probatur: quia loco partis poſitæ in definitione licet ponere eius definitionem: vt quando homo definitur per animal rationalè, loco *animalis*, licèt ponere eius definitionem hoc eſt, *viuens ſenſibile*; & ideò rectè definitur homo, ſi dicatur, *eſt viuens ſenſibile rationale*: ergo, dùm Genus definitur per Speciē, loco Speciei licebit ponere eius definitionem: ergo, ſi Species iterum definitur per Genus, licebit ponere in definitione Generis ipſum Genus.

9 Reſpondeo ad obiectionem Speciem ſubijcibilem duo inuoluere, nempè, & naturā ſpecificā, prout includit defferentiam, ratione cuius ſeparatur à reliquis ſpeciebus, & ſubijcibilitatem, ratione cuius Generi ſubſtituitur. Dum autem Genus definitur, non aſſumitur in eius definitione Species, vt dicit ſubijcibilitatem, ſed ſolùm vt dicit naturam ſpecificā. Deinde cognitum iam Genus per ordinem ad naturam ſpecificam ſecundùm ſe, aſſumitur in definitione Speciei vt ſubijcibilis, ad explicandam talem ſubijcibilitatem.

10 Ex eo quod infero primò non dari circulū vitioſum in prædictis definitionibus: quia Species non definitur per Genus ſub ea ratione, quâ ipſa pertinet ad definitionem ipſius Generis, ſed ſub diuerſa, vt conſtat ex dictis. Infero ſecundò, idem non eſſe notius, & ignotius reſpectu eiuſdem: quia Genus, quod, cum definiatur per Speciem ſecundùm ſe, eſt ignotius illa ſub hac ratione; eſt notius eâdem ſub diuerſâ ratione, nempè prout ſubijcibili. Infero tertiò, Genus non poſſe poni in definitione ſui ipſius: quia, licet ipſum ponatur in definitione Speciei, vt ſubijcibilis; non tamen ponitur in definitione explicante Speciem ſub ea ratione, qua hæc pertinet ad illius definitionem: quia Species pertinet ad

defi-

definitionem Generis, prout inroluit differentiam, per quam à reliquis ſpeciebus ſeparatur, & ſecundùm hanc rationem non definitur per genus, vt conſtat.

11 Iam facilè erit aſsignare definitum definitionum Speciei, quas ſupra adduximus ex Porphirio. Definitum enim eſt natura ſpecifica, prout ſub eſt ſecundæ intentioni ſubijcibilitatis; ita tamen, vt natura definiatur tanquam id, quòd ſubijcitur Generi, & ſecunda intentio tanquam id, quò ipſa natura ſubijcitur: iuxta ea, quæ diſput. 6. ſect. 2. diximus circa definitum definitionis Generis. Prętereà ſecunda intentio, per quam natura ſpecifica conſtituitur ſubijcibilis Generi vt vniuerſali, eſt apprehenſio poſsibilis, per quam poteſt apprehendi identificata cum naturà generica. Et, ſecunda intentio, per quam ipſa natura ſpecifica conſtituitur ſubijcibilis Generi, vt prædicabili, eſt iudicium poſsibile, per quod ipſum Genus poteſt affirmari de ipſa naturà ſpecificà iuxta ea, quæ diximus diſp. 5. ſect. 3. part. 3. circa conſtructionem vniuerſalis.

SECTIO III.

An Species ſubijcibilis, vt ſubijcibilis, ſit vniuerſalis, aut ècontra.

12 EX dictis conſtat, Speciem ſubijcibilem vt talem duo inuoluere, & ſubijcibilitatē, per quam Generi ſubſtituitur; & naturam aliquam præſciſſam ab inferioribus, quæ quidem, ſi ab inferioribus Specie differentibus præſcindatur, vt ſic præſciſſa dicetur Genus metaphyſicum; ſi verò ab indiuiduis immediatè abſtrahatur, vt ſic abſtracta dicetur ſpecies metaphyſica, ac per conſequens vtraq; erit vniuerſale metaphyſicum. Deinde vtraque natura eſt vniuerſale logicum reſpectu inferiorum, à quibus præſcinditur, quia eſt apta eſſe in illis, & de ipſis prædicari. Præterea hæc aptitudo, ſeu reſpectus ad inferiora diuerſus omnino eſt à ſubijcibilitate: quia per hanc natura præſciſſa comparatur ad Genus tanquàm ad ſuperius; per illam verò comparatur ad inferiora, à quibus præſcinditur. Eſt ergo difficultas in præſenti, an ſubijcibilitas, & vniuerſalitas Logica ita ſe habeant in Specie, vt hæc oriatur ab illa tāquam propria paſsio ab eſſentia, vel è contra? Si autem vniuerſalitas logica oriatur à ſubijcibilitate, verè affirmabitur, ſpeciem ſubijcibilē in quantùm ſubijcibilem eſſe vniuerſalē logicè: vel è contra, ſi ſubijcibilitas oriatur ab vniuerſalitate logica. Sicut ex eo, quod riſibilitas oriatur per ſe ab homine vt tali, verè dicitur homo in quātùm homo eſſe riſibilis.

13 Caietan. cap. præcedenti docet, vniuerſalitatem logicam Speciei, & prædicabilitatem ita comparari cum ſubijcibilitate, vt hæc ſe habeat, vt eſſentia; illæ

verò

verò vt propriæ paſsiones ab illa procedẽtes per intellectum. Vndè infert, Speciem ſubijcibilẽ in quantùm ſubijcibilem eſſe vniuerſalem Logicè, & prædicabilem. P. Tolet. quæſt. 1. huius cap. docet, vniuerſalitatem Logicam Speciei eſſe eſſentiam ipſius prædicabilitatem verò, & ſubijcibilitatẽ eſſe proprias paſsiones. Vndè iuxta hanc ſentẽtiam rectè dicetur, Speciem in quantum vniuerſalem Logicè, eſſe prædicabilem de inferioribus, & ſubijcibilem Generi ſuperiori.

14 Dicendum tamen eſt, vniuerſalitatem Logicam, & ſubijcibilitatem Speciei non ſubordinari inter ſe tanquàm eſſentiam, & propriam paſsionem; ſed ſe habere tanquàm duas rationes diſparatas aduenientes naturæ conſtitutæ in eſſe vniuerſalis Metaphyſici. Ita P. Rub. hic quæſtio. 2. Et in primis, quod iſti reſpectus aduenìant naturæ conſtitutæ in eſſe vniuerſalis Metaphyſici, facilè probatur; quia ad hoc, vt conceptus aliquis dicatur ſpecificus, eſt neceſſariũ, quòd præſcindi poſsit à pluribus: alioqui enim erit conceptus indiuidualis, vt conſtat ex dictis diſput. 5. ſect. 6. part. atqui hoc ipſo quod à pluribus præſcindatur, erit vniuerſale Metaphyſicum iuxta dicta ſupra diſp. 1. ſect. 1. n. 4. ergo reſpectus Speciei ſubijcibilis, & vniuerſalis Logici aduenìunt naturæ conſtitutæ in eſſe vniuerſalis Metaphyſici.

15 Deindè certum eſt, ſubijcibilitatem non eſſe proprietatem per ſe, & neceſſario conſequentẽ vniuerſalitatem Logicam Speciei: quia plures dantur ſpecies Logicè vniuerſales, & prædicabiles de ſuis inferioribus, quæ nõ ſunt ſubijcibiles: ergo ſubijcibilitas non conſequitur neceſſario vniuerſalitatem Logicã Speciei. Antecedens conſtat in ſupremis generibus prædicamentorũ, quæ quidem, vt dictum eſt ſectione 1. num. 3. ſunt ſpecies vniuerſales, & prædicabiles reſpectu indiuiduorum immediatè illis reſpondentium; vt, *ſubſtantia* reſpectu huius, & illius numero ſubſtantiæ, & *quantitas* reſpectu huius, & illius numero quantitatis; & tamen non ſunt ſpecies ſubijcibiles, quia non ſubijciuntur alicui generi ſuperiori, cum illud non habeant.

16 Prætereà, quod neque vniuerſalitas Logica ſit proprietas per ſe ſupponens in Specie ſubijcibilitatem formalem; probatur: quia natura ſpecifica eatenus eſt vniuerſalis Logicè, & prædicabilis, quatenùs eſt vnum aptum eſſe in pluribus indiuiduis, & de illis prædicari; ſed hæc omnia illi conueniunt independenter à ſubijcibilitate: ergo per accidens ſe habet hæc ad illam. Minorem probo: quia natura ſpecifica eſt vna formaliter per præſciſsionem ab inferioribus: deinde apta eſſe in illis, & de illis prædicari conſtituitur formaliter per cognitiones poſsibiles, per quas poteſt cognoſci in ipſis inferioribus, &

candum modò, quid ſit Species vniuerſalis, ſeu prædicabilis. Sic eam definiuit Porphirius in hoc cap. *Species eſt, quæ prædicatur* (immediatè fundamentaliter ex parte obiecti) *de pluribus differentibus numero in eo, quod quid*. Loco generis ponitur, *quæ prædicatur de pluribus*: & eſt idem apud Porhiriũ ac, *quæ apta eſt prædicari de pluribus*, vt notaui initio diſp. præcedẽtis ſect.1. circa definitionẽ Generis. In hoc autẽ conuenit cum reliquis prædicabilibus: differt vero à Genere per hoc, quod eſt, *prædicari immediate de pluribus differentibus numero*: quia, licèt Genus prædicetur de pluribus indiuiduis; nõ tamen immediatè, ſed mediatè fundamentaliter ex parte obiecti, vt probaui diſp.6. ſect.3.n.27. Deinde dicitur prędicari *in quid*, quia prædicatur eſſentialiter, in quo differt à Proprio, & Accidẽti. Deniq; additur, *in eo quod quid*, vt denotetur prędicari eſſentialiter per modũ per ſe ſtantis; in quo diſtinguitur à Differentia, quæ licèt eſſentialiter prædicetur; prædicatur tamen per modum alteri adiacentis, vt dicemus diſputat. ſequenti.

19 Cæterùm cum in compoſitione metaphyſica id ſolùm ſe habeat per modum per ſe ſtantis, quod aut gerit munus partis materialis, aut rationem ſortitur eſſentiæ completæ, vt dictum eſt, diſp.6. ſect.1.n.4. & 5. &, ſpecies non habeat rationem partis materialis, quia id, eſt proprium Generis, neceſſarium eſt, quod prædicetur tãquã tota eſſentia metaphyſica. Vnde idẽ erit apud Porhiriũ. *Prædicari immediate de pluribus differẽtib' numero in eo quod quid, ac prædicari de pluribus tãquã totã eſſentiã metaphyſicam*: atque adeò clariùs definietur Species prædicabilis. *Eſt vnũ aptum prædicari de pluribus tanquã tota eſſentia metaphyſica*: & vt vniuerſalis, *eſt vnũ aptum eſſe in pluribus tanquã tota eſſentia metaphyſica*.

20 Eſt tamen difficultas, & non leuis in explicãdo, qua ratione dici poſsit Species eſſe tota eſſentia metaphyſica? quia vel ſermo eſt de eſſẽtia indiuiduorũ; & ſic Species nõ poteſt dici tota eſſentia ipſorũ, cum hæc pręter ſpeciẽ includat ſuas differẽtias indiuiduales; vel ſermo eſt de eſſẽtia naturę ſpecificę; & ſi nõ eſt maior ratio, cur Species dicatur tota eſſentia, quã Gen': quia, ſicut Species eſt tota eſſẽtia naturæ ſpecificæ, ita, & Genus eſt tota eſſentia naturæ genericæ. Relictis aliorũ ſolutionibus.

21 Id explicãdũ eſt per analogiã & ſimilitudinẽ ad ſubſtãtias phyſicas. In his enim datur compoſitio phyſica ex materia, & forma, ex quib' coaleſcit cõpoſitũ, quod vocatur natura ſubſtãtialis. Deinde natura ſubſtãtialis ex ſe eſt indifferens ad hoc, vel illud ſuppoſitum cõſtituendũ, & per modũ quẽdã, qui ſubſiſtẽria dicitur, vltimò cõpletur, & determinatur ad hoc ſuppoſitũ præ alio cõſtituẽdũ, ita vt ex vtraq; reſultet vnũ omnino incommunicabile cuicũq; alteri ſuppoſito. In ſuppoſito autẽ ſola

& indiuiduatio complementum ipſius eſſentiæ.

24 Huic doctrinæ aperte fauet Ariſt. nam, cum lib. 1. Topic. cap. 4. & lib. 7. Met. cap. 4. & 5. doceat definitionem eſſe *orationẽ quod quid eſt eſſe rei* (id eſt eſſentiam) *ſignificantem*; eodem lib. 7. Met. tex. 13. docet in ſolis ſpeciebus inueniri *quod quid erat eſſe rei* hoc eſt eſſentiã: ergo ſentit, ſolam ſpeciem habere rationẽ eſſentiæ metaphyſicæ. Imò c. 17. addit ſingularia nõ poſſe definiri: certè, nõ aliã de cauſa, niſi quia putat ſingularitates, ſeu indiuiduationes non pertinere ad eſſentiã, ad quam ſolam explicandã dirigitur definitio. Ratio à priori huius eſt: quia ſola ſpecies eſt radix, ſeu principiũ operationum, quæ oriuntur à quolibet indiuiduo; indiuiduatio verò ſolũ eſt cõditio per ſe requiſita ad hoc, vt ſpecies exerceat, & executioni mãdet effectus, quos in ſe continet. Cuius non leue indiciũ eſt, quod inter indiuidua eiuſdem ſpeciei nullus eſt effectus ab vno procedens, qui ab alio procedere non poſſit, ſi diſpoſitiones habeat requiſitas: ex quarum defectu nõnulli homines non eliciunt tàm perfectas operationes, ac alij, qui perfectioribus diſpoſitionibus inſtructi ſunt. Hæc dicta intelligantur de indiuiduis ſubſtantię, & ad ſimilitudinem illorum philoſophandum eſt de indiuiduis accidentium.

25 Ad rationem dubitandi adductam num. 20. reſpondeò, quod, dum Species dicitur eſſe tota eſſentia metaphyſica, ſermo eſt de eſſentia indiuiduorũ: quia, licèt hæc præter Speciem includat differentias indiuiduales, ſola Species habet munus eſſentiæ, ſi propriè loquendum ſit, & indiuiduatio ſolùm ſe habet vt cõplementum eſſentiæ, vt in ſuperioribus probatum eſt. Dices: quidquid eſt de conceptu formali alicuius rei, dicitur eſſe de eſſentia illius: ſed indiuiduatio eſt de conceptu formali indiuiduorum: ergo eſt de eſſentia illorum. Diſtinguo maiorem: quidquid eſt de conceptu formali alicuius rei, dicitur eſſe de eſſentia illius, ſi eſſentia ſumatur laxè, cõcedo; ſi ſumatur ſtrictè, negò maiorẽ: quia ad hoc, vt propriè, & ſtrictè loquendo, conceptus aliquis ſit de eſſentia alicuius, præter hoc, quod eſt eſſe de conceptu formali illius, requiritur, quod pertineat ad conceptum ſpecificum illius, vt probatum eſt: indiuiduatio vero non pertinet ad conceptum ſpecificum; ſed eſt extra illum, & ideò non poteſt dici ſtrictè de eſſentia indiuidui: ſed laxè tantùm.

26 Rogabis: an in quolibet indiuiduo contineatur tota perfectio naturæ ſpecificæ, &, in qualibet ſpecie tota perfectio naturæ genericæ? Reſpondeo, duplicem poſſe diſtingui perfectionem tam in natura generica, quàm in ſpecifica: vnam extenſiuam intenſiuam alteram, vel quaſi intẽſiuam. Perfectio intenſiua alicuius formalitatis dicitur illa, quæ ei conuenit ſecundùm ſe in ordine ad pro-

gũtur in ipſo Indiuiduo, licèt ſingulæ ſint accidentia communia. In hoc ſecundo ſenſu eſt communiter recepta definitio apud authores, & hæ ſolent numerari proprietates. *Formá, figura, locus, tẽpus, cum nomine, ſanguis, Patria ſunt ſeptem, quæ non habet vnus, & alter.* Et ideo hæc non tam eſt definitio, quàm deſcriptio quædã imperfecta explicans indiuiduũ per accidẽtia communia, ratione quorum per ſenſus percipimus, & diſcernimus indiuidua: tũc enim Indiuiduum hoc, Petrũ v,g. cognoſcimus vt talem, & diſcernimus ab alio, quando ſenſibus, aut intellectu percipimus occupare locum, qui ab alio nõ poteſt in eodem tempore occupari, aut alia accidentia habere, quæ ſimul alteri conuenire nequeunt. Hæc deſcriptio non ſolùm poteſt acommodari indiuiduis ſubſtantiæ corporeæ; ſed etiam omnibus alijs tàm ſubſtantiæ ſpiritualis, quàm cuiuslibet accidentis: quia, licèt accidentia, quæ cõmuniter enumerari dixim' in collectione proprietatum indiuidualiũ, collectiuè ſumpta ſoli conueniant ſubſtãtiæ corporeæ; nihilominus quodlibet indiuiduum, quodcũque ſit, habet collectionem accidẽtium, aut circunſtantiarũ, ratione quorum poteſt cadere ſub deſcriptionem à Porhirio traditam.

30 S. Thomas 1. part. q. 29. art. 4. aliam tradidit definitionẽ indiuidui primò intẽtionaliter ſũpti: nempè, *Indiuiduũ eſt indiuiſum in ſe, & diuiſũ à quolibet alio* Hæc tamen definitio non explicat immediate conceptũ formalem. Indiuidui, ſed proprietatem quandam illius vnitatem, videlicet, indiuidualem, quæ eſt paſsio-ſeu proprietas Indiuidui, per quã ipſum indiuiduum conſtituitur indiuiſum, ſeu indiuiſibile in ſe ipſum eo modo, quo diximus diſp. 1. ſect. 2. An verò quęlibet ex illis definitionibus ſit vna explicans vnam rationem communem omnibus indiuiduis, dicemus ſectione ſequente.

31 Indiuiduum primò diuiditur in ſubſtantiale, & accidẽtale: Subſtantiale eſt indiuiduum ſubſtantiæ. Accidentale indiuiduum accidẽtis. Deinde vtrumque diuiditur in phyſicum, & metaphyſicum. Phyſicũ eſt, entitas cuiuslibet, prout datur à parte rei. Metaphyſicũ eſt id, quod coaleſcit ex ſpecie infima, & differentia indiuiduali. Deinde vtrũque diuiditur in cõpletum, & in incõpletũ. Cõpletum eſt, quod nõ ordinatur ex natura ſua ad componẽdũ aliud. Incompletũ, quod ex natura ſua ordinatur ad componendũ aliud. In exemplum omnium poſſumus adducere Petrũ: hic enim eſt indiuiduum ſubſtantiæ, vt conſtat, Deindé, prout phyſicè coaleſcit ex materiâ, & formà rationali taliter, vt non ordinetur ad componendum aliud indiuiduũ. dicitur eſſe indiuiduum phyſicum cõpletũ. Præterea, prout eſt quid coaleſcens ex omnibus prędicatis eſſentialibus, & differentijs indiuidualibus reſpondentibus ſingulis præ-

prędicatis, eſt cópletũ metaphyſi cè. Deniq; in Petro continentur hæc numero materia, & hæc numero forma, quæ ſunt indiuidua incópleta phyſicè quia ex natura ſua ordinantur ad componendum phyſicè ipſum Petrũ. Deinde continetur etiã hoc animal: quod eſt indiuiduum incóp etũ metaphyſicè; quia ſimul cum hoc rationali componit metaphyſicè vnum indiuiduũ metaphyſicè completũ.

SECTIO VI.

An ab indiuiduis primò intẽtionaliter ſumptis poſſit abſtrahi vna ratio indiuidualis cõmunis omnibus indiuiduis?

82 INdiuiduũ primo intentionaliter ſumptũ tria dicit vt tale. Primum eſt differentia indiuidualis realis, per quã conſtituitur in eſſe indiuidui, & ſingularis; & hæc eſt ratio eſſentialis, ſeu primaria Indiuidui vt talis, quã nonnulli dicũt eſſe radicẽ proprietatum realium per ſe conſequentiũ realiter ipſum Indiuiduũ vt tale. Secũdum eſt vnitas realis indiuidualis per quam indiuiduum conſtituitur in eſſe vnius, ſeu indiuiſibilis in ſe ipſum; & hæc eſt paſsio, ſeu attributũ per ſe noſtro modo concipiendi cõſequens ſingularitatẽ, ſeu indiuiduationẽ realẽ. Tertiũ eſt collectio proprietatũ, quę non eſt eadem in alio; & hæc eſt quaſi proprietas realiter aduenięns Indiuiduo. In præſenti ergo inquirimus: an omnia indiuidua conueniant vniuócè in vna ratione ſingularis ab ipſis abſtracta, vel in vna ratione vnius, vel in vna ratione habendi collectionem proprietatum, &c. Quæuis autem ex his rationibus, ſi abſtrahatur, dicetur vna ratio realis; non quia habeat vnitatem realem ante operationem intellectus; ſed quia ea ratio, quæ fiet vna per abſtractionem intellectus, eſt quodam prædicatum reale indiuiduorum.

33 Prima ſentẽtia affirmat, omnia indiuidua cõuenire vniuocè in vna ratione ſingularis ab ipſis abſtracta: Hęc eſt P. Rub. in Log. c. de Spec. q. 6. & pro ſe adducit Caiet. Cãter. & putat eſſe S. Thomæ 1. p. q. 30: art. 4. ſed ibi Doctor Angelicus ſolùm dicit, nomen *Perſona* eſſe commune cõmunitate rationis, non ſicut Genus, aut Speciẽ; ſed ſicut. Indiuiduum vagũ. Ex quibus verbis nullatenus colligi poteſt dari vnum conceptum Indiuidui vniuocè communẽ omnibus: quia bene poteſt contingere, quod Indiuiduũ vagum ſit cõmune cõmunitate rationis, & tamen non ſit vniuocum, cum cõmunitas rationis latius pateat, quam vniuocatio, vt conſtabit ex dicendis circa vniuoca, & analoga. Rationes huius ſentẽtiæ obijcientur infrâ, & mentẽ Angelici Doctoris explicabimus in ſecunda concluſione. Secunda ſentẽtia negat dari vllam rationem indiuidualem vniuocè cõmunem omnibus indiuiduis. Ita Sotus hic quæſtion. vnica in ſolutione ad ſecundum, & nonnulli recentiores.

Meam

Meam ſententiam duabus cõcluſionibus explicabo.

PARS I.

Non poteſt ab indiuiduis abſtrahi vna ratio indiuidui realis omnibus communis.

34 DIco primò: Ab indiuiduis prout indiuidua ſunt realiter, ſeu ſingularia, non poteſt abſtrahi vna ratio. Indiuidui cõmunis omnibus. Hæc concluſio eſt Soti, & aliorum. Probatur: quia res diuerſæ non poſſunt cõuenire in ea ratione, ſecundùm quã ſunt diuerſæ; ſed indiuidua ſunt diuerſa inter ſe ratione differentiæ indiuidualis ergo non poſſunt conuenire in ipſa differentia indiuiduali: ergò nõ poteſt ab illis abſtrahi vna ratio. Indiuidui cõmunis omnibus. Maior eſt certa: quia ad hoc, vt à rebus realiter diſtinctis abſtrahatur vna ratio communis omnibus, nullum aliud datur fundamentum, niſi ſimilitudo, quam experimur inter illa, atque adeò eæ rationes, in quibus diſsimilia ſunt, non poſſunt eſſe fundamẽtũ, vt ab illis abſtrahatur vna ratio cõmunis. Minorẽ probo: quia Petrus, & Ioannes diſsident inter ſe ratione illarum formalitatũ per quas in eſſe Petri, & Ioannis conſtituuntur: ſed conſtituuntur in eſſe Petri, & Ioannis per differentias indiuiduales: ergo diſsident interſe per ipſas differentias indiuiduales.

35 Reſpondet P. Rub. ſuprà n. 34. indiuidua vt talia poſſe cõſiderari duobus modis. Primò, vt ſignificantur nomine particulari, & proprio Petri, Ioannis, &c. Secundo, prout indiuidua, & particularia ſunt, non determinando hanc, aut illam differẽtiam indiuidualem propriam Petri, Ioannis, &c. Ait ergo, ſecũdùm primã conſiderationem nihil commune habere poſſe indiuidua; benè tamen iuxta ſecundã: quia, licèt in ratione determinati indiuidui nullam habeant ſimilitudinẽ; habent tamẽ aliquã in rationẽ. Indiuidui vt ſic. Sed cõtra: Petrus, & Paulus diſsident inter ſe ratione differentiarum indiuidualiũ nõ ſolùm prout determinatæ ſunt; ſed etiã prout differentiæ indiuiduales vt ſic ergo nullã habent ſimilitudinem, ratione cuius conuenire poſſint in ratione indiuidui. Antecedens eſt certum: quia Petrus ratione differentiæ indiuidualis vt differentię indiuidualis eſt diuerſus ab omnib' alijs inter quos eſt Paulus; deinde Paul' ratione ſuæ differentiæ indiuidualis prout indiuidualis, eſt diuerſus ab omnibus alijs, inter quos eſt Petrus, & ſic de cæteris: ergo diſsident interſe ratione differentiarum indiuidualium non ſolum prout determinatæ ſunt; ſed etiam prout indiuiduales vt ſic. Antecedens eſt certum: quia differentia indiuidualis in conſenſu omnium eſt id, per quod vnunquodque eſt realiter diuerſum à quocumque alio.

36 Cõfirmatur: quia, vt indiuidua in vna ratione Indiuidui vt ſic cõuenirent, neceſſarium erat, quòd id quod Petro, v.g. conuenit in ratione Indiuidui, conueniret

ret etiam Paulo: atqui non conuenit idem vni, & alteri in ratione Indiuidui: ergo non poſſunt conuenire in vna ratione Indiuidui. Maior eſt certa. Minor probatur: quia Petrus in ratione Indiuidui eſt diuerſus à quocunque alio, à Paulo videlicet, Ioanne, Antonio, &c. atqui Paulo in ratione Indiuidui non conuenit eſſe diuerſũ à ſe ipſo; ſed à Petro, Ioanne, Antonio, &c. & ſic de reliquis: ergo nulli indiuiduo ad huc in ratione Indiuidui cõuenit idẽ, quod conuenit alteri in ratione Indiuidui.

37 Dices: poteſt cognoſci Indiuiduũ vt ſic, quin diſcernatur, an ſit Petrꝰ, aut Paulus: ergo ab omnibus indiuiduis poteſt abſtrahi vna ratio communis indiuidui. Patet conſequentia: quia ex eo ab omnibus hominibus poteſt abſtrahi vna ratio communis hominis; quia poteſt concipi homo, quin concipiatur hic, & ille homo ergo idem dicendum erit de Indiuiduo. Nego primam conſequentiã. Ad probationem reſpondeo, ideò abſtrahi hominem vt ſic à ſingularibus hominibus, quia ita poteſt concipi ratio hominis ſine ſingularibus, vt non cõcipiatur multiplicata in pluribus. At quando cõcipio Indiuiduum vt ſic ſine hoc, aut illo determinato, reuerà cõcipio rationem indiuidualẽ multiplicatam in pluribus(licèt non concipiam illa plura ſub nomine proprio, & determinato)quia cõcipio Indiuiduum vt diuerſum à quocunque alio præter ipſum. Cũ autẽ hoc, quod eſt, eſſe diuerſum à quocunque alio præter ipſum, diuerſa ratione inueniatur in vno, quàm in alio; vt probatum eſt; neceſſarium eſt; quod tunc concipiã plures rationes diuerſitatis; atq; adeò hoc nomẽ *Indiuiduum* eſt æquiuocum, quia plura ſignificat vt diſtincta, licèt non ſub nomine proprio, & determinato. Id explicari poteſt à paritate huius conceptus, *omnis homo*: iſte enim in cõſenſu omnium nõ abſtrahit vnã rationem communem hominibus ſingularibus, certè nõ alia de cauſa, niſi, quia licet non repræſentet plures homines ſub nomine proprio, & determinato ſingulorum, nihilominùs repræſentat pluralitatem hominum: ergo idem dicendum erit de conceptu Indiuidui vt ſic, cum is repræſentet pluralitatem indiuiduorum, quorum ſingula ſunt diuerſa ab omnibus alijs.

38 Ex hoc infero primò, non poſſe ab indiuiduis abſtrahi vnam rationem communem ipſis, prout ſunt radix proprietatum, quæ in alio reperi non poſſunt (ſi fortè de ratione indiuiduorum eſt eſſe radicem talium proprietatum.) Ratio deſumitur ex dictis; quia hoc indiuiduum, Petrus, v. g. ratione ſuæ differentiæ indiuidualis prout diſtincta eſt à differẽtia indiuiduali Pauli eſt radix proprietatum, quæ in Paulo reperiri non poſſunt; & idem eſt de Paulo: ergo indiuidua prout inter ſe differentia, ſunt radix proprietatum, &c. Sed à differentibus ie-

cun-

cundùm eam rationem, in qua differunt, non poteſt abſtrahi vna ratio cõmunis illis: ergo ab indiui duis, prout ſunt radix proprietatum, quæ in alio reperiri non poſſunt non poteſt abſtrahi vna ratiò communis omnibus. Cõfirmatur: quia collectio proprietatũ Petri pertinet ad Petrum, prout eſt diſtincta à collectione proprietatũ Pauli: ergo Petrus prout diſtinctus â Paulo eſt radix huius collectionis. Cõſequẽtia eſt bona: quia Petrus nõ poteſt eſſe radix collectionis diſtinctæ ab alia collectione, niſi quatenus eſt diſtinctus ab eo, qui eſt radix alterius collectionis. Antecedẽs probatur: quia collectio proprietatũ Petri ea ratione pertinet ad ipſum Petrum, quà in alio reperiri nequit: ſed hoc, quod eſt nõ poſſe reperiri in alio, conuenit illi, quatenus eſt diſtincta à proprietatibus cuiuſcunque alterius: quia, quatenùs cum illis conuenit, non implicat reperiri in alijs: ergo collectio proprietatũ Petri pertinet ad Petrum, prout eſt diſtincta à collectione proprietatum Pauli.

36 Infero ſecundò indiuidua non poſſe conuenire in hoc, quod eſt actu habere collectionem proprietatum, quę in alio reperiri nequit; ac per cõſequens neque poſſe ab illis abſtrahi vnam rationẽ habẽtis talem collectionem. Ratio eſt: quia hoc indiuiduũ prout habens collectionẽ proprietatũ, quæ in alio reperiri nequit, diſsidet à quocunque alio prout habẽte collectionem proprietatum illi reſpondentium: ergo non poſſunt conuenire in hoc, quod eſt habere talem collectionem. Conſequentia eſt bona: quia, vt ſæpe diximus, non poſſunt duo aliqua cõuenire in ea ratione, in qua diſsident. Antecedẽs eſt certum: quia hoc indiuiduum diſsidet ab alijs per hoc, quod in illis reperiri nequit ſed collectio proprietatum, quæ non poteſt eſſe in alio niſi in hoc indiuiduo, non poteſt reperiri in alijs indiuiduis: ergo hoc indiuiduũ diſsidet ab alijs per hoc, quod eſt habere talem collectionem. Hinc eſt, quod definitio indiuidui ſupra tradita ex Porphirio eſt vna ſecũdum vocẽ tantùm; & non ſecundum rem ſignificatam: quia ſignificat plures res ſecundũ diuerſas rationes. Cõtra hanc doctrinam adducitur argumentum deſumptũ ex relationibus diſsimilitudinis, quæ quidem conueniunt in hoc, quod eſt eſſe diſsimilitudines: Hoc tamen argumentũ ſoluetur, quando agamus de prædicamento relationis.

PARS II.

Poteſt ab indiuiduis abſtrahi vna ratio vnius omnibus communis.

40 Dico ſecundò: Omnia indiuidua ita conueniunt in hoc, quod eſt eſſe *vnũ numero*, vt ab illis poſsit abſtrahi vna ratio *vnius*, quæ ſit omnibus cõmunis. An vero hæc ratio dicenda ſit vniuoca cõſtabit ex dicẽdis circa naturã vniuocorum. Pro hac cõclu-

ſione

ſione adduci poſſunt authores primæ ſententiæ. Et in hunc ſenſum intelligo S. Thomam ibi adductũ ex 1.part.q.30.art.4.vbi ait, *nomẽ perſona eſſe cõmune cõmunitate rationis, ſicut indiuiduũ vagũ*: quia quæſtione antecedẽti definierat. Indiuiduum per hoc, quod eſt eſſe *Indiuiſũ in ſe ipſũ*, quã ſupra num. 30. diximus eſſe definitionẽ Indiuidui prout eſt *vnum numero*. Probatur hæc concluſio: quia poteſt cõcipi vnum numero, quin cõcipiatur, an hoc ſit Petrus, aut Paulus; vel an dentur plura, quæ ſint vnũ numero: ergo poteſt abſtrahi ab indiuiduis vna ratio *vnius numero*. Conſequẽtia eſt bona: quia abſtrahere vnam rationẽ à pluribus nihil aliud eſt, quã cognoſcere expreſsè eam rationẽ, nõ cognitis expreſſe pluribus, vel ſub nomine proprio, & determinato ſingulorum, vel ſaltem ſub ratione pluriũ. Antecedens probatur: quia audita hac voce, *vnũ numero*, non venimus in cognitionem expreſſam Petri, aut Pauli, aut plurium; ſed tãtùm cognoſcimus expreſſe *indiuiſibile in ſe ipſum*, vt experientia docet: ergo cognoſcitur expreſſe ratio *vnius*, quin expreſsè cognoſcatur vel Petrus aut Paulus, &c. vel pluralitas aliquorum: ergo præſcinditur vna ratio vnius ab omnibus indiuiduis. Hæc autem ratio vnius pertinet ad quartum prædicabile, quia abſtrahitur ab indiuiduis tãquam proprietas illorum.

41 Obijcies primò: ad hoc, vt ratio aliqua ſit vna, non ſufficit, quod præſcindatur à ſuis inferioribus; ſed eſt etiam neceſſarium, quod non tranſcendat differentias ipſorum inferiorum, vt diximus diſput. 1. ſect. 2. num. 9. atqui vnitas numerica tranſcendit differentias indiuiduorum: ergo non poteſt ab illis abſtrahi vna ratio *vnitatis*, ſeu *vnius*. Nego minorẽ quia ad hoc, vt vnitas tranſcenderet differentias indiuiduales, erat neceſſarium, quod hæ non poſſent concipi expreſſe, quin expreſſe cõciperetur vnitas: at poſſunt concipi expreſſè, non cõcepta expreſſe vnitate: ſæpè enim exprimimus Petrum, aut Paulum, &c. quin meminerimus, an ſit indiuiſibilis in ſe ipſum, vt experientia conſtat: ergo vnitas non tranſcendit differentias indiuiduales. Inſtabis: vnitas eſt paſsio entis: ſed ens trãſcẽdit formaliter differentias indiuiduales: ergo & vnitas numerica debet tranſcendere formaliter ipſas differentias. Diſtinguo maiorem: vnitas eſt paſsio entis formaliter diſtincta, ſaltem inadæquate (in tractatu de Analogia dicam, quid ſit diſtinctio inadæquata) ab ipſo ente concedo: formaliter indiſtincta nego maiorem. Deinde conceſſa minori, nego conſequentiam: quia nulla differentia poteſt concipi expreſsè, quin expreſsè concipiatur ens, vt dicemus in tractatu de Analogia at quælibet poteſt concipi, quin expreſſè cõcipiatur vnitas, vt probatum eſt.

42 Obijcies ſecundò: ſi à Petro, & Paulo abſtraheretur vna ra-

tia

tio *vnius*, ſeu *vnitatis*, deberet cõtrahi ad ipſos per aliquam differentiam indiuidualem, atqui nulla poteſt dari differentia indiuidualis per quam ad illos contrahatur talis ratio: ergo non poteſt abſtrahi. Minor probatur: quia differentia illa indiuidualis, per quã vnitas in communi contraheretur ad Petrum, conſtitueret vnitatem quandam ſingularem quæ eſſet vna numero diſtincta ab vnitate ſingulari Pauli: ergo deberet dari aliqua vnitas, per quam conſtitueretur vna numero. Rurſus hæc vnitas conueniret in ratione vnitatis cum vnitate, quæ vnitatem Pauli vnam numero conſtitueret; atque adeò neceſſarium eſſet aſsignare alias differentias indiuiduales, per quas vnitas vnitatis Petri, & vnitas vnitatis Pauli diſtinguerentur numero. Deinde; idem argumentum poſſet fieri de illis, & ſic daretur proceſſus in finitũ differentiarum indiuidualium vnitatis, qui admittendus non eſt: ergo neque admittendæ ſunt differentiæ indiuiduales contrahentes vnitatem aliquam incõmuni; ac per conſequens, neque vnitas in communi abſtracta ab indiuiduis.

43 Reſpondeo rationem illam cõmunem *vnitatis*, ſeu *vnius* abſtractam ab indiuiduis contrahi ad ipſa indiuidua per differentiam indiuidualem ipſorũ, & non per aliam diſtinctam. Itaque ratio *vnius*, ſeu *vnitas* in communi abſtracta à Petro, & Paulo, &c. contrahitur ad Petrum per differentiam indiuidualem ipſius Petri, & ad Paulum per differẽtiam indiuidualem ipſius Pauli; non verò per aliquid adhuc formaliter diſtinctum ab iſtis differẽtijs. Moueor ad id aſſerendum quia, cum vnitas numerica ſit paſsio, ſeu attributum indiuiduorum, non realiter, ſed ſolùm ratione noſtra diſtinctum ab ipſis, ſufficienter contrahitur ad hoc, vt ſit propria huius per differentiã indiuidualem ipſius; nec eſt neceſſaria alia differẽtia diſtincta. Deinde ad hoc, vt hæc vnitas ſit vna numero; nõ requiritur alia vnitas ſuperaddita: quia ſicut actio non producitur per aliam actionẽ; neque vnio vnitur per aliã vnionẽ; ſed per ſe ipſas ſic etiam vnitas numerica cõtracta per differentiã huius indiuidui ſit vna per ſe ipſam, & nõ per aliã vnitatem. Ad obiectionẽ ergo in forma diſtinguo maiorem deberet contrahi ad ipſos per aliquam differentiã indiuidualem formaliter indiſtinctam à differentia indiuiduali ipſorum, concedo: diſtinctam, nego maiorem: & deinde nego minorem. Ad probationẽ diſtinguo antecedens: illa differentia indiuidualis conſtitueret vnitatem quãdam ſingularẽ, quæ eſſet vna numero ab vnitatibus aliorum diſtincta per ſe ipſam formaliter, concedo: per aliquid ſuperadditum, nego antecedens, & deinde nego conſequentiã, ſi ſermo ſit de vnitate aliqua ſuperaddita adhuc per rationem noſtrã.

44 Obijcies tertiò: vnum eſt indiuiſum in ſe, & diuiſum à quolibet alio: ſed ab indiuiduis, prout diuiſa ſunt à quolibet alio, nõ poteſt abſtrahi vna ratio diuiſi à quolibet alio: ergo neque vna ratio vnius. Maior traditur à S. Tho. 1. part. q. 19. art. 4. Minor probatur quia quodlibet indiuiduum diſsidet ab alijs per hoc quod eſt eſſe diuiſum ab illis: ergo non poteſt conuenire cum illis in hoc; quod eſt eſſe diuiſum ab illis. Conſequẽtia patet: quia iuxta doctrinam à nobis traditã in hac ſectione, non poſſunt duo, aut plura aliqua cõuenire in ea ratione, in qua diſsident. Reſpondeo, ad conceptum formalem vnius nõ pertinere formaliter, quod ſit diuiſum à quolibet alio ſed ſolùm, quòd ſit indiuiſum, ſeu indiuiſibile in ſe ipſum, vt ex Ariſt. probauimus diſput. 1. ſect. 4. Cum autem indiuidua non diſsideant inter ſe per hoc, quod eſt eſſe indiuiſa in ſe ipſa; ſed potiùs in hoc ſint ſimilia, nihil eſt, quod prohibeat, poſſe ab illis abſtrahi vnam rationem indiuiſibilitatis communẽ omnibus. Neque S. Tho. in definitione Indiuidui eam particulã, *& diuiſum à quolibet alio* addidit tãquã quid pertinens ad rationẽ formalem vnius; ſed ſolùm vt magis rem explicaret, per id, quod in quolibet indiuiduo experimur inueniri ſimul cum vnitate numerica.

45 Hic eſt aduertendum, rationem communẽ *vnius*, ſeu *vnitatis* æqualiter abſtrahi ab omnibus indiuiduis ſubſtantiæ, & accidentis ita, vt ſit vna omnibus cõmunis, quia cuilibet indiuiduo, ſiue ſit ſubſtantiæ, ſiue accidẽtis, conuenit proprijſsimè hoc, quod eſt eſſe vnum numero, ſeu indiuiſibile in ſe ipſum, cur ergo nõ abſtrahetur ab omnibus vna ratio *vnius* omnibus cõmunis? Dices: ſubſtantiæ, & accidenti non poteſt dari ratio aliqua communis, quę ſit vna: ergo neque poteſt abſtrahi ab illis vna ratio vnitatis. Diſtinguo antecedens: non poteſt dari ratio aliqua communis, quæ ſit vna, ſi hæc pertineat ad conceptum eſſentialem ipſorum admitto: ſi ſit extra conceptum eſſentialem ipſorum, nego antecedens: & deinde nego conſequentiam: quia à calore, & animali poteſt abſtrahi ratio generis: quæ reſpectu illorum eſt vna vniuerſalitate pertinente ad quintũ prędicabile. Cum autem vnitas numerica non ſit de conceptu eſſentiali indiuidui; ſed propria paſsio, ſeu attributum illius, non erit, cur non poſsit ab omnibus indiuiduis tàm accidentis, quàm ſubſtantiæ abſtrahi ratio *vnitatis*, ſeu *vnius* quæ reſpectu illorum ſit vna vniuerſalitate pertinente ad quartũ prædicabile?

46 Rogas: an Indiuiduum vagum ſit aliqua ratio, quæ ſit vna communis omnibus indiuiduis? Indiuiduum vagum dicitur ſpecies affecta ſigno aliquo particulari: vt, *quidam homo; aliquis homo*. Reſpõdeo ergo, has dictiones qui-

quidã homo, aliquis homo duplicẽ ſenſum habere poſſe: quia poſſunt ſumi pro eodem, ac *vnus homo*; & in hoc ſenſu ſignificant vnam rationem communem omnibus indiuiduis, vt cõſtat ex dictis pro noſtra ſecunda concluſione. Deinde poſſunt ſumi pro omnibus indiuiduis realibus diſiunctim ſumptis ita, vt *aliquis homo* idem ſignificet, ac, *hic homo, vel hic homo, vel hic homo, &c.* & in hac acceptione nõ ſignificatur per *Tò aliquis homo* vna ratio cõmunis omnibus indiuiduis: ſed ſignificantur omnia indiuidua in ratione plurium ſub disiunctione; vt ex ſe conſtat.

SECTIO VII.

De Indiuiduo ſecundò intentionaliter ſumpto.

47 INdiuiduũ ſecundó intentionaliter ſumptum eſt natura realis indiuidui prout ſubeſt operationi intellectus, quæ dicitur ſecunda intentio. Datur autem duplex ſecunda intentio in Indiuiduo. Vna, per quam conſtituitur ſubijcibilis. Altera, per quam conſtituitur prædicabilis. Deinde per ſecundam intentionem; ſubijcibilis poteſt comparari ad tria extrema, ad Genus, videlicet, Speciem, & ipſum Indiuiduum: ad quæ quidem comparatur, tum vt apta ſunt eſſe in illo: tum vt apta prædicari de illo. Prima comparatio ſe habet vt eſſentia Indiuidui ſubijcibilis, & ſecũda vt propria paſsio. Deinde, hæ comparationes nihil aliud ſunt, quam cognitiones poſsibiles, per quas ea extrema poſſunt conſtitui in Indiuiduo; & de ipſo prædicari: iuxta ea quæ diſput. 7. ſect. 2. diximus circa ſpeciem ſubijcibilem: ea repete.

48 Indiuiduum prædicabile definitur à Porphirio, *quod de vno ſolo prædicatur.* Definitũ huius definitionis eſt entitas indiuidualis, prout denominatur à ſecunda intentione prædicabilis de vno: ita tamen vt entitas indiuidualis attingatur per definitionem tanquàm id, quod prædicatur; *vt quod*, & ſecunda intentio tanquã id, quod prædicatur, *vt quo*, hóc eſt, tanquàm forma, per quam entitas indiuidualis de vno prædicatur. Deinde hoc definitum eſt vna ratio communis Indiuidui abſtracta ab omnibus indiuiduis, prout ſubſunt ſecundæ intentioni; quia licet realiter, & ſecundũ ſe ſumpta nullam habeant ſimilitudinem, ratione cuius poſsit ab illis abſtrahi vna ratio Indiuidui realis, vt dictum eſt ſect. prçcedẽte; tamen, prout ſubſunt ſecundæ intentioni prædicabilis de vno; ſunt ſimilia in hoc, quod, eſt habere talem ſecundam intentionem; & ideo poteſt ab illis abſtrahi vna ratio indiuidui ſecundo intentionaliter ſumpti.

49 Obijcies: ſi ab omnibus indiuiduis poteſt abſtrahi vna ratio Indiuidui ſecũdo intẽtionaliter ſumpti, hæc ratio poterit de illis omnibus

nibus prædicari : ergo male definitur à Porphirio Indiuiduũ per hoc, quod eſt eſſe prædicabile de vno ſolo. Reſpondeo, Indiuiduũ poſſe duobus modis prædicari. Primò ita, vt ſola natura indiuidualis prædicetur *vt quod*, & ſecunda intentio *vt quo*. Secundo, ita, vt totum concretum reſultãs ex natura indiuiduali, & ſecunda intentione prædicetur *vt quod* per aliam ſecundam intentionem. Si primo modo prædicetur, de vno ſolo prædicabitur: quia, cum natura indiuidualis non extendatur ad plura; ſed intra vnum ſolùm contineatur, vt cõſtat ex dictis ſect. præcedente, non poteſt vere affirmari, niſi de vno ſolo. In hac ergo acceptione definitur à Porphyrio Indiuiduum per hoc, quod eſt eſſe prædicabile de vno ſolo. Si verò ſecundo modo prædicetur Indiuiduum, poterit prędicari de pluribus: quia, cum cõcretum illud extendatur ad illa omnia, à quibus abſtrahitur, poteſt de illis omnibus prædicari. Id tamen fiet per aliã ſecundã intentionem toti cõcreto ſuperadditam; quæ quidem erit vniuerſalis. Ad obiectionem ergo diſtinguo antecedẽs: hæc ratio poterit de illis omnibus prædicari prędicatione affirmante *vt quod* totum concretum, concedo: prędicatione affirmante *vt quod* ſolam naturam indiuidualem, nego antecedens. Et deinde nego conſequentiam: quia in ea definitione nõ eſt ſermo de prædicatione, quã totũ concretum prædicatur *vt quod*, ſed ſolùm de illa, qua natura indiuidualis prædicatur *vt quod*.

50 Ex his colligo, Indiuiduũ poſſe prædicari indiuidualiter, & vniuerſaliter. Vniuerſaliter prędicatur, quando totum concretum reſultãs ex natura indiuiduali, & ſecunda intentione prędicatur *vt quod* de indiuiduis, à quib⁹ abſtrahitur. Et id poteſt cõtingere duobus modis: Primo prædicatione Speciei de ſuis ſingularibus; vt in his, *hoc indiuiduũ* (id eſt, hoc prædicabile de vno) *eſt indiuiduũ* (id eſt, eſt prædicabile de vno) *illud indiuiduũ eſt Indiuiduũ, &c.* quia Indiuiduũ ſecundo intentionaliter ſumptũ, prout eſt prędicabile de vno vt ſic, cõparatur ad indiuidua particularia ſecundo intẽtionaliter ſumpta, prout ſunt hoc, & illud prædicabile de vno, tanquã Species ad ſingularia. Secũdo poteſt prædicari prædicatione accidentis de ſuis ſubiectis: vt in his, *Petr⁹ eſt indiuiduũ, Ioannes eſt Indiuiduum*, id eſt, prædicabile de vno: quia hoc, quod eſt eſſe prędicabile de vno, eſt accidens commune Petro, Ioanni, &c.

51 Indiuidualiter verò prędicatur Indiuiduũ, quãdo ſola natura indiuidualis prędicatur *vt quod*, & id poteſt fieri vel prædicatione identica; vt in his, *Petr⁹ eſt Petr⁹, hoc animal eſt hoc rationale*: vel prædicatione formali, quæ poteſt fieri trib⁹ modis: Primò, ſi Indiuiduũ cõpletũ nõ expreſſum ex parte ſubiecti, exprimatur ex parte prædicati; vt in hac, *Petrus eſt hic homo*. Secundò, ſi Indiuiduũ præ-

dicati ſuperioris prædicetur de indiuiduo cōpleto: vt in his. *Petrus eſt hoc animal, Petrus eſt hoc rationale.* Tertio, ſi Indiuiduū accidētis tā proprij, quā cōmunis prędicetur de indiuiduo ſubſtantiæ: vt in his, *Petrus eſt hoc riſibile, Ioannes eſt hoc albū.* Inquo verò differant prædicatio idētica & prædicatio formalis dicem⁹ infra diſp. 11. ſect. 2. Hic eſt aduertendū, in quolibet ex iſtis indiuiduis duplicē aptitudinē reperiri; vnā, qua eſt aptū, vt ſit in vno; alterā, qua eſt aptum, vt de ipſo prædicetur. Prima aptitudo ſe habet vt eſſentia Indiuidui prædicabilis, & ſecunda vt propria paſsio iuxta ea, quæ diximus de Vniuerſali.

52 Rogas: an Indiuiduū vagū prędicetur indiuidualiter, an vniuerſaliter? Iuxta ea, quę dixi ſect. præcedente n. 46. reſpōdeo ſi Indiuiduum vagū, v. g. *aliquis homo* ſignificet idē, ac, *vnus homo*, prędicatur vniuerſaliter de indiuiduis determinatis; quia cōceptus *vnius* abſtrahitur ab ipſis tanquā vna ratio omnibus cōmunis pertinēs ad quartū prædicabile, ſiquidē vnitas ſe habet vt propria paſſio indiuiduorum. Si vero indiuiduum vagū ſignificet omnia ſingularia disiunctim ſumpta prædicatur indiuidualiter disiunctim; quia in tali caſu ſenſus huius prædicationis, *Petr⁹ eſt aliquis homo*, eſt hic, *Petrus eſt hic homo, vel hic homo, &c.* in qua non ratio aliqua vniuerſalis, ſed omnia ſingularia disiunctim ſumpta prædicantur de quouis indiuiduo.

DISPVTATIO VIII.

De Differentia.

1 Differentia dicitur forma illa, per quam res, quæ aliàs conuenit cum alia, ab ea diſsidet, & ſeparatur: vt, rationale in homine, qui, cum in ratione animalis cum leone cōueniat, ab eo diſſidet per rationale. Diuiditur cōmuniter Differentia in Cōmunē, Propriam, & Proprijſsimā. Communis eſt illa, qua aliqua differūt tanquàm accidēti cōmuni: vt, albedo Petri eſt differentia cōmunis, qua Petrus alb⁹ differt à Ioāne nigro. Propria eſt, qua aliqua differunt tanquàm accidēti proprio, & inſeparabili: vt, riſibilitas hominis qua ipſe homo differt ab equo hinnibili. Proprijſsima differētia dicitur illa, qua aliqua differunt, aut eſſentialiter; vt rationale, per quod homo differt eſſentialiter à leone; aut indiuidualiter; vt, Petreitas, ratione cui⁹ Petrus differt numericè à Ioanne.

2 Duæ priores differentiæ dicuntur accidentales, quia accidunt rei per illas differenti; & poſterior ſubſtantialis, quia eſt de ſubſtantia rei, quàm facit differre ab alijs. Deinde hæc vltima, ſi ſit ſpecifica, aut eſſentialis conſtituit tertium prædicabile, quod quidem eſſentialiter prædicatur de ſuis inferioribus, vt ex dicendis conſtabit. Duæ aliæ conſtituunt quartum, & quintum prædicabile. De quibus, vt vniuerſalia ſunt,

& prædicabilia agemus diſp. ſequẽte. In hac verò attingem⁹ ea, quæ pertinent ad munus faciendi differre, ſecundùm quod fit præfata diuiſio differentiæ in Cõmunẽ, Propriam, & Proprijſsimam: eſtque ſufficiens, & adæquata diuiſio, cum omnes differẽtiæ ad hæc tria membra reduci poſsint: nam ad differentiam communem pertinent omnia accidentia communia: ad propriam ea, quę ſunt propriæ paſsiones: & ad proprijſsimam omnes differentiæ, quæ ſunt de ſubſtantia rei, ſiue ſint ſpecificæ, ſiue indiuiduales.

3 Porrò differentię proprijſſimæ ſpecificæ tria munera tribui ſolent. Primũ eſt, genus, vt totum quoddam potentiale eſt, contrahere, ac diuidere. Secundum, ſpeciem conſtituere, & ſecernere ab alijs, quæ ſub eodem genere continẽtur (quæ duo munera exercet etiam differentia indiuidualis circa ſpeciem, & indiuiduũ: illã enim contrahit, & diuidit; hoc verò cõſtituit, & ſecernit ab alijs ſub eadem ſpecie contentis.) Tertium de ſpecie, & eius inferioribus prędicari, ſeu in illis eſſe. Hæc omnia diſcutienda ſunt in hac diſp.

SECTIO I.

De Differentia vt contractiua, ſeu diuiſiua generis, & conſtitutiua ſpeciei.

4 Differentia vt contractiua, ſeu diuiſiua generis, & cõſtituta ſpeciei duo inuoluit nempè gradum differentialem & formam, per quam talis gradus exercet munus contrahendi, ſeu diuidendi genus, ac conſtituendi ſpeciem. Ex. gr. in homine datur rationale, quod eſt gradus differentialis diuidens animal, & conſtituens hominem; non quidem per ſolam ſuam entitatem, vt fatẽtur omnes; ſed per aliquam formam illi aduenientem. In pręſenti ergo inquirimus, quænã ſit forma, per quam rationale hęc munera exercet? Et quidem ex ijs, quæ diſp. 5. ſect. 3. diximus circa conſtitutionem vniuerſalis, & diſp. 6. ſect. 5. diximus circa genus, vt pars eſt, & totum, ea, quæ huc pertinent, enodabimus.

5 Dico primò: Genus, quod præſciſſum à differentijs eſt indifferens ad hanc, vel illam ſpeciem conſtituendam, contrahitur ad hanc per differentiam media cognitione, quà expreſsè cognoſcitur identificatum cum ipſa differentia. Rem explico. Animal pręſciſſum à differentijs indifferens eſt, vt conſtituat hominem, aut leonem: contrahitur autem ad hominẽ per rationale media cognitione, qua expreſsè cognoſcitur vt identificatum cum ipſo rationali. Ratio eſt clara: quia contrahi genus ad hanc ſpeciem nihil aliud eſt, niſi quòd determinetur ad hanc id, quod erat indifferens ad plura: ſed animal, quod per præſciſsionem erat indifferens ad plures ſpecies, determinatur ad hominem per cognitionem

nem exprimentem identitatem ipſius animalis cum rationali:ergo contrahitur per rationale media cognitione exprimente talem identitatem. Maior datur ab omnibus. Minor eſt certa, quia ſicut animal ſit indifferens per cognitionem præſcindentẽ illud à differentijs, cum quibus identificatur realiter, ita debet determinari ad illas per cognitiones exprimentes identitatem realem ipſius cum eiſdem differentijs.

6 Hæc tamen cognitio exprimens prædictam identitatem non erit contractio generis per differentiam niſi genus præcedat præſciſſum per aliam cognitionem: quia hoc, quod eſt contrahere, dicit tollere aliquam indifferentiam: ergo cognitio, quæ eſt generis contractio, ſupponit in ipſo genere aliquam indifferentiam, quam tollat: atqui genus conſtituitur indifferens ad plures ſpecies per cognitionem præſcindentem illud ab earum differentijs: ergo ad hoc, vt cognitio expreſſa identitatis generis, & differentiæ ſit contractio, eſt neceſſarium, quod genus præſupponatur præſciſſum per aliam cognitionem. Hinc fit, prædictam cognitionem non eſſe contractionem generis ratione ſuæ entitatis ſolùm; ſed ratione ſuæ entitatis prout ſupponentis genus præſciſſum.

7 Per hanc eandem cognitionem conſtituitur ſpecies: quia conſtitutio, ſeu compoſitio ſpeciei opponitur ſeparationi partium ipſius ſpeciei: atqui ſeparatio partium fit per cognitiones attingentes ſeorſim ipſas partes, non cognitâ expreſsè identitate illarum: ergo conſtitutio fit per cognitionem attingẽtem expreſſe ipſam identitatem. Et ratio à priori eſt: quia compoſitio ſpeciei eſt coniunctio partium: ſed genus, & differentia, quæ ſunt partes ſpeciei, coniunguntur per cognitionem exprimentem ipſorum identitatem: ergo in tali cognitione conſiſtit compoſitio. Minor eſt certa: quia eo ipſo, quòd cognoſcuntur partes, vt identificatæ coniunguntur per intellectum ea, quæ erant ſeparatæ per præſciſsionem ipſius intellectus. Hinc fit, cognitionem identitatis generis cum differentia non eſſe compoſitionem ſpeciei, niſi genus, & differentia ſupponantur diſtincta per cognitiones mutuo præſcindentes vnum ab alio: quia compoſitio eſt diſtinctorum vnio, ſeu coniunctio: ergo, vt ea cognitio dicatur compoſitio, debet ſupponere partes diſtinctas: ſed hæ non diſtinguuntur, niſi per mutuam præſciſsionem vnius ab alia; ergo vt ea cognitio dicatur eſſe compoſitio, debet ſupponere partes ab ſe ſe mutuo præſciſſas.

8 Obijcies omnis compoſitio eſt vnio diſtinctorum: ergo cognitio, quæ eſt compoſitio ſpeciei ex genere, & differentia, debet attingere hæc extrema vt diſtincta: ſed cognitio exprimens identitatem generis,

ris, & differentię non attingit hęc extrema vt diſtincta, cum potius illa repręſentet vt vnam, & eandē entitatem ergo talis cognitio nō poteſt eſſe compoſitio ex genere, & differentia. Diſtinguo primum antecedens: omnis compoſitio eſt vnio diſtinctorum, quæ ſint diſtincta in ipſa compoſitione, vel ante compoſitionem, concedo: quæ debeant eſſe diſtincta in ipſa compoſitione, nego antecedens. Deinde diſtinguo conſequens: ergo cognitio, quæ eſt compoſitio ſpeciei ex genere, & differentia, debet attingere hæc extrema vt diſtincta materialiter, concedo: vt diſtincta formaliter, nego conſequentiam. Eſt dicere: debet attingere illa, quæ diſtincta ſunt per alias præcedentes cognitiones; non tamē debet attingere earum diſtinctionem. Deinde, diſtincta minori eodem modo: nego conſequentiam: quia ſicut ad hoc vt hę partes logice, ſeu metaphyſicè ſeparentur nihil aliud requiritur, niſi quod ad inuicem cognoſcantur vna non cognita identitate cum altera: vt dictum eſt diſp. 3. ſect. 2. num. 14. ita etiam ad hoc vt logicè, ſeu metaphyſicè coniungantur, nihil aliud requiri debet, niſi quod cognoſcantur vt identificatæ.

9 Inſtabis: in compoſitione phyſica ſeruatur diſtinctio realis, quæ erat in partibus ante ipſam compoſitionem: ergo & in compoſitione logica ſpeciei debet ſeruari diſtinctio rationis, quæ præcedebat in partibus ante compoſitionem hæc autem ſeruabitur, ſi partes prius diuiſæ per rationem, coniungantur per vnionem quandam rationis fictam inter vtramque. Conceſſo antecedenti, nego conſequentiam. Ratio diſparitatis eſt clara: quia partes phyſicæ diſtinguuntur à parte rei independenter omnino ab operatione, ſeu fictione intellectus, & ideo non poſſunt aliter ad componendum coniungi, niſi per vnionem realem; cuius muneris non eſt partium diſtinctionē deſtruere (tum quia implicat, ea, quæ ſemel ſunt realiter diſtincta, fieri vnum realiter; tum etiam, quia vnio non opponitur diſtinctioni partium inter ſe; ſed ſolùm ſeparationi, vt nullus non fatetur) ſed, eâ ſeruata, ipſas partes coniungere vt vnū tertium cōſtituant diſtinctum ab vtràque ſeorſim ſumpta. At verò compoſitio logica ſpeciei ex genere, & differentia fit per intellectum coniungentem ea quæ non aliter niſi per intellectum erant diſtincta. Cum autem diſtinctio hæc non aliter fiat, niſi per cognitiones attingentes partes ſeorſim ſine identitate reali, quam inter ſe habent, fit, vt neque compoſitio fieri debeat aliter, niſi per cognitionem exprimentem identitatem ipſarum partium.

10 Adde, quod logicus non aliâ de cauſâ componit ſpeciem ex genere, & differentia, niſi vt intellectum præparet, & diſponat ad propoſitiones, quibus genus & differētiā prędicat de ipſa ſpecie, atqui intellectus non præparatur

ad

ad eam prædicationem per cognitionem vnionis fictæ inter genus, & differentiam; ſed per cognitionem idẽtitatis realis illorum: ergo compoſitio logica, ſeu quæ eſt propria Logici, non fit per vnionem rationis fictam; ſed per cognitionem identitatis. Minor probatur: quia intellectꝰ præparatur ad prædicationẽ per præuiã cognitionem eorum, quæ in ipſa prædicatione affirmantur: ſed in prædicatione nõ affirmatur vnio ficta extremorum; ſed realis identitas illorum: neque enim, quãdo dicimus, *homo eſt animal*, affirmamus hominem; ſeu rationale eſſe vnitũ cum animali, ſed eſſe idẽ cũ illo: ergo intellectus non præparatur ad prędicationẽ per cognitionem vnionis; ſed per cognitionẽ identitatis extremorum: ergo compoſitio pertinens ad Logicum conſiſtere debet in cognitione idẽtitatis, & non in vnione ficta extremorum.

11 Dico ſecundo diuiſio generis (vt totius potẽtialis) in ſpecies per differentias, fit media cognitione, aut cognitionibus, quibus ipſũ genus repræſentatur expreſſè vt identificatum cum pluribus differentijs. Itaque, ad hoc, vt genus vt totum quoddam potentiale eſt, dicatur diuidi in ſuas partes non ſufficit, quod ad vnã ſpeciẽ; ſed eſt neceſſarium, quod ad plures ſimul contrahatur, ſiue id fiat per vnam cognitionem exprimẽtem identitatem generis cum pluribus differentijs; ſiue per plures, quarum ſingulæ exprimant identitatem ipſius generis cum ſingulis differentijs. Probatur: quia diuiſio eſt actio ſeparans partes ab ſe inuicem, & à toto: ergo aliquo modo debet attingere ipſas partes: ſed cognitio exprimens identitatem generis cum vna differentia non attingit reliquas partes, vt conſtat: ergo non eſt diuiſio generis in ſuas partes. Genus ergo vt totum potentiale diuiditur in ſuas ſpecies per differentias, dum cognoſcitur vt identificatum cum ipſis differentijs: vnde, ſi per vnam ſolam cognitionem exprimatur talis identitas, in ipſa conſiſtet diuiſio adęquata generis in ſpecies; ſin verò per plures cognitiones; ita vt per ſingulas exprimatur idẽtitas cum ſingulis differentijs ex omnibus illis cognitionibus coaleſcet diuiſio adæquata generis: atque adeò quælibet ex illis erit diuiſio inadæquata generis, ſeu pars quædam talis diuiſionis.

12 In diuiſione ergo generis, vt totum quoddã potentiale eſt, hæc omnia inuoluuntur. Primò genus, quod eſt diuiſum. Secundo ſpecies, quæ ſunt partes diuidentes ſeu in quas diuiditur. Tertiò differentiæ, quæ ſunt formæ, per quas genus diuiditur in ſpecies; & ipſæ ſpecies conſtituuntur in ratione partium diuerſarũ. Quartò cognitio expreſſa identitatis generis, & differentiarum: quæ eſt exercitium actuale diuidendi genus, & conſtituendi ſpecies. Quod autẽ genus ſit diuiſum &

& cognitio expreſſa identitatis ſit exercitium actuale diuidendi genus, & conſtituendi ſpecies, conſtat ex dictis. Quod verò ſpecies ſint partes diuidentes genus; &, differentiæ formę, per quas genus diuiditur in ipſas ſpecies, probatur: quia illud eſt formaliter pars diuidens genus, animal, v.g. à reliquis animalibus, quòd ita contrahit animal ad ſeipſum, vt formaliter ſit aliud animal à reliquis ſic enim explicamus hanc diuiſionem: *Animal aliud homo: aliud equus; aliud leo, &c.* ſed homo qui eſt ſpecies animalis eſt formaliter aliud animal à leone, equo, &c. includit enim formaliter animal, in quo conuenit cum reliquis; & rationale, ratione cuius ſit diuerſus ab illis: ergo homo eſt pars diuidens genus animal. Deinde differentia rationalis eſt id, ratione cuius homo ad ſe contrahit animal, & conſtituitur aliud animal à reliquis: ergo eſt id, ratione cuius, ſeu per quod homo eſt pars quædam diuidens animal à reliquis animalibus.

SECTIO II.

Munus faciẽdi differre explicatur

13 ARiſtot. lib. 5. Met. cap. 9. tex. 16. explicans, quæ dicantur differre, hæc habet: *Differẽtia verò dicũtur, quæcũq; diuerſa ſunt, cũ idẽ quid ſint, modò non ſint idẽ numero; ſed aut ſpecie, aut genere, aut proportione.* Ex quibus verbis colligitur, ad hoc, vt aliqua dicantur inter ſe differre, requiri primo, quòd ſint diuerſa. Diuerſa verò ab eodem Ariſtot. ante verba citata ſic definiuntur, *quorũ ſpecies plures, aut materia, aut ratio ſubſtantiæ*, hoc eſt, quæ ſpecie, aut numero, aut ſecundũ totam eſſentiam diſtinguuntur: ſic explicat ea verba S. Thomas ad hunc locum lectione 12. & quidem iuxta communem Dialecticorum ſenſum, apud quos, eorum dicuntur eſſe plures ſpecies, quæ ſpecie diſsident; & eorum multiplex materia, quæ numero: & eorum ratio ſubſtantiæ multiplex, quæ ſecundùm totam eſſentiam diſtinguuntur.

14 Secundò requiritur ex Ariſtot. ad rationẽ differẽtiæ quod ea quæ differunt, ſint idem aliquo modo: id eſt, cõueniant in aliqua ratione communi ſiue vniuoca, vt eſt generica, aut ſpecifica; ſiue analogica, vt eſt conceptus, qui cum trãſcẽdat differẽtias, poteſt præſcindi ab illis: hoc enim ſignificat illa particula, *aut proportione*, vt docet S. Thomas ſupra §. *Hic diſtinguit, quod modis*, vbi hæc habet: *ſiue in aliquo vno ſecundũ proportionem, ſicut quantitas, & qualitas in ente*: quãtitas enim, & qualitas ſolùm ſunt vnum in ente tanquàm in conceptu analogo tranſcendente, vt dicemus diſput. 13. ſect. 8. Tertio requirit Ariſtoteles ad rationem differentiæ, quòd differentię ita debeant eſſe idem, vt non ſint idem numero. Vnde Petrus ſedens nõ dicetur differre

à ſe ipſo ſtante:quia Petrus ſedēs eſt idem numero cum ſe ipſo ſtante.

15 Ex his colligo primò,plura requiri ad differentiam , quàm ad diuerſitatem. Diuerſa enim dicūtur quæcunque diſtincta ſunt eſſentialiter, aut numericè ſiue cōueniant in aliqua ratione vna,ſiue non:differentia verò,quę tali modo ſunt diuerſa, vt conueniant in vna ratione,aut ſpecifica,aut generica,aut analogica tranſcendētiæ. Eſt tamen aduertendū quod ea,quę in cōceptu tantum analogo conueniunt, non dicuntur differētia ſimpliciter,ſed tantum ſecundùm quid : quia de conceptu differentiū eſt , quod conueniant in aliquâ ratione vnâ:ergo ea,quę conueniunt in ratione vnâ ſimpliciter , erunt differentia ſimpliciter;&,quæ conueniunt in ratione vnâ ſecundùm quid,erunt differētia ſecundùm quid;ſed ea,quæ cōueniunt in conceptu tantum analogo , conueniunt in ratione,quæ ſolùm eſt vna ſecundùm quid: ergo non dicenda ſunt differentia ſimpliciter;ſed tantùm ſecūdùm quid.

16 Colligo ſecundò,ſolā differentiam Proprijſsimam eſſe verè,& propriè differentiam , Propriam vero,&Communem metaphoricè tātum , & ſecundū quid. Ratio eſt clara ex dictis : quia de ratione differentiū eſt , quod ſint diuerſa:deinde de ratione diuerſorū,quòd diſtinguantur eſſentialiter, aut indiuidualiter : ergo ea ſola erit verè,& propriè differentia,quæ facit, rem eſſe diſtinctam eſſentialiter , aut indiuidualiter: ſed ſola differentia Proprijſsima facit,rem eſſe diſtinctam eſſentialiter, aut indiuidualiter : ergo ea ſola erit verè, &,proprie differentia. Minor eſt certa ; quia Petrus non diſtinguitur eſſentialiter ab equo per riſibilitatem , aut albedinē;ſed per rationale,quod eſt differentia ſpecifica illius;neque diſtinguitur numero à Ioanne per albedinem,aut aliud accidens,in quo diſsideat ab illo;ſed per Petreitatem, quæ eſt differētia indiuidualis illius:ergo ſola differentia Proprijſsima facit,rem eſſe diſtinctam eſſentialiter , aut indiuidualiter,ſeu numericè.

17 Differentia verò Propria, & Cōmunis dicuntur facere differe non verè ; ſed metaphoricè; quia non alia de cauſa attribuitur illis ratio faciendi differre , niſi quia ſunt ſigna , ſeu indicia differētiæ Proprijſsimę:ex eo enim, quòd vnum corpus videamus album, & aliud nigrum; vnum ridere, & alterum rugire, rectè deducimus ea corpora ſpecie , aut numero diſtingui; non quia albedo, aut nigredo riſus aut rugitus cōſtituant talia corpora ſpecie , aut numero differentia ; ſed quia hæc accidentia non inueniūtur niſi in corporibus ſpecie , aut numero differentibus : ergo ex eo ſolum tribuit illis ratio faciendi differre quod ſunt ſigna , aut indicia differentiæ Proprijſsimę:ac per cōſequens propriè loquēdo nō ſunt dicendę differentię,ſed metapho-

ricè, & impropriè. Ad eum modũ quo vrina dicitur metaphoricè, & & impropriè ſana; quia non alia de cauſa illi tribuitur hæc denominatio, niſi quia eſt ſignum ſanitatis.

18 Colligo tertiò, munus faciendi differre non conuenire vniuocè differentiæ. Proprijſsimæ, Propriæ, & Communi; ſed analogicè tantùm; ac per cõſequẽs diuiſionem differentiæ vt facientis differre non eſſe vniuoci in vniuocata, aut generis in ſpecies; ſed analogi in analogata attributionis (in tractatu de Analogia dicã, quæ ſint analoga attributionis.) Ita P. Rub. hic q. 2. & Caiet. cap. præſenti. Ratio eſt: quia diuiſio ſani in animal ſanum, medicinam, & vrinam dicitur ab omnibus eſſe analogi in analogata attributionis, non alia de cauſa, niſi quia ratio ſignificata per nomen *ſanum*, in animali ſolũ inuenitur propriè, in medicinà verò, & vrinà non inuenitur propriè, ſed illis attribuitur hæc denominatio, quia vna eſt cauſa, & alia ſignum ſanitatis: ſed hoc, quòd eſt facere differre, ſolum inuenitur propriè in differẽtia Proprijſsima; Proprię verò, & Communi tribuitur, quia ſunt ſigna differentiæ Propriſsimæ: ergo differentia prout faciens differre diuiditur analogicè in Communem, Propriam, & Proprijſsimã. Ex hoc inferes, hanc diuiſionem potiùs eſſe nominis, quàm rei: quia hic non diuiditur conceptus aliquis communis omnibus differentijs; ſiquidem conceptus aliquis poteſt eſſe communis, niſi reſpectu eorum, in quibus intrinſecè inuenitur talis conceptus: atqui ratio faciendi differre non inuenitur intrinſecè in differentia Propria, & Communi, vt probatum eſt: ergo non poteſt dari vnus cõceptus faciendi differre, qui ſit cõmunis differentiæ Communi, Propriæ, & Proprijſsimæ; & ideò ſolùm nomen erit commune.

19 Obijcies primò: non poteſt nõ eſſe propriè differẽtia id, quod eſt differentia Propria. Sed quod eſt propriè differentia, eſt intrinſecè differentia: ergo differentia Propria eſt intrinſecè differentia; ac per conſequens dari poterit vnus conceptus differentiæ vniuocus reſpectu Propriæ, & Proprijſſimæ. Reſpondeo, ex duplici capite prouenire poſſe, quod differentia aliqua dicatur Propria; nẽpè vel quia entitas ipſa differentiæ eſt accidens, ſeu affectio propria eius rei, quæ dicitur differre per illã; vel quia tali entitati conuenit propriè munus faciendi differre. Si dicatur Propria ex hoc ſecundò capite, erit propriè differentia: quia de conceptu differentiæ eſt facere differre, atque adeò illud erit propriè differẽtia, cui propriè cõuenit hoc, quod eſt facere differre: ſi verò differentia dicatur Propria ex primo tãtum capite, non erit proprie differentia, quia non conuenit illi propriè munus faciendi differre quod eſt de conceptu differentię. Cum autem differentia, quæ appellatur Propria, nõ ita dicatur, quia propriè

priè illi conuenit munus faciendi differre, ſed ſolùm, quia entitas ipſa differentiæ eſt accidens propriũ rei, quæ dicitur differre per illam, ideò non eſt propriè differẽtia. Vnde ad obiectionẽ diſtinguo maiorẽ: non poteſt non eſſe propriè differentia id, quod eſt differentia Propria, ſi dicatur Propria ex eo, quod munus faciendi differre conuenit illi propriè, cõcedo: ſi dicatur Propria ex eo ſolùm, quod entitas differentiæ eſt propria rei, quam facit differre, nego maiorem. Deindè, conceſsâ minori, nego conſequentiam.

20 Obijcies ſecundo; Porphirius differentiã communem, Propriam, & Proprijſsimã vocat ſpecies differentię in communi: ergo hæc diuiſio eſt generis in ſpecies. Reſpondeo, has vocari à Porphirio ſpecies lato modo, non propriè, & ſtrictè; & ideo nõ eſſe eam diuiſionẽ generis in ſpecies. Obijcies tertiò: Vniuerſali in communi eſt genus reſpectu quinque vniuerſalium, Generis videlicèt, Speciei, Differentiæ, &c. ergo, & Differẽtia in communi erit genus reſpectu differẽtię Cõmunis, Propriæ, & Proprijſsimæ. Concedo antecedens, & nego cõſequentiã. Ratio diſparitatis eſt: quia omnia quinque vniuerſalia, ſunt verè, & propriè vniuerſalia, cùm tam vniuerſalia accidentium, qualia ſunt Propriũ, & Accidens, quàm quæ pertinent ad eſſentiam inferiorũ, qualia ſunt Genus, Species, & differentia verè, & propriè ſint apta eſſe in multis, & de illis formaliter prædicari, vt partim conſtat ex dictis circa Genus, & Speciẽ; & partim conſtabit ex dicendis circa reliqua. At vero differentia Propria, & Cõmunis non faciunt differre verè, & propriè, vt conſtat ex dictis.

SECTIO III.

Comparatur Differentia Proprijſſima cum ſuis inferioribus.

21 Ex dictis conſtat, quamlibet Differentiã Proprijſsimam eſſe verè, & propriè differentiam: quia propriè illi conuenit munus faciendi differre. Cæterũ, cùm inter differentias proprijſsimas alia ſit ſpecifica, ſeu eſſẽtialis, alia indiuidualis, oportet examinare, quomodo comparetur ad iſtas, differentia proprijſsima in cõmuni: an, videlicet, vt genus ad ſuas ſpecies; vel vt ſpecies ad ſua indiuidua; vel tanquã conceptus analogus ad ſua analogata? Et quidẽ, ſi de entitatibus, quæ differentiæ proprijſsimæ dicuntur, ſecundũ ſe ſumptis ſermo ſit, certum eſt non poſſe ab illis abſtrahi aliquem cõceptum eſſentialẽ, qui ſit vnus ſimpliciter, ſeu vniuocus reſpectu illarum: quia aliæ ſunt entia realia; aliæ entia rationis: & ex realibus plures ſunt omnino diſſidentes inter ſe ita, vt nõ poſsint conuenire in conceptu aliquo eſſentiali, qui ſit vnus reſpectu illorum, vt fatentur communiter Doctores. An vero hęc omnia conueniant in conceptu aliquo communi, qui ſit analogus analogia tranſcendentię reſpectu illorum?

Dice-

Digitized by Google

Dicemus in tractatu de Analogia. In præſenti ergo ſolũ agimus de Differentia Proprijſsima, prout ſub eſt muneri, ſeu exercitio faciendi differre: an, videlicèt, differẽtiæ proprijſsimæ ita conueniãt in hoc, quod eſt facere differre, vt ab illis poſsit abſtrahi conceptus aliquis faciendi differre, qui ſit vnus genericé, aut ſpecificè reſpectu illarum?

22 Dico primò: à differentia indiuiduali, & ſpecifica, ſeu eſſẽtiali, prout ſubſunt muneri faciendi differre, poteſt abſtrahi vnus conceptus cõmunis Differentiæ Proprijſsimæ, qui comparetur ad illas vt genus ad ſuas ſpecies. Ita cõmuniter authores. Et primò, quod abſtrahatur vnus conceptus, probatur: quia omnes differentiæ proprijſsimæ ſunt verè, & propriè differentiæ, vt conſtat ex ſectione præcedente. Deinde ſunt omnino ſimiles in hoc, quod eſt facere differre, omnes enim faciunt differre rem vnam ſubſtantialiter ab alia: quid ergo illis deeſt, vt ab illis poſsit abſtrahi vnus cõceptus differentiæ vt faciẽtis differre ſubſtã tialiter? Quòd verò iſte conceptus ſit genericus, probatur: quia differentia ſpecifica, ſeu eſſentialis facit differre tanquàm pars formalis eſſentiæ; differentia verò indiuidualis, tanquam complementum eſſentiæ: ſed hi ſunt modi faciendi differre ſpecificè diſtincti: ergo conceptus faciendi differre ſubſtantialiter, comparatur ad prædicta inferiora tanquã genus ad ſuas ſpecies. Minor eſt certa: quia quilibet ex iſtis modis comparatur ad ſua inferiora tanquam ſpecies, vt conſtabit ex ſecunda concluſione: ergo ſunt modi ſpecificè diſtincti.

23 Obijcies: ratio communis Differentiæ Proprijſsimę tranſcẽdit differentias ſuorum inferiorũ: ergo non poteſt ab iſtis abſtrahi vnus conceptus genericus. Conſequentia eſt bona: quia conceptus genericus debet eſſe vnus ſimpliciter; & conceptus, qui tranſcendit differentias nõ poteſt eſſe vnus ſimpliciter, vt dictũ eſt diſput. 1. ſect. 3. Antecedens probatur: quia ratio, per quam conceptus cõmunis Differentię Proprijſſimæ contrahitur ad differentiam indiuidualem, ſeu ad ſpecificam eſt formaliter Differẽtia Proprijſſima; cum per hanc rationem diſtinguatur ſubſtantialiter, ſeu eſſentialiter differentia indiuidualis, à differentia ſpecifica: ergo cõceptus cõmunis Differentiæ Proprijſsimæ tranſcendit differentias ſuorum inferiorum. Nego primum antecedens. Ad probationem diſtinguo antecedens: ratio, per quam conceptus communis differentiæ Proprijſsimæ contrahitur ad differentiam indiuidualem, eſt formaliter Differentia Proprijſsima ſe ipſa, ſeu eſſentialiter, nego antecedens: quia eſſentialiter ſolũ habet, quod ſit talitas Differentiæ Proprijſsimæ in communi; ſicut rationalitas eſſentialiter, ſolũ habet id, per quod eſt talitas animalis: eſt formaliter differentia Proprijſsima per formam

nam ſuperadditam accidentaliter, & denominatiue, cócedo antecedens, ſicut rationale eſt differentia Proprijſsima formaliter per ſecundam intentionem, ſeu per exercitium faciendi differre accidentaliter illi adueniens. Et nego conſequẽtiam: quia ad hoc, vt ratio aliqua cómunis dicatur tranſcendere differentias, non ſufficit quòd pòſsit illas denominare, & afficere accidentaliter, ſed eſt neceſſarium, quòd eſſentialiter imbibatur in illis, ſicut in tractatu de Analogia dicetur rationem entis imbibi formaliter in omnibus differentijs.

24 Inſtabis: ex eo ratio entis imbibitur formaliter in differentijs, quia nó poſſunt concipi differentiæ, quin ratio entis concipiatur: ſed talitas Differentiæ Proprijſsimæ non poteſt cócipi, quin concipiatur conceptus Differentiæ Proprijſsimę: ergo hic imbibitur formaliter in talitate. Aduerto, ad hoc, vt ratio entis dicatur imbibi formaliter in differentijs, nó ſufficere, quòd hæ vt cunq; nó poſsint concipi ſine ratione entis (q... forma non poteſt cócipi ſine materia, neq; materia ſine formà, & tamen nullus eſt, qui dicat vnam imbibi formaliter in alia) ſed eſſe neceſſarium, quòd nó poſſint concipi, quin cócipiãtur eſſe entia ſecundùm ſe. Vnde, admiſſa maiori in hoc ſẽſu, nego minorẽ, quia conceptus differentiæ proprijſsimæ vt ſic eſt facere differre ſubſtantialiter; conceptus verò talitatis exiſtentis in differentia indiuiduali eſt, quod faciat differre *tanquã cõplementũ eſſentiæ*; & cõceptus talitatis exiſtẽtis in differentia ſpecifica eſt, quod faciat differre, *tanquam pars formalis eſſentiæ*: ita vt hoc quod eſt *facere differre* reſpondeat conceptui Differentiæ Proprijſsimæ vt ſic; &, *tãquã complementum eſſentiæ* talitati differentię indiuidualis; talitati verò differentiæ ſpecificæ reſpondeat illud, *tanquã pars formalis eſſentiæ*. Rationes autem illæ, *tanquam cõplementum eſſentiæ*, &, *tanquã pars formalis eſſentiæ*, licèt non poſsint concipi ſine hoc, quod eſt *facere differre*, quia cócipiuntur tanquam talitates muneris faciendi differre, poſſunt tamen concipi, quin concipiantur eſſe facientes differre ſecundum ſe, vt conſtat: & ideò conceptus ille communis non tranſcendit differentias.

25 Dicò ſecundò: Differentia ſpecifica in cómuni, prout eſt faciens differre eſſentialiter comparatur ad omnes differentias ſpecificas particulares prout facientes etiam differre, tanquã ſpecies Logica ad ſua indiuidua. Ex. gr. Differẽtia ſpecifica prout exercet munus faciendi differre comparatur ad rationalitatẽ, & ad hinnibilitatẽ, prout vna eſt faciens differre hominem; & altera equum, tanquã ſpecies Logica ad ſua indiuidua. Idem dicendum eſt de differentia indiuiduali in cõmuni reſpectu huius, & illius differẽtiæ indiuidualis. Probatur concluſio: quia differẽtia cõſideratur à Logi

nō prout eſt hæc aut illa entitas; ſed prout eſt faciens differre: ergo ſecundū hanc conſiderationē eæ ſolum diſtinguentur ſpecie, quæ habent diuerſum modū faciendi differre: ſed rationalitas, & hinnibilitas non habent diuerſum modum faciendi differre: ergo ſecundùm hanc cōſiderationem nō diſtinguuntur ſpecie. Minorem probo: quia hinnibilitas nō aliter facit differre, niſi vt pars formalis eſſentiæ equi; deinde rationalitas nō aliter facit differre, niſi vt pars formalis eſſētiæ hominis: ergo nō habent diuerſum modum faciēdi differre. Quod autem vna faciat differre hominem; altera equum, probat quidē, eſſe differētias ſpecie diſtinctas in genere phyſico; nō verò in genere logico: quia logicus tantum conſiderat modum faciendi differre præſcindendo ab entitatibus, quæ faciunt differre. Et ideò quādo entitates valdè diſſidentes phyſicè inter ſe eodē modo faciunt differre, ſecundū hanc conſiderationē non cenſentur diuerſæ in ſpecie logica; ſed ſolo numero. Videātur quæ in ſimili diximus circa Genus diſp.6. ſect.3, à n.26. vbi diximus colorē, & animal in ratione generum nō diſtingui ſpecie logica; ſed ſolo numero, quia ſecundùm conſiderationem logicam comparantur eodē modo ad ſua inferiora.

26 Obijcies: Differentia vt faciens differre duo inuoluit, nēpè entitatem differentiæ, & actū, ſeu exercitium faciendi differre: ſed vtrunque eſt ſpecie diſtinctum in rationalitate, & hinnibilitate: ergo rationalitas, & hinnibilitas adhuc prout facientes differre ſunt ſpecie diſtinctę. Minor probatur: quia in primis rationalitas, & hinnibilitas diſtinguuntur ſpecie, vt norunt omnes; deinde actus, quo facit differre rationalitas eſt cognitio, per quā animal contrahitur ad hominē; & actus, quo facit differre hinnibilitas, eſt cognitio, quā animal cōtrahitur ad equū, vt dicemus ſect. ſequente: hæ autem cognitiones, vt pote quæ habent obiecta ſpecie diſtincta, ſunt ſpecie diſtinctæ: ergo hinnibilitas, & rationalitas prout ſunt facientes differre ſunt ſpecie diſtinctæ. Cōceſſa maiori; diſtinguo minorem: quoad actū, ſeu exercitiū faciēdi differre: eſt diſtinctū ſpecie phyſica, concedo: ſpecie logica, nego minorem. Et diſtinguo ſimiliter conſequens; rationalitas, & hinnibilitas adhuc prout faciētes differre ſunt diſtinctæ ſpecie phyſica, cōcedo; ſpecie logica, nego cōſequentiā. Ad probationem minoris, cōceſſā maiori, diſtinguo minorē: hæ cognitiones ſunt ſpecie diſtinctæ phyſicè loquēdo, concedo, quia ad phyſicum ſpectant, vt reſpiciunt obiecta; & cum habeāt obiecta ſpecificè diſtincta, debēt diſtingui ſpecie: ſecundùm conſiderationem ad logicum pertinētem, nego minorem: quia ad logicum ſolùm ſpectant prout faciūt differre, & cum vna nō faciat differre diuerſo modo, ac alia, nō poſſunt

ſunt

Digitized by Google

ſunt ſecundùm hanc conſideratio nem ſpecie diſtingui.

27 Rogas an differentia eſſentialis, in ratione faciendi differre cõparetur ad differẽtiam infimã, & ſubalternam tãquam genus ad ſuas ſpecies? Et ratio dubitandi eſt: quia, cum differentia infima faciat differre vt pars formalis eſſentiæ integræ, & differentia ſubalterna, vt pars formalis eſſentię partialis, videntur habere diuerſum modum faciendi differre: ergo ſpecie diſtinguntur in ratione faciendi differre: ac per conſequens differentia eſſentialis in communi comparabitur ad illas vt genus ad ſuas ſpecies. Nihilominus dicendum eſt, differẽriam infimam, & ſubalternam, non ſpecie; ſed numero ſolum diſtingui in ratione faciendi differre. Ratio eſt: quia vtraque facit differre tanquam pars formalis eſſentiæ, quam conſtituit. Quod verò vna ſit pars formalis eſſentiæ partialis, & alia pars formalis eſſentiæ integræ, non arguit diuerſitatem in modo faciendi differre; ſed ſolùm diuerſitatem in materia, circa quam exercetur munus faciendi differre; quæ per accidens omnino ſe habet ad variationem ipſius modi faciendi differre prout á logico conſideratur, vt dictum eſt numero præcedente.

(.·.)

SECTIO IIII.

An Differentia faciat differre à parte rei ant per operationem intellectus?

28 Explicamus iam, quid ſit rẽ vnam differre ab alia, & quibus hóc munus proprie; quibus veró impropriè concedendũ ſit. Explicandum reſtat, an tale munus conueniat differentijs ante operationem intellectus, vel per illam? Si detur ante operationem intellectus, differentia faciet differre à parte rei; ſecùs verò ſi per operationem intellectus: & agendum eſt in præſenti tàm de differentia Communi, & Propria, quã de Proprijſsima.

Dico ergo primò. Differentia Proprijſsima nõ facit differre ſpeciem à parte rei; ſed per operationem intellectus. Hæc concluſio eſt commũniter recepra inter recontiores. Probatur primo: quia hoc, quod eſt facere differre (ſi ſimpliciter faciat differre) duo inuoluit diſtincta gradũ videlicèt, qui facit differre; &, ſpeciem, quæ per illũ differt ab alia ſpecie: propterea Ariſtot. 10. Met. text. 12. dixit: *Differens* (intellige ſimpliciter) *ab aliquo, aliquo differens eſt*: atqui rationale, & homo, Ex. gr. nõ ſunt duo à parte rei; ſed ſolùm per intellectum: ergo rationale non facit differre hominem à parte rei; ſed ſolùm per intellectum. Secundo: quia differentia rationale, v.g. facit differre hominem à leo-

à leone, equo, &c. contrahendo animal, in quo ſunt idem omnes ſpecies ad eſſe hominis: at qui nõ contrahit animal ad eſſe hominis à parte rei; ſed per operationem intellectus, vt probatum eſt ſect. 1. n. 5. ergo nõ facit differre à parte rei hominem; ſed per operationem intellectus. Maior facilè probatur: quia rationale eatenus facit differre hominem, quatenus ſeparat illũ à ſpeciebus, cum quibus conuenit in ratione animalis: atqui non aliter illum ſeparat, niſi contrahendo animal ad eſſe hominis; ergo non aliter facit differre hominem, niſi contrahendo animal ad eſſe hominis,

30 Ex hoc infero, actum, quo rationale facit differre hominem à leone, equo, &c. eſſe cognitionem exprimẽtem identitatẽ realem ipſius rationalis cum animali, quod præſupponebatur præſciſſum ab omnibus ſpeciebus: quia, vt conſtat ex numero præcedente, rationale facit differre hominem à leone, &c. medio actu, quo contrahit animal ad eſſe hominis atqui cõtrahit animal ad eſſe hominis medio actu exprimẽte idẽtitatem realem ipſius cum animali, quod anteà præſciſſum erat ab omnibus ſpeciebus, vt dictum eſt ſect. 1. num. 5. ergo iſta cognitio eſt actus, ſeu exercitium, quo rationale facit differre hominem à leone, &c. Dices: actus, quo rationale facit differre hominem, debet attingere hæc extrema, vt diſtincta, vt conſtat ex prima ratione concluſionis præcedentis; ſed cognitio exprimens identitatem realem rationalis cum animali non attingit ea extrema, vt diſtincta, cum illa repræſentet vt vnam & eandem entitatem: ergo non poteſt eſſe actus faciendi differre. Diſtinguo maiorem: debet attingere hæc extrema, vt diſtincta materialiter, concedo: vt diſtincta formaliter, nego maiorẽ. Eſt dicere: debet attingere illa, quæ ſũt diſtincta per alias cognitiones, non tamen debet attingere eorum diſtinctionẽ. Vide quæ diximus ſect. 1. ad obiectionem factam contra primam concluſionem.

31 Dico ſecundò: differentia Communis, & Propria non faciunt differre à parte rei, ſed per operationẽ intellectus. Probatur; quia differentia Cõmunis, & Propria, non faciunt differre immediatè, & ratione ſui; ſed mediâ differentiâ Proprijſsimâ, quã ſupponunt, & indicant, vt probatum eſt ſect. 2. ergo non faciunt differre alio modo, ac differentia proprijſsima: ſed hęc facit differre per operationem intellectus, vt probatũ eſt concluſione præcedente: ergo & differentia Communis, & Propria faciunt differre per operationem intellectus.

32 Cõfirmatur: quia albedo, & nigredo eatenus faciunt differre hominẽ albũ, & nigrum, quatenus rationẽ hominis, in qua vterq; cõuenit, contrahunt ad eſſe hominũ diuerſorũ atqui nõ cõtrahunt ad eſſe hominũ diuerſorũ eã rationẽ immediatè, ratione ſuæ inhæren-

tiæ realis; ſed medijs differentijs indiuidualib⁹ huius, & illi⁹ hominis: ergo nõ faciũt differre immediatè per ſuam inhærentiam realẽ, ſed medio actu, quo differre faciunt differẽtiæ indiuiduales. Hæ autem faciunt differre per operationem intellectus, vt probatum eſt concluſione præcedẽte. Maior conſtat ex ſect. 2. in qua probatũ eſt, differentia dici ea, quæ, cũ cõueniant in vna ratione cõmuni, diuerſa fiunt per alias contrahentes illam communẽ rationẽ ad inferiora particularia. Minor probatur: quia per illã rationes cõtrahitur ratio hominis, ad homines diuerſos, per quas vn⁹, & alter homo cõſtituũtur in eſſe vni⁹, & alteri⁹; ſed id fit immediatè per differentias indiuiduales, & nõ per in hęrẽtiã albedinis, aut nigredinis; neq; enim Petrus, qui habet nigredinẽ eſt alter homo per aduẽtũ albedinis: ergo per differẽtias indiuiduales contrahitur immediatè homo ad homines diuerſos, & nõ per inhęrẽtiã albedinis, aut nigredinis.

33 Dices: homo ſingularis, qui tranſit de albo in nigrũ, aduenientẽ nigredine, differt accidẽtaliter à ſe ipſo antea nigro: ergo differẽtia Communis (& idem argumẽtum poteſt fieri de Propria) facit differre immediatè, ratione ſuæ inhærentiæ realis. Nego antecedens: quia ad hoc, vt aliqua differãt inter ſe, eſt neceſſarium, quod ſint diuerſa: Petrus autem albus non eſt diuerſus à ſe ipſo nigro, ſiquidẽ nõ diſtinguitur ſpecie, aut numero à ſe ipſo, quod neceſſariũ erat ad hoc vt diuerſus eſſet, iuxta ea, quæ ſect. 2. dixim⁹ ex Ariſt. 5. Met. tex. 16. vbi etiã addit Ariſtoteles, differẽtia ita eſt diuerſa, *vt idem quid ſint, modo nõ ſint idẽ numero.* Cũ autẽ Petrus albus ſit idem numero cum ſe ipſo nigro, non poteſt differre à ſe ipſo nigro per albedinẽ poſtea aduenientem.

34 Inſtabis: Petrus albus eſt ſpecie diſtinctus à ſe ipſo nigro: ergo eſt diuerſus. Cõſequẽtia eſt bona: quia ex eo ſolum dicebamus. Petrũ albũ nõ eſſe diuerſum à ſe ipſo nigro, quia nõ diſtinguitur ſpecie, aut numero à ſe ipſo. Antecedens probatur quia Petr⁹ alb⁹ includit albedinẽ. Petrus niger nigredinẽ ſed albedo, & nigredo diſtinguuntur ſpecie: ergo & Petr⁹ alb⁹ diſtinguitur ſpecie à ſe ipſo nigro. Reſpõdeo Petrũ albũ poſſe ſumi & ſpecificatiuè pro entitate Petri, quæ in ſe recipit albedinẽ, & reduplicatiuè, prout alb⁹ eſt, hoc eſt, pro cõcreto, ſeu cõpoſito reſultante ex entitate Petri, & albedine. Si hoc ſecũdo modo ſumatur, includit eſſẽtialiter albedinẽ, quia forma cõſtitutiua illi⁹ cõpoſiti eſt albedo: atq; adeò reſpectu illius cõpoſiti nõ habet munus differentiæ Cõmunis, cuius proprium eſt accidẽtaliter aduenire rei, quæ differre dicitur per illã; ſed habet munus differẽtiæ Proprijſsimę, quę illud facit eſſẽtialiter diſtinctum, ac diuerſum à compoſito reſultãte ex ipſo Petro, & nigredine. Si verò Petrus albus ſumatur primò modo, non includit eſſentialiter albedinem, aut nigredinem; ſed acci-

den-

dentaliter ſolùm eas recipit: & ideo non eſt diuerſus à ſe ipſo per illas. Cum autem ſub hac tantùm ratione ſint differentiæ cōmunes; fit, vt differentia communis nō faciat rē diuerſam, ac per cōſequēs neque propriè differentē; ſed impropriè tantùm, vt probatum eſt.

SECTIO V.

Vtrùm genus, aut differentia ſuperior includatur formaliter in inferiori?

33 HVcuſque egimus de differentia, prout ſubeſt ſecundæ intentioni contrahendi, ſeu diuidendi genus, conſtituendi ſpeciē, & faciendi differre. Nunc agimus de gradu differentiali primò intentionaliter ſumpto, nō prout datur à parte rei (nam ſecundùm hanc rationem eſt idē realiter cū omnibus alijs prędicatis eſſentialibus, quæ dantur in vna, & eadē entitate) ſed formaliter ſumpto ſecundùm ſuam rationem formalem: an, videlicet, gradus qui eſt differētia inferior, includat in ſuo conceptu formali gradū, ſeu prædicatum quod eſt genus ſuperius? v.g. an rationale includat in ſuo conceptu formali animal, aut viuens? Et duobus modis poteſt intelligi, quòd differentia inferior includat in ſuo conceptu formali genus ſuperius. Primò, eo modo, quo totum includit partes, ex quibus componitur; vt ſpecies dicitur includere genus, & differētiam, ex quibus metaphyſicè coaleſcit. Secundo ita, vt gradus genericus tranſcēdat formaliter differētias ea ratione, qua in tractatu de Analogia dicemus, rationē entis imbibi formaliter in omnibus differentijs, non tāquàm partem formalem: ſed tanquàm id, cum quo eſt idêm formaliter quælibet differentia,

36 Certum ergo eſt, differentiam non includere formaliter genus primò modo: quia nec phyſicè componitur ex illo tanquam ex parte, vt per ſe patet; nec metaphyſicè, quia ad metaphyſicam compoſitionem eſt neceſſarium, quod præcedant partes diſtinctæ per rationem; omnis enim compoſitio eſt diſtinctorum vnio, ſeu coniunctio: atqui ad cōceptum, quo cognoſcitur differentia, non præcedit aliqua pars diſtincta à genere, ex qua, & ipſo genere cōponatur differentia: ergo nulla datur compoſitio differentiæ ex genere. Minor videtur per ſe nota: quia, ſi præcederet aliqua pars diſtincta à genere, ex qua, & genere reſultaret tale compoſitum, illa alia pars eſſet differentia, cum cōtraheret genus, &, totum reſultās eſſe ſpecies, cum componeretur ex genere, & differentia: ergo differentia non poteſt eſſe id, quod componitur ex genere, & aliâ comparte.

37 Solū eſt difficultas de incluſione ſecūdo modo ſumptâ: an, videlicèt, gradus genericus tranſcēdat formaliter differentias (per quas cōtrahi dicitur) tāquā id, cū quo ſunt idē formaliter ipſæ differentiæ? Circa quā nonnulli recentiores

ſiores docent: quod, licèt non ſit neceſſarium, omne genus ſuperius includi formeliter in differētia inferiori nihilominus talem incluſionem, neque ex parte gradus generici, neque ex parte gradus differentialis repugnare. Probatur: quia ſubſtantia eſt ſupremum genus &, viuens genus inter mediũ in prædicamento ſubſtantiæ, (vt fatentur omnes) & nihillominus vtrumque eſt de conceptu formali rationalis; quod eſt differentia infima eiuſdem prædicamenti: ergo non repugnat, genera ſuperiora includi formaliter in differētia inferiori. Antecedens probatur, quoad ſecũdam partem: quia rationale eſt formaliter ſubſtantia: neque enim eſt accidēs; neque datur medium inter vtrunque. Deinde eſt formaliter viuens, ſiquidē formaliter eſt principium ratiocinationis, quæ eſt operatio vitalis: ergo differentia inferior includit formaliter genera ſuperiora. Alia argumenta obijcientur infra.

38 Dicendum eſt, nullum gradum genericum poſſe includi formaliter in differētia inferiori, ſeu tranſcendere formaliter differentias inferiores. Ita P. Rub. hic q. 5. nu. 37. vbi pro ſe adducit Scot. in 4. diſt. 11. quæſt, 3. §. *Ad rationes* Capreol. in 1. diſt. 8. q. 2, in ſolut. ad 5. arg. Sotũ, P. Toletũ ca. de Subſt. Mercatũ 1. Poſt. ca. 4. 4 q. 2. ad 3. P. Fonſec. 5. Met ca. 28. q. 18. ſect. 1. quibus ſubſcribit P. Hurtado in Logic. diſp. 6. ſect. 3. Probatur primò: quia omnis gradus genericus verè, & propriè eſt vniuerſalis reſpectu ſuorum inferiorum, vt conſtat ex diſp. 6. deinde de ratione vniuerſalis eſt eſſe formaliter vnum ſimpliciter, & propriè, vt probatum eſt ex Ariſt. diſp. 1. ſect. 3. atqui cōceptus ſeu gradus, qui ſimpliciter, & propriè eſt vnus formaliter, non poteſt includi, ſeu tranſcendere formaliter differentias ſuorum inferiorum: ergo neq; gradus genericus poteſt includi, ſeu tranſcēdere formaliter differentias ſuorum inferiorũ. Minorē probò: quia id, quod eſt formaliter vnum ſimpliciter, debet eſſe indiuiſibile in ſe ipſum, hoc eſt, in partes, quæ ſint idem formaliter cum illo, vt probatum eſt ex Ariſt. ea diſp. 1. ſect. 2. atqui, ſi gradus genericus tranſcendit formaliter differentias ſuorum inferiorũ, non poteſt eſſe indiuiſibilis in ſe ipſum: ergo, &c. Minor eſt certa: quia tranſcendere differentias nihil aliud eſt, quã quòd ipſæ differentiæ ſint formaliter ipſe conceptus tranſcēdens, vt dicemus in tract. de Anal. ergo iam talis conceptus diuiditur in partes, quæ ſunt idem formaliter cum illo; ac per conſequens non poteſt dici indiuiſibilis in ſe ipſum.

39 Secũdo probatur ex Ariſt. qui lib. 1. Ethic. ca. 6. excluſit bonum à ratione vniuerſalis, & à ratione vnius, quia omnia tranſcendit prædicamenta. Deinde lib. 3. Met. tex. 10. circa finem expreſsè docet, ens non poſſe eſſe genus, quia tranſcendit formaliter differētias: ergo ſentit apertè, tranſcē-

dentiam differentiarum pugnare cum quolibet cóceptu generico, aut vniuerſali. Dices: gradus tranſcēdens poteſt præſcindi ab inferioribus: ergo poteſt eſſe formaliter vn⁹, & vniuerſalis. Antecedēs datur â nobis in tractatu de Analogia. Cóſequētia probatur: quia gradus tranſcēdens prout abſtractus non eſt multiplex: ergo eſt vnus, quia non datur mediū. Diſtinguo primum conſequens: poteſt eſſe formaliter vnus ſimpliciter; nego: ſecundùm quid, concedo conſequentiam: quia ad hoc, vt ſit vnus ſecundùm quid, ſufficit quod abſtrahatur ab inferioribus at verò ad hoc, vt ſit vnus ſimpliciter, neceſſarium eſt, quòd abſtrahatur, & quod non poſsit eſſe plura formaliter, ſeu diuidi in inferiora, quorum ſingula ſint idem formaliter cum illo: quod non inuenitur in gradu tranſcendente, vt conſtat ex dictis.

40 Tertiò probatur noſtra ſententia: quia ſi gradus genericus tranſcenderet differentias ſuorū inferiorum, plura ſequerētur abſurda. Primò enim rueret prorſus compoſitio metaphyſica ſpeciei ex genere, & differentia, quia cópoſitio eſt diſtinctorum vnio: ſed, ſi gradus genericus includeretur, ſeu tranſcenderet formaliter differentias inferiorum, non darentur duo diſtincta formaliter, ex quibus coniunctis coaleſceret ſpecies: ergo nō daretur compoſitio ipſius ſpeciei ex genere, & differētia. Secundo ſequeretur, differentiam eſſe totam eſſentiam ſpeciei imò eſſe ipſam ſpeciem quia differentia formaliter diceret totum, quod ſpecies. Vnde prouenirer, nō eſſe duo prædicabilia ſpeciei, & differētiæ; quia vtraq; prædicaretur vt tota eſsētia. Tertiò ſequeretur, vnā ſpeciē nō differre ſimpliciter loquendo ab alia: quia vt docet Ariſt. lib. 10. Met. c. 5. tex. 12. id eſt diſcriminis inter differēs (loquitur ibi de differēti nō ſecū dū quid, ſed ſimpliciter) & diuerſū, quod diuerſum nō eſt neceſſe, aliquo eſſe diuerſū; ſed ſe ipſo eſt diuerſū, & diſtinctū ab illo, à quo eſt diuerſum; differēs verò ſimpliciter ab aliquo, aliquo differens eſt: ſed, ſi differentia eſt idem formaliter cum genere, & cum ſpecie, ſe ipſa erit ſpecies diſtincta ab alia ſpecie, & non per aliquid diſtinctum formaliter ab ipſa ſpecie ergo non erit ſimpliciter differēs vna ſpecies ab alia; ſed diuerſa: quæ omnia abſurda ſunt apud dialecticos ſatis improbata.

41 Ex dictis colligo primò, ſpeciem non tranſcendere differētias indiuiduales. Tū quia non poſſet eſſe vniuerſalis, cū non poſſet eſſe vna ſimpliciter iuxta dicta. Tum etiā, quia nō cóponeretur indiuiduū ex ſpecie, & differentia indiuiduali; ſed ſola differentia indiuidualis eſſet totum indiuiduum. Tum denique, quia vnū indiuiduū non differret ab alio ſimpliciter loquendo; ſed eſſet diuerſū. Dices: ſpecies eſt tota eſſentia metaphyſica indiuiduorum: ergo importat formaliter differētias indiuiduales, vel includitur formaliter

liter in illis. Patet conſequentia: quia alioqui aliquid eſſet de eſſentia indiuiduorum diſtinctũ ab ſpecie. Nego conſequẽtiam: quia, vt dictum eſt diſp. 7. ſect. 4. ſpecies ideò dicitur eſſe tota eſſentia indiuiduorũ, quia licet non importet formaliter differentias indiuiduales; hæ tamen nõ pertinent ad cõpoſitionem metaphyſicam indiuidui tanquã partes naturæ metaphyſicæ; ſed tanquàm modi terminantes, & vltimò complẽtes naturam metaphyſicã: ad eum modum, quo ſubſiſtentia componit ſuppoſitum, nõ tanquam pars naturæ phyſicæ; ſed tanquàm vltimum complementum talis naturæ; & propterea non dicitur eſſe de eſſentia phyſica; ſed tantùm complementum eſſentiæ phyſicæ ſuppoſiti.

42 Colligo ſecundò, differentiam inferiorem non includere formaliter differentiam ſuperiorem. Differentia inferior dicitur illa, quæ conſtituit ſpeciem, ſeu gradum inferiorem; &, ſuperior, quæ cõſtituit gradum ſuperiorẽ. Exemplũ prioris eſt *rationale* cõſtituens *hominem*, qui eſt inferior reſpectu *animalis*. Exemplũ poſterioris eſt *ſenſibile* cõſtituẽs *animal* quod eſt ſuperior reſpectu *hominis, leonis, &c.* Rationale ergo nõ includit formaliter ſenſibile, aut aliquam aliam ex differentijs ſuperioribus: neque ſenſibile includit formaliter differentiam viuẽtis, corporis, &c. Ratio eſt: quia, ſi differẽtia inferior includeret formaliter ſuperiorẽ, includeret formaliter genus conſtitutum per talem differẽtiam ſuperiorẽ: at; hoc non poteſt includere formaliter, vt probatum eſt: ergo neque illã. Maiorẽ probo: quia, ſi rationale includeret formaliter ſenſibile, & hoc differentiam viuentis; & hæc differentiam corporis: hæc etiam includeret formaliter rationẽ ſubſtantiæ: neque enim vlla poteſt aſſignari ratio, cur quælibet ex differentijs inferioribus nõ includeret formaliter differẽtiã ſuperiorẽ ſibi proximã; & differẽtia corporis nõ includeret rationem ſubſtantiæ proximè ſibi ſuperiorẽ: ergo de primo ad vltimum rationale includeret formaliter omnia prædicata ſuperiora, vſque ad ſupremum genus ſubſtãtiæ: ergo includeret formaliter omnia genera intermedia,

43 Secundò: quia, ſi quælibet differentia ſuperior includeretur formaliter in inferiori, nulla differẽtia eſſet vniuerſalis, aut prędicabilis prędicabilitate conſequente per ſe vniuerſalitatẽ, ac per cõſequens auferendũ eſſet vniuerſale, ſeu prædicabile differẽtiæ. Sequelã probo: quia, ſi quęuis differẽtia ſuperior includeretur formaliter in inferiorib⁹ cõtentis ſub illa, ſingula inferiora eſſent idẽ formaliter cum tali differentia; ut, ſi ſenſibile includeretur formaliter in rationali, & hinnibili: rationale, & hinnibile eſſent idem formaliter cum ſenſibili: ergo iam ſenſibile eſſet diuiſibile in ſe ipſum, ſeu in partes, quæ eſſent idem formaliter cum illo: ergo non eſſet vnũ

ſimpliciter, vt conſtat ex dictis in prima probatione noſtræ concluſionis: ſed, quod non eſt vnũ ſimpliciter, non poteſt eſſe vniuerſale, aut prædicabile prædicabilitate conſequente per vniuerſalitatem: ergo differentia non eſſet vniuerſalis, aut prædicabilis.

44 Colligo tertiò: differentiã ſuperiorem non prędicari directè de differentia inferiori prædicatione formali; quia ad prædicationem formalem directam requiritur, quod prędicatum ſit forma ſubiecti, vel de conceptu formali illius, vt dicemus infra: ſed differentia ſuperior non eſt forma differentiæ inferioris, neque de conceptu formali illius, vt conſtat ex dictis: ergo non prædicatur directè de differentia inferiori prædicatione formali.

SECTIO VI.

Soluuntur argumenta oppoſitæ ſententiæ.

45 Argumentum adductũ pro oppoſitã ſententiã intendens probare ſubſtantiam, & viuens tranſcēdere differentias inferiores, ſi aliquid conuinceret, conuinceret quidem, ſubſtantiã, & viuens non eſſe genera in ſerie prædicamenti ſubſtantiæ: quia, vt ex hucuſque dictis conſtat, nullũ prædicatum tranſcendens poteſt eſſe vnum ſimpliciter, ac per conſequens neq; vniuerſale, quod neceſſarium erat, vt eſſet genus: vnde, ſi ſubſtãtia, & viuens ſunt prædicata tranſcendentia, non ſunt dicēda genera; quod eſt cõtra cõmunem omnium conſenſum. Quapropter cõceſsâ primâ parte antecedentis, nempè, quòd ſint genera, nego ſecundam partem, nempè quod tranſcēdant. Ad id, quod adducitur de ſubſtantia, reſpondeo ſubſtantiam poſſe ſumi dupliciter. Primò prout opponitur cõtra accidens, & ſic definitur per hoc quod eſt eſſe *ens ſubſiſtens, vel de conceptu entis ſubſiſtentis.* Secundò ſumitur pro principio, ſeu radice ſubſiſtentiæ. Licèt ergo ratio ſubſtãtiæ, prout opponitur cõtra accidens, tranſcēdat differētias; at, prout eſt principiũ ſubſtantiæ ſub qua ratione eſt ſupremũ genus in prædicamento ſubſtantiæ, non tranſcendit; vt dicemus ad prædicamentũ ſubſtantiæ: atque adeò rationale non includit formaliter ſubſtantiam, quæ eſt genus.

46 Ad id, quod adducitur de viuenti, reſpōdeo, viuens nõ trãſcendere, neque includi formaliter indifferētia rationalis: quia ratiocinatio duas includit formalitates; vnam operationis vitalis; alterã talis vitalis. Prior correſpōdet prædicato viuētis; &, ſecũda prædicato rationalis: ita vt prædicatũ rationalis vt principiũ talitatis concipiatur à nobis aduenire viuēti prout principio operationis vitalis; atque adeo concipiuntur à nobis formalitates diſtinctæ, ſe mutuo excludentes: neque enim concipitur alteri aduenire, niſi id, quod eſt extra conceptum alterius. Hæc doctrina eſt maxime obſeruãda pro ſolu-

uendis ſimilibus obiectionibus.

47 Obijcies: hic eſt bonus ſyllogiſmus in Darapti. *Omnis homo formaliter eſt ſenſibilis, omnis homo formaliter eſt rationalis, ergo aliquod rationale formaliter eſt ſenſibile:* in quo per bonã cõſequẽtiã deducitur ex antecedente vero, quod rationale formaliter eſt ſenſibile: ergo eſt verũ hoc conſequens, quia ex verò per legitimã cõſequentiã nõ poteſt inferri, niſi verũ: ergo ſenſibile includitur formaliter in rationali. Reſpondeo, prædictũ ſyllogiſmũ non legitimè cõcludere: nam vel *Tò formaliter* qui eſt terminus ſyncategorematicus, ponitur in pręmiſsis ex parte ſubiecti, vel ex parte pręd icati. Si ponitur ex parte ſubiecti pertinebit ad mediũ, cum quo cõiunguntur extrema in præmiſsis, quod quidẽ nullatenus poni debet in cõcluſione, vt conſtat ex dictis lib. 5. Inſtitut. Dialectic. cap. 4. atque adeò, vt rectè concludas debes dicere, *ergo aliquod rationale eſt ſenſibile*, ablatã particulã, *formaliter*, ne mediũ, aut aliquid illius repetatur in concluſione. Et hàc ratione eſt verũ conſequens; nihil tamen contra nos concludit, quia non affirmatur in eo, quòd ſenſibile includatur formaliter in rationali; ſed ſolùm identitas realis vtriuſque, quam nullus negat.

48 Si verò particula *formaliter* ſe habeat ex parte prædicati peccat conſequentia, primò: quia *Tò formaliter* eſt diuerſũ ſyncategorema in conſequenti, ac in præmiſsis: nam in maiori afficit ſenſibile prout comparatum cum homine; in minori afficit rationale prout comparatum cum eodem homine; in conſequenti vero afficit ſenſibile prout comparatum cum rationali; atque adeò prædictus ſyllogiſmus habebit quatuor terminos: quia quotieſcũque terminus ſyncategorematicus diuerſo modo afficit præcipuos terminos in conſequenti, ac in antecedenti, variantur ijdem termini ratione diuerſæ effectionis, ac per conſequens non vniuntur in conſequenti inter ſe eadem omnino extrema, quæ vnita erant in præmiſsis cũ medio. Secundo peccat illa cõſequẽtia: quia, vt legitimè cõcludat ſyllogiſmus, eſt neceſſariũ, quod in cõſequẽti tota maior extremitas vniatur cũ tota minori extremitate: atqui in prædicto ſyllogiſmo, ſi *Tò formaliter* ponatur ex parte pręd icati, minor extremitas nõ eſt *rationale* ſolũ; ſed cõiũctũ cum particula *formaliter* neq; maior extremitas eſt *ſenſibile* ſolũ, ſed adiunctũ etiam particulę *formaliter*: ergo, vt benè concludat prædictus ſyllogiſmus, ponendum eſt ex parte ſubiecti *rationale* cũ particula *formaliter*; & ex parte prædicati *ſenſibile* cum eàdem particula: atq; adeò cõcluſio debet eſſe, *ergo formaliter rationale eſt formaliter ſenſibile*; quæ quidẽ eſt vera, & nihil contra nos euincit, quia ſenſus illius eſt, *Id quod eſt formaliter rationale, eſt formaliter ſenſibile*, quod quidẽ verum eſt, cum id, quod eſt formaliter

rationale, ſit homo, de quo verum eſt dicere eſſe formaliter ſenſibilem.

49 Dices Tò *formaliter* in præmiſsis prædicti ſyllogiſmi non ſe habere ex parte ſubiecti, aut ex parte prædicati; ſed ſolum ex parte copulæ; atque adeò ſemel tantùm repetendũ eſſe in cõcluſione in qua ſemel tantum repetitur copula. Sed cõtra: In primis Tò *formaliter*, debet ſe habere ex parte eorum, quæ affirmantur eſſe idẽ formaliter: ſed in prædictis præmiſsis prædicatum, & ſubiectum ſunt, quæ affirmãtur eſſe idẽ formaliter: ergo Tò *formaliter* debet ſe habere ex parte ſubiecti, aut ex parte prædicati. Et quidẽ ſyncategoremata ſemper ſe habent ex parte ſubiecti, aut prędicati in cõmuni omniũ exiſtimatione, & proptereà cõputantur ſemper inter terminos; quorũ eſt eſſe ſubiectũ, aut prædicatum. Secũdo, demus, quod ea particula *formaliter* ſit affectio copulæ, certè, cum diuerſo modo eã afficiat in maiori, ac in minori: quia in maiori afficit eã vt nexũ maioris extremitatis cũ medio; & in minori vt nexũ minoris extremitatis cũ eodẽ medio bis debet repeti in cõcluſione, vt copula vniat extrema inter ſe in concluſione cum eiſdẽ affectionibus, cum quibus ea vniuit cũ medio in præmiſsis; atq; adeo cõcluſio debet eſſe, *ergo id, quod eſt formaliter rationale, eſt formaliter ſenſibile*: alioqui nõ rectè concludet ſyllogiſmus; quia, licet extrema, quæ vnita erant in præmiſsis cum medio, vniantur inter ſe in concluſione, non tamen eodẽ modo; ſed diuerſo: quod quidẽ vitiũ eſt in concludendo: quia, ſicut ſeruari debent in cõcluſione eadem omnino extrema, quæ vnita erant cũ medio in præmiſsis; ita etiam ſeruari debet idẽ omnino modus vniendi qui poſitus eſt in vna, & altera præmiſſa.

50 Obijcies ſecundò: rationale, vel formaliter eſt quid corporeum, vel incorporeum: ſi eſt formaliter quid corporeũ, includit formaliter differentiam conſtitutiuam corporis, quod eſt genus quoddam in prædicamento ſubſtantiæ ſuperius homini: ſi eſt formaliter quid incorporeum, includit formaliter differentiam ſpiritus, quæ eſt ſuperior animo rationali: ergo ſaltẽ rationale includit formaliter aliquam differentiam ſuperiorem. Reſpondeò, rationale totius hominis eſſe formaliter quid corporeum, prout corpus diſtinguitur cõtra ſpiritum; qua ratione corporeitas conuenit accidentibus materialibus, & nihilominus non includunt formaliter differentiã corporis, quod eſt genus pertinens ad prædicamentum ſubſtantiæ. Non tamen rationale eſt quid corporeum eã ratione quã corporeũ eſt differentia conſtitutiua corporis pertinentis ad prædicamentum ſubſtantiæ: quia hæc differentia conſiſtit in hoc, quod eſt eſſe principiũ, aut radicẽ quantitatis, rationale verò non eſt formaliter principiũ quantitatis; ſed tantũ ratiocinationis. In

quo

quo verò conſiſtat ratio corporis prout diſtinguitur contra ſpiritũ? dicam in lib. de Anim.

51 Obijcitur tertio Ariſtot. 7. Met. tex 43. vbi dixit, ad inueniẽdam differẽtiam inferiorem diuidendam eſſe ſuperiorem: ergo ſenſit differentiam ſuperiorem includi formaliter in inferiori; quia id, quod dicitur vniuerſale, includitur formaliter in inferiorib⁹, in quæ diuiditur, vt inductione conſtare poteſt. Verba Ariſt. ſunt: *At verò oportet etiã diuidi differẽtia differentiã, vt puta animalis differentia eſt pedes habere: rurſus animalis pedes habẽtis differẽtiã ſcire oportet, prout pedes habet, &c.* Reſpõdeo Ariſtotelẽ in primis ibi ſumpſiſſe differẽtiã ſuperiorẽ pro gradu, quẽ cõſtituit cũ genere, vt cõſtat ex illis verbis. *Rurſus animalis pedes habentis differentiam ſcire oportet*; vbi vt diuiſum ponit nõ ſolũ hoc, quod eſt pedes habere; ſed animal pedes habens, quod eſt cõſtitutũ ex genere animalis, & differentia pedes habẽtis. Deinde (quid quid ſit de diuiſo) nõ dicit diuidẽdã eſſe differẽtiã in alias differentias; ſed diuidendam eſſe differentiã ſuperiorẽ differẽtiã inferiori, hoc eſt, per differentiã inferiorem; vt denotaret differẽtiã inferiorem non eſſe id, in quod diuiditur ſuperior, ſed ſolùm id, per quod diuiditur in ſpecies. Ex quo non deducitur differentiam ſuperiorem includendam eſſe formaliter in differentijs inferioribus; ſed ſolũ in ſpeciebus: quia id, quod eſt vniuerſale non debet includi formaliter in differẽtijs, per quas diuiditur: ſed in ſpeciebus, in quas diuiditur per ipſas differentias.

52 Inſtabis: Ariſt. dixit ibidẽ, differentiã vltimam eſſe totã ſubſtantiam rei, & ideò, ſi in definitione additur vltima differentia, nõ addendã eſſe aliquã aliam ex ſuperioribus: ergo ſenſit Ariſt. differẽtiam vltimam includere formaliter differentiam ſuperiorem, imò & genus: alioqui nõ explicaretur tota eſſentia per ſolã vltimam differentiam, cum genus etiam pertineat ad eſſentiam. Reſpondeo, Ariſtotelem non dixiſſe, ſolã differentiam vltimam eſſe ſubſtãtiam rei, ſed differentiam vltimam additam generi immediato. Verba Ariſt. ſunt: *Si igitur differẽtiæ differentia fiat, vna, quæ vltima eſt, erit ſpecies, & ſubſtantia*: hoc eſt: ſi differentiæ ſuperiori generi cõiunctæ (vt explicamus num. præcedenti) accedat differentia, quæ vltima eſt, erit iam tota ſpecies: quia coniungitur differentia vltima, ſeu infima cum ſuo genere immediato, ex quibus coniunctis coaleſcit tota eſſentia.

SECTIO VII.

De differentia vt vniuerſalis eſt, & prædicabilis.

53 Ex tribus differentijs ſupra aſsignatis, Communi videlicẽt, Propria, & Propriiſsima, ſola Propriiſsima, ſi eſſentialis ſit, conſtituit hoc tertiũ prędicabile: Propria enim pertinet ad quartũ & cõmunis ad quintũ. Differẽtiã

ergo Proprijſsimam, vt prædicabilis eſt, ſic definiuit Porphirius in cap. de Differentia, *eſt quæ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quale quid*. Pro cuius declaratione obſeruo, differētiā ſpecificam, ſeu eſſentialem, aliam eſſe ſubalternā; aliam infimā. Subalterna eſt, quæ conſtituit ſpeciem ſubalternā; eam videlicet, quę ita continetur ſub genere ſuperiori, vt ſub ſe alias habeat ſpecies. Tale eſt ſenſibile cōſtituens animal, quod quidem ita continetur ſub genere viuentis, vt ſub ſe comprehendat alias ſpecies, hominē videlicèt, leonem, equum, &c. Differentia infima eſt, quæ conſtituit ſpeciem infimam, eam videlicèt, quæ ita continetur ſub genere, vt ſub ſe nō comprehendat alias ſpecies, ſed ſolū indiuidua. Tale eſt rationale conſtituens hominem, qui quidem ita cōtinetur ſub genere animalis, vt ſub ſe non comprehendat, niſi indiuidua Petrū, Ioannē, &c. Eſt ergo difficultas: an Porphirius prædicta definitione cōprehenderit non ſolùm differentiam ſubalternam; ſed etiam infimam. Et ratio dubitādi ex vna parte eſt: quia differentia infima non eſt prædicabilis de pluribus differentibus ſpecie, cum non cōprehēdat ſub ſe plures ſpecies: ergo non comprehenditur prędicta definitione. Ex aliâ parte, Porphirius definit differentiam prædicabilē: atqui non ſolū differētia ſubalterna; ſed etiam infima eſt prædicabilis: ergo vtraque debuit comprehendere eā definitione.

54 Multi ſunt, qui exiſtimant, ea definitione comprehendi tàm differentiam infimam, quàm ſubalternā, ſed non omnes explicant eodem modo verba definitionis. Nonnulli enim exiſtimant, verba illa, *de plurib' differētibus ſpecie*, intelligenda eſſe de pluribus, quæ vel inter ſe ſe, vel ab alijs differāt ſpecie; & ideo conuenire differentiæ ſubalternæ, quæ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie inter ſe ſe, vt fatentur omnes, ſenſibile enim prædicatur de homine, leone, &c. differentibus ſpecie inter ſe ſe, & deinde conuenire etiam differentiæ infimæ, quæ prædicatur de pluribus, quę licèt inter ſe ſe nō differant ſpecie, differunt tamen ſpecie ab alijs: rationale enim prædicatur de Petro, Ioanne, &c. qui licet ab ſe inuicem ſolo numero diſtinguātur; ſpecie tamen diſsident ab indiuiduis equi, leonis, &c. Hanc explicationem tenent nōnulli relati ab Auicena cap. de Differen.

55 Sed certè, ſi hac ratione explicandus eſſet Porphir. in prædicta definitione, optimè accommodari poſſet Speciei, definitio Generis ab ipſo tradita: quia ſicut hic dicit differentiam prædicari de pluribus differentibus ſpecie in quale quid, ſic etiā in c. de Gen. dicit Genus prædicari de plurib' differentibus ſpecie in eo quod quid: & capite vltimo de Communic. addit Genus, & differentiam conuenire in prædicando de pluribus differentibus ſpecie; ſed per te in definitione differentiæ di-

dicuntur differre ſpecie, tam quæ inter ſe ſe, quàm quæ ab alijs ſpecie ſecernuntur: ergo eodem modo intelligentur ea verba in definitione generis: ſi autem in definitione generis eodem modo intelligantur, rectè accõmodari poterit ſpeciei talis definitio, quia ſpecies prędicatur *in eo quod quid* de pluribus, quæ, licèt inter ſe ſpecie non diſsideant; diſsident tamẽ ſpecie ab alijs indiuiduis alterius ſpeciei: atqui nullus eſt, qui dicat accommodari poſſe ſpeciei, definitionem generis: ergo neque in definitione generis, neque in definitione differentiæ poſſunt intelligi ea verba de ijs, quæ ſpecie diſſidẽt ab alijs; ſed ſolũ de ijs, quæ inter ſe ſe ſpecie diſtinguuntur.

56 Alij dicunt per definitionẽ traditam definitam eſſe differentiam ſecundum rationem communem differentiæ, prout abſtrahit ab infima, & ſubalterna. Deinde addunt, talem definitionẽ applicari poſitiuè differentiæ ſubalternæ: quia hęc reuera prędicatur de pluribus ſpeciebus; differentiæ vero infimæ negatiuè, ſeu per non repugnantiam, quia, licet nõ poſſit illi conuenire ſecundũ rationem infimę, non tamen illi repugnat ſecundum rationem differentiæ. Hæc ſententia eſt Caietani hic in expoſitione huius definitionis dub. vnico: illum ſequitur Scotus cap. de Differ. q. vnica, ad ſextum & probabilẽ putat P. Toler. cap. de Differen. q. vnica, licèt, dicat, non eſſe ad mentem Porphirij.

57 Mihi tamen non placet, primò: quia hac ratione poſſet dici definitio hominis conuenire equo; nam licet iſti ratione differentiæ propriæ repugnet; eſſe animal rationale; non tamen illi repugnat ratione prędicati generici, hoc eſt prout eſt animal: ergo tam propriè dicetur equus definiri per definitionem hominis; ac Caiet. dici, differentiam infimam definiri per definitionem differentiæ traditam à Porphirio. Hoc autem quis dicet? Secundo: quia vel ea definitione intendit Porphir. explicare naturam differentiæ infimæ, & ſubalternæ prout tales ſunt: vel ſolum naturã differentiæ in communi, prout abſtrahit ab vtraque. Si primum, deberet explicare non ſolùm rationem communem differentiæ; ſed etiã rationes particulares vtriuſque, quod non præſtat, cum non explicet rationem particularem differentiæ infimæ vt talis. Si dicatur ſecundum non eſt bona definitio: quia differẽtia prout abſtrahit ab infima, & ſubalterna, præſcindit ad hoc, quod eſt prædicari de pluribus differentib° ſpecie, aut numero: ergo deberet explicari per definitionẽ, quæ pręſcinderet ab vtroque, atqui nõ præſcindit; quia traditur per hoc, quod eſt prædicari de pluribus differentibus ſpecie; ergo, &c.

58 Dicendum ergo eſt, ſolam differentiam ſubalternam definitam eſſe ea definitione. Ita Albertus, Iauell. Loban. Canter. Mercat. Villalpam. Pater Tolet. Pater Fonſec. quos refert, & ſe-

qui-

quitur P. Rub. capit. de Differen. q. 7. idem docent PP. Cònnimb. cap. de Differ. q. 2. artic. 1. in fine Ratio eſt: quia ſoli differentiæ ſubalternę conuenit prædicari de pluribus differentibus ſpecie in quale quid, vt conſtat ex dictis: ergo ea ſola continetur ea definitione. Porphirius autē ſolam differentiam ſubalternam definiuit, vt docent PP. Connimb. vel quia eius tantùm definitionem inuenit apud veteres, ex quibus profitetur, ſe definitiones differentiæ deſumpſiſſe; vel quia in ſcholis philoſophorum, quibus hoc opus dicabat, ſubalternarum differentiarum vſus, aut frequentior, aut ſolus tunc temporis erat.

59 Ex prædicta tamen definitione facilè eſt aliam deducere, quæ omnes differentias comprehendat, ſi particula illa, *de ſpecie differētibus* auferatur in hunc modum, *differētia eſt vnum aptū eſſe in multis; & de illis prædicari in quale quid.* Huius definitionis definitū ſunt gradus differentiales, prout ſubſtant ſecūdæ intentioni differentiæ vniuerſalis, & prædicabilis. *Vnū aptū eſſe in pluribus, & de illis prædicari* ponitur loco generis, ea ratione; qua in ſimili diximꝰ circa definitionē generis. Vide quæ ibi diximus. Per poſteriora verba *in quale quid* differt à reliquis prædicabilibus: nam per hoc quod eſt prędicari *in quid*, denotatur, quod prędicetur eſſentialiter, hoc eſt tanquàm quid pertinens ad eſſentiam inferiorum, de quibus prædicatur: in quo differt à proprio, & accidenti, quæ accidentaliter prædicantur. Per hoc verò, quod eſt prædicari *in quale* denotatur, differentiam ita prædicari eſſentialiter, vt ſe habeat per modū formæ alteri; genere videlicet, aduenientis, & illud perficientis: in quo differt à genere, quod prædicatur tanquā pars materialis eſſentiæ, & ab ſpecie, quæ tanquā tota eſſentia prædicatur. Et ideo clarius definiretur hac ratione, *vnū aptū eſſe, & prædicari de pluribus tanquā pars formalis eſſentiæ*, hoc eſt, tāquàm id, quod in compoſitione eſſentiæ metaphſicæ ſuorum inferiorum, habet munus partis formalis.

60 Rogas primò: an differentia ſit vniuerſalis reſpectu ſpeciei, quam conſtituit, an reſpectu inferiorum, quæ continentur ſub tali ſpecie? Ex. gr. an rationale habeat rationem differentiæ vniuerſalis reſpectu hominis, quem conſtituit; vel reſpectu Petri, & Pauli, quæ ſunt indiuidua hominis? In primis certum eſt, rationale reſpectu huius, & illius rationalis formaliter vt talium non habere rationem differentiæ vniuerſalis; ſed rationem ſpeciei: vt in ſimili dixi de genere cōparato cum indiuiduis immediatè illi reſpondentibus. Dico ſecundò: Differentia, rationale, v. g. non eſt vniuerſale reſpectu ſpeciei quam cōſtituit, ſecundùm ſe conſideratæ; ſed reſpectu indiuiduorum, vel reſpectu ſpeciei prout multiplicatæ in indiuiduis, quod dico de

dif-

differentia iufima reſpectu ſpeciei infimæ, & indiuiduorum, dictum puta de differentia ſubalterna reſpectu peciei ſubalternæ, & ſpecierum, quæ ſub illa continentur.) Ratio eſt: quia vniuerſale ſemper eſt quid ſuperius illis, reſpectu quorum eſt vniuerſale, vt nullus non fatetur; atqui differentia non eſt ſuperior reſpectu ſpeciei, quam conſtituit, ſecundùm ſe conſideratę; ſed æqualis; quia dicũtur ad conuertentiã, vt, *eſt homo, ergo rationale; eſt rationale, ergo homo*: ergo non eſt vniuerſalis reſpectu ſpeciei ſecundùm ſe conſideratæ; benè tamẽ reſpectu indiuiduorum, vel reſpectu ſpeciei proùt multiplicatæ in indiuiduis, quia ad iſta comparatur vt quid ſuperius ad inferiora,

61 Dices: Differentia vt vniuerſalis comparatur ad illud, circa quod exercet munus differentiæ: ſed exercet munus differentiæ circa ſpeciem, quia hanc facit differre: ergo vt vniuerſalis comparatur ad illud. Diſtinguo maiorem; Differentia vt vniuerſalis cõparatur ad illud, circa quod exercet munus differentiæ, ſecũdũ ſe ſumptũ prę ſciſsè ab inferioribus, nego: prout multiplicatum in inferioribus, concedo maiorem. Et conceſſâ minori, diſtinguo conſequens, vt vniuerſalis comparatur ad ſpeciem ſecundum ſe ſumptam præſciſsè ab inferioribus; nego: prout multiplicatam in ipſis inferioribus, concedo conſequentiã. Itaque differentia vniuerſalis duo inuolu.t, & quod ſit differentia; & quod ſit vniuerſalis, ac ſuperior. Ratione prioris cõparari debet ad ſpeciem, quam facit differre. Ratione poſterioris debet illã reſpicere nõ vtcunque; ſed vt multiplicatã in ſuis inferioribus; quia vniuerſalitas inuolvit reſpectum ſuperioritatis circa plura infra ſe contenta; quæ, cum non poſsit exerceri circa ſpeciem ſecundùm ſe ſumptam prę ſciſsè ab inferioribus, eſt neceſſarium, vt tenoat in ipſam ſpeciem prout multiplicatam in inferioribus.

62 Rogas ſecundò: an differentia poſsit habere rationem vniuerſalis reſpectu ſpeciei, & vnius tantum indiuidui? Reſpõdeo negatiuè: quia vniuerſale eſt vnum aptum eſſe, & prædicari de pluribus ita, vt fiat plura per ſui diuiſionem, vt diximus diſp.1.ſect.2. at differentia, rationalis, v.g. non fit plura rationalia in homine, & Petro; quia idem rationale, quod eſt in Petro; eſt in homine non ſe extendente ad aliud præter Petrum. Secundò; quia vniuerſale ſemper eſt ſuperius illis, reſpectu quorum eſt vniuerſale; ſed differentia non eſt ſuperior ſpecie, quam conſtituit: ergo non poteſt eſſe vniuerſalis reſpectu illius. An verò differentia prædicetur mediatè vel immediatè de indiuiduis ſpeciei, quam conſtituit? Conſtat ex ijs, quæ diſp.6.ſect.3. diximus in ſimili de genere reſpectu indiuiduorum ſpecierum ſub illo contentarum.

63 Rogas tertiò: An differentia vniuerſalis vt ſic, comparetur ad

ad infimam, & ſubalternam tanquã genus ad ſuas ſpecies? Reſpondeo negatiuè, ſi ſermo ſit de illis, prout ad logicum ſpectant, quia ad logicum ſpectant ratione modi prædicandi: atqui vtraque habet eũdem modum prædicãdi; quia vtraque prædicatur tanquã pars formalis ſpeciei, quã conſtituit, ergo, &c. Quòd verò vna ſit pars formalis ſpeciei infimæ, altera ſpeciei ſubalternę nõ arguit diuerſitatẽ in modo prædicandi; ſed ſolùm diuerſitatẽ in ratione, quæ prædicatur; quæ per accidens omnino ſe habet ad modum prædicandi, prout à logico conſideratur. Vide, quæ in ſimili diximus ſuprà ſect. 3. n. 25. Rogas quartò: Vtrũ differentia ſemper ſit perfectior genere, cum quo ſpeciem conſtituit? Reſpondeo, id penſandũ eſſe ex operationibus, ſeu connotatis, per ordinem ad quæ diſtinguimus vnam formalitatem ab alia, & ex modo tendendi circa illa, nam ſi connotatum differentiæ ſit perfectius cõnotato generis, aut perfectiori modo tẽdat circa illud, differentia erit perfectior; è contra verò ſi cõnotatum generis ſit perfectius, aut perfectiori modo tendat circa illud. Poteſt autem vnum, aut alterum euenire: & ideò poteſt fieri, quod in nonnullis ſpeciebus genus ſit perfectius differentiâ; & in alijs è contrà, quod differentia ſit perfectior genere, vt conſtabit ſingulas perpendenti.

DISPVTATIO IX.

De proprio, & Accidenti.

1 PORphir. in cap. de Proprio, quadruplex proprium diſtinxit. Primum, quod cõuenit ſoli ſpeciei; ſed nõ omni eius indiuiduo, neque ſemper: vt eſſe dialecticũ, quod ſoli homini cõuenit, non tamen omnibus eius indiuiduis, neque ſemper. Secũdũ, quod conuenit omni indiuiduo ſpeciei; ſed non ſoli: hac ratione eſt proprium hominis eſſe loco motiuũ motu progreſsiuo; quod etiam cõuenit alijs accidentibus. Tertiũ, quod cõuenit omni indiuiduo alicuius ſpeciei, & ſoli; ſed non ſemper, qua ratione eſt propriũ hominis ridere, & caneſcere. Quartum quod conuenit omni, ſoli, & ſemper vt riſibilitas reſpectu hominis quæ quidem cõuenit omni indiuiduo hominis, & ſoli, & ſemper. In hac diſputatione ſolum agendum nobis eſt de proprio, cui proprie conuenit eſſe propriam paſsionẽ alicuius eſſentiæ, reliqua enim lato tantũ modo dicuntur propria: quia, licet ita rei vni conueniant, vt alijs non cõmunicentur, ita tamen, vt non inſeparabiliter, & neceſſariò (quod neceſſarium erat vt ſtrictè dicerẽtur propria; ſed contingẽter ſolum, aut pro aliquo tãtum tem pore rem afficiant. Quibus verò ex dictis quatuor conueniat eſſe propriam paſsionem cõſtabit ex dicendis ſect. 1.

2 In capite de Accidenti definiit Accidens Porphirius tribus definitionib⁹. Prima eſt: *Accidēs eſt, quod ad eſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionē.* Secūda eſt: *Accidēs eſt, quod eidē in eſſe, & nō in eſſe poteſt.* Tertia eſt: *Accidēs eſt, quod neq; eſt genus, neq; ſpecies, neq; differētia, neque propriū, ſemper autem in eſt ſubiecto.* Diuidit præterea accidens in ſeparabile, & in inſeparabile. Accidens ſeparabile dicitur calor reſpectu aquæ: inſeparabile verò nigredo reſpectu corui. Hæc omnia explicāda ſunt in hac diſputatione.

SECTIO I.

De proprio primò intentionaliter ſumpto.

3 PRopriū, quod eſt propria paſsio, ſumi poteſt, & primò intentionaliter, & ſecundo intentionaliter. Primò intentionaliter ſumptum eſt ipſa entitas proprij ſecundùm ſe. Secundo intentionaliter, eſt eadē entitas, prout ſubeſt ſecundæ intentioni vniuerſalis, & prædicabilis In hac ſectione agimus de proprio primo intētionaliter ſumpto acturi in ſeqnēti de eodem, prout ſubeſt ſecundæ intentioni: Eſt autem Propriū: *Id, quod cū ſit extra eſſentiā, per ſe tamen, & neceſſariò cōſequitur eſſentiā.* Dicitur eſſe *extra eſſentiā*; quia proprium non poteſt eſſe de conceptu eſſentiali rei, cuius eſt proprium: ſic enim potiùs dicendum eſſet prædicatum eſſentiale rei, quàm eius proprietas.

4 Poteſt tamen eſſe extra eſſentiam duobus modis, phyſicè, uidelicet, & metaphyſicè Phyſicè eſt extra eſſentiam, quando ita conſequitur neceſſario, & per ſe eſſentiam, vt ſit entitas à parte rei diſtincta ab eadē eſſentia, & ideò dicitur proprium phyſicū. Talis eſt riſibilitas reſpectu hominis in ſententia diſtinguente illam ab eodem homine. Metaphyſicè eſt extra eſſentiam, quando eſt idem à parte rei cum eſſentia; à nobis tamen cum fundamento in re concipitur, quaſi quid neceſſario cōſequens eandem eſſentiā. & proptereà dicitur proprium metaphyſicum; quia non phyſicè: ſed per rationem noſtram eſt extra eſſentiam, ac illam conſequitur. Talis eſt vnitas reſpectu entis: quia licèt à parte rei ſit idem cum ipſo ente poteſt tamen ens concipi integrè conſtitutum in ratione entis non concepta vnitate; & deinde concipitur vnitas tanquàm quid neceſſariò adueniens, ſeu cōueniens entitati. Proprium phyſicum eſt tale à parte rei quia à parte rei aduenit eſſentiæ, cuius eſt Propriū. Metaphyſicū verò, ſolum eſt Proprium beneficio mētis quia, licèt ſit reale prædicatum, non tamen aduenit eſſētiæ, niſi per intellectū diſtinguentem illud ab ipſa eſſentia. De vtroque tamē intelligitur definitio propoſita ſuo modo cuilibet applicata: & proptereà non eſt vniuoca reſpectu vtriuſque; quia enti reali, & rationis nihil dari poteſt vniuocum.

5 Additur *per ſe, ac neceſſariò cō*

ſequens

ſequens eſſentiam, vt diſtinguatur Proprium ab accidẽti communi, quod, cum ſit etiã extra eſſentiã; non tamen conſequitur per ſe, ac neceſſariò eandem eſſentiam. Dicitur autem Proprium *per ſe cõſequi eſſentiam*, quia cõſequitur illã ex vi eiuſdem eſſentiæ potentis talẽ proprietatem ex eo præſciſsè, quod ſit talis eſſentia. Vndè ſi aliquod accidẽs ſubiecto proueniat ex congreſſu aliquo cauſarum, nõ petito ab ipſa eſſentiâ, non dicetur tale accidens proprietas, ſeu propria paſsio eius eſſentiæ, etiãſi ſemper, & pluribus, aut omnibus indiuiduis talis eſſentiæ illud accidens conueniat: non aliâ de cauſâ, niſi quia non illi conuenit ex vi propriæ exigentię. Talis eſt nigredo Æthiopis, quę illi non prouenit ex vi propriæ exigentiæ; ſed ex temperie regionis, quam incolit. Talis etiam dicitur eſſe nigredo reſpectu corui, & albedo reſpectu niuis: in his tamen ſub diſtinctione loquendum eſt: nam, ſi prædicta accidẽtia ita ſint annexa tẽperamento earum ſubſtantiarum, vt nullum temperamentum dari poſsit proprium earum, ex quo oriri poſsint alia diuerſa, non cenſenda ſunt ea accidentia communia; ſed pertinẽtia ad proprietates earum ſubſtantiarum; quia proprium temperamentum cuiuſuis ſubſtantiæ inter proprietates eius cenſendum eſt. Si verò illis ſubſtãtijs connaturale etiam ſit aliud tẽperamentum, ex quo alij colores diuerſi oriri poſsint, inter accidẽtia communia recẽſenda ſunt prædicta accidentia; quia non ea exigunt determinate ex ſubſtantiæ. Subiungitur præterea in definitione, *neceſſario*, vt denotetur, propriam paſsionem ita oriri ab eſſẽtia ex vi propriæ exigentiæ, vt id non contingenter accidat; ſed ita neceſſario, vt ſi non impediatur à Deo, vel ab alio agente maioris virtutis, quàm ipſa eſſentia, ſemper illam conſequi debeat.

6 Obſeruandum eſt: dari Proprium ſpecificũ, & genericũ. Proprium ſpecificum eſt, quod per ſe & neceſſariò conſequitur ſpeciem infimam ratione eſſentialis differẽtiæ. Talis eſt *riſibilitas* reſpectu *hominis*, quæ quidẽ cõſequitur hominẽ ratione *rationalitatis*, quæ eſt differentia infima, & eſſentialis illius. Proprium genericum eſt, quod per ſe, & neceſſario conſequitur genus ratione differentiæ eſſentialis conſtitutiuæ ipſius generis, vel ratione ſui ipſius, ſi fuerit ſupremum genus. Talis eſt potentia progreſsiua reſpectu animalis greſsibilis. Hoc proprium cõuenit per ſe omnibus ſpeciebus illius generis, cum quo cõnectitur. Reſpectu indiuiduorum non datur proprium phyſicũ, quod phyſicè conſequatur indiuiduũ ratione differentiæ indiuidualis: quia hanc nulla cõſequitur proprietas phyſica, vt diximus diſp. 7. n. 23. & 24. Datur tamen proprium metaphyſicũ indiuiduale, quod metaphyſicè conſequitur indiuiduũ ſecundùm ſe, vnitas videlicèt indiuidualis, quæ per rationẽ noſtrã neceſſariò conſequitur indi uiduũ

Digitized by Google

metaphyſicè cōpletum in eſſe indiuidui, & ſingularis, vt diximus diſp. 7. ſect. 6. n. 32.

7 Ex his infero primò: Proprium ſecundo, & quarto loco adductum à Porphir. ſortiri rationē propriæ paſsionis; ſec' eſt de Proprio primo & tertio modo. Ratio prioris eſt: quia Proprium ſecūdo modo, eſt quid per ſe, ac neceſſariò conſequens genus; &, Propriū quarto modo eſt prædicatum per ſe, & neceſſario conſequens ſpeciem: potentia enim progreſsiua, ſeu loco motiua per ſe, & neceſſariò cōſequitur animal greſsibile; & riſibile hominem: ergo vtrique cōuenit ratio proprietatis, & propriæ paſsionis. Ratio poſterioris eſt: quia, licèt hoc, quod eſt eſſe grammaticum, quod eſt propriū primo modo; & hoc quod eſt actu ridere, quod eſt proprium tertio modo, non poſsit inueniri, niſi in vnâ ſpecie determinatâ, qualis eſt homo; non tamen illi cōuenit neceſſario; ſed contingenter omnino, atque adeô non poteſt habere rationem propriæ paſsionis, quā neceſſariò diximus conuenire rei, cuius eſt propria paſsio.

8 Infero ſecundo: de ratione propriæ paſsionis eſſe, quod illi ſolùm eſſentiæ conueniat, quam cōſequitur. Ratio eſt: quia, vt dictū eſt, propria paſsio cōſequitur per ſe eſſentiam, eo quod eſt talis eſſentia: ergo non poteſt conuenire alijs, quæ non participant talem eſſentiam, vnde, ſi alijs eſſentialiter diſtinctis cōueniat, nō erit propria paſsio eorū prout eſſentialiter diſtinctorū; ſed prout conueniunt in prædicato aliquo omnibus comuni, ratione cuius ſunt radix talis proprietatis. Adde, quod propria paſsio per ſe conſequens aliquod prædicatum debet per ſe conuenire omnibus, qui tale prædicatū eſſentialiter participant: neq; enim fieri poteſt, quod id quod per ſe cōſequitur aliquod prædicatū, non illud cōmitetur, vbicunque fuerit. Et ideô propria paſsio generica, aut ſpecifica, conueniet per ſe omnibus inferiorib' qui rationem generis, aut ſpeciei eſſentialiter participant.

9 Infero tertio: nō eſſe contra rationē proprię paſsionis quod ab eſſentia ſeparetur, adhuc vi naturali, ſi id violēter contingat eſſentiæ: quia de ratione propriæ paſſionis ſolùm eſt, quod per ſe, ac neceſſario oriatur ab eſſentia, ſi à maiori vi non impediatur; ſed poteſt dari vis naturalis, quę naturaliter impediat talē reſultantiam ab eſſentia: ergo, &c. Minor apertè cōſtat in igne, cuius propria paſsio eſt calor vt octo, vt fatentur communiter authores, & poteſt priuari octauo, & ſeptimo gradu caloris ab agente frigido fortioris virtutis, vt experientiâ conſtat.

10 Rogāt aliqui, an propria paſſio ſuſcipiat magis, & minus? Reſpōdeo: vna propria paſsio nō dicitur magis propria paſsio, quā alia quia quælibet per ſe, & neceſſariò oritur ab eſsētia vt tali: poteſt tamē vna propria paſſio habere plures grad' intēſionis, quā alia, ſaltē de potentia Dei abſoluta, quin amit-

amittat rationē propriæ paſsionis (Loquor in ſententia aſſerēte, omnes qualitates admittere intenſionem ex naturâ rei; cui ſubſcribam ad prædicamētū Qualitatis.) Ratio eſt, quia, habente Petro octo gradus riſibilitatis poteſt Deus ſex tantum Ioanni relinquere corrumpendo ſeptimum, & octauū, quos habet ex natura rei; in hoc enim nulla apparet implicatio: atqui in tali caſu riſibilitas Ioannis non admitteret rationem propriæ paſsionis: quia riſibilitas non eſt propria paſsio hominis, eo quòd habeat ſex, aut octo gradus intēſionis: ſed ex eo præciſsè, quod eſt riſibilitas, vt conſtat ex communi omnium conſenſu: ergo benè poteſt fieri de potentia Dei, quod inter indiuidua eiuſdē ſpeciei vnū intenſiorem habeat proprietatē, quàm aliud.

SECTIO II.

De proprio ſecundò intentionaliter ſumpto.

11 PRoprium dicitur ſumi ſecundo intētionaliter, prout vniuerſale eſt, & prædicabile. Definitur autem hoc modo: *Eſt vnū aptū eſſe, & prædicari de pluribus tanquā propria paſsio*: quæ definitio facilè explicari poteſt ex dictis pro explicandis definitionib⁹ reliquorū prædicabilium. Dicitur *aptū eſſe, & prædicari de plurib⁹*, hoc eſt de pluribus tàm numero, quam ſpecie differētibus, quibus verbis cōprehenduntur Propriū ſpecificum, & genericum. Per vltimam particulam; nempè, *tanquā propria paſsio*, differt Propriū à reliquis prædicabilibus. A tribus primis, quia eſſentialiter prędicantur; nam, cum propria paſsio ſit extra eſſentiam, non poteſt eſſentialiter prædicari. Ab accidenti verò differt, quia, licèt hoc ſit extra eſſentiam; non tamen illam conſequitur neceſſariò vt propria paſsio. Definitum huius definitionis eſt propria paſsio, prout ſubeſt ſecundæ intentioni vniuerſalis, & prædicabilis, iuxta ea, quæ in ſimili diximus de Genere diſp. 6. ſect. 2. Deinde Proprium conſtituitur in eſſe vniuerſalis, & prædicabilis tum per cognitionē, per quam præſcinditur ab inferioribus, tum per cognitiones poſsibiles, per quas poteſt apprehendi, & prædicari de pluribus, iuxta ea quæ circa conſtructionem vniuerſalis diximus diſp. 5. ſect. 3. Vbi aduertendum eſt, rationem vniuerſalis, & prædicabilis non conuenire propriæ paſsioni in abſtracto; ſed in concreto; neque enim riſibilitas; ſed riſibile eſt, quod in prædicationibus quarti prædicabilis indiuiduis hominis prædicatur.

12 Hic eſt difficultas: ad quęnam cōparetur, ſeu referatur Proprium per vniuerſalitatē Proprij? In primis certū eſt, nō eſſe vniuerſale vniuerſalitate Proprij reſpectu indiuiduorū, quæ ſunt propria illius, vt riſibile reſpectu huius, & illi⁹ riſibilis, vt taliū; ſed reſpectu

ho-

horum ſe habet vt ſpecies, & ideo comparari debet ad illa tanquàm ſpecies ad ſua indiuidua. Ratio huius eſt: quia Proprium vniuerſalitate Proprij comparatur ad illa, quorũ eſt proprietas, ſeu propria paſsio: ſed riſibile non eſt proprietas, ſeu propria paſsio huius, & illius riſibilis vt talium, ſed potius eſt prædicatum intrinſecũ, & ſpecificum illorum: ergo non comparatur ad illa vt vniuerſale Proprium: ſed vt ſpecificũ. Hinc conſtat, non poſſe exerceri vniuerſalitatem Proprij, niſi circa ſpeciem, cuius eſt propria paſsio, vel circa inferiora talis ſpeciei.

13 Dico ergo: Proprium eſſe vniuerſale vniuerſalitate Proprij non reſpectu illius ſpeciei, cuius eſt propria paſsio; ſed reſpectu indiuiduorũ ipſius ſpeciei; vel quod idẽ eſt, reſpectu talis ſpeciei prout multiplicatę in indiuiduis. Itaque riſibile eſt vniuerſale vniuerſalitate Proprij reſpectu Petri, Ioannis, Antonij, &c. (qui ſunt indiuidua hominis, cuius riſibile eſt propria paſsio) vel reſpectu hominis prout multiplicati in Petro, Ioanne, Antonio, &c. Ita P. Rub. hic q.2. P. Fonſ. 5. Met. capit. 28. q. 19. ſect. 2. & communiter recentiores, & conſtat ex dictis diſput præced. ſect. vlt. circa differentiam. Ratio eſt: quia Propriũ vt vniuerſale comparari debet ad multa inferiora; eſt enim vnum aptum eſſe in multis ſub vno contentis: ſed ſpecies ſecundùm ſe ſumpta non eſt multa, neque inferior; bene tamen prout multiplicata in inferioribus: ergo Proprium non eſt vniuerſale reſpectu ſpeciei ſecundùm ſe ſumptæ; ſed prout multiplicatæ in inferioribus.

14 Dices: Proprium vniuerſale eſt vnum aptum eſſe in multis non vt cunque; ſed tanquam propria paſsio: atqui non eſt propria paſsio inferiorum ſpeciei, ſed ſolius ſpeciei: ergo non conuenit illi vniuerſalitas Proprij per ordinem ad indiuidua; ſed per ordinẽ ad ſolam ſpeciem. Minor videtur certa: quia Proprium non conſequitur per ſe indiuidua, vt indiuidua, ſed ſpeciem: ergo non eſt propria paſsio indiuiduorum; ſed ſolius ſpeciei. Diſtinguo minorem: non eſt propria paſsio inferiorum ſpeciei ratione differentiæ propriæ eorum, concedo ratione ſpeciei, quæ eſt in illis multiplicata, nego minorem. Itaque indiuiduum duo dicit, differẽtiam, videlicet, indiuidualem, & ſpeciem identificatã cum ipſa differentia indiuiduali. Proprium autem eſt propria paſsio per ordinẽ ad ſpeciem, quæ eſt in indiuiduo; vniuerſale vero per ordinem ad illam vt multiplicatam in indiuiduis. Vndè ad probationem minoris fateor, Proprium non conſequi per ſe indiuidua ratione differentiæ indiuidualis in illis exiſtentis, ſed ſpeciem, quæ eſt in illis; at, cum ad rationem Proprij vniuerſalis non ſufficiat, quod ſpeciem reſpiciat tanquam quid illam per ſe conſequens; ſed ſit etiam neceſſarium, quod ad plura

Q rela-

referatur, ideò vt vniuerſale debet reſpicere illam, non quidem vt præſciſſam ab inferioribus; ſed vt in illis multiplicatam.

15 Obijcies primò Ariſtotelē lib. 1. Topic. cap. 4. vbi ſic definit Propriū, *eſt, quod nō iudicat, quid eſt eſſe rei, ſoli autē ineſt, & cōuerſim prædicatur*: ſed reſpectu ſolius ſpeciei prædicatur conuerſim Propriū: quia cum ſolā ſpecie conuertitur: ergo reſpectu ſolius ſpeciei eſt vniuerſalis, & prædicabilis ex mente Ariſtotelis. Reſpōdeo, prædictis verbis non definiri Proprium, vt vniuerſale; ſed ſolùm deſcribi proprium primò intentionaliter ſumptum, cui quidem conuenit prædicari de ſpecie ad conuertentiam. Hæc tamen prædicatio non pertinet ad illud vt vniuerſale eſt, quia ſecundum hanc rationem referri debet ad plura, quæ ſint illi inferiora, vt conſtat ex dictis in hac ſectione, & ex ijs, quæ diximus circa differentiam.

16 Obijcies ſecundo: Proprium prædicatur de ſua ſpecie, non vt ſingulare, ergo vt vniuerſale: non aliud, quam vniuerſale Proprij: ergo eſt vniuerſale reſpectu ſolius ſpeciei. Conceſſa maiori, & minori, diſtinguo primum conſequens: ergo vt vniuerſale metaphyſicum, concedo: vt vniuerſale logicum, nego conſequentiam. Itaque Proprium vniuerſale duo habet, & quod præſcindatur ab inferioribus, & quod ad illa referatur tāquàm id, quod poteſt eſſe in illis, & de illis prædicari. Ratione prioris eſt vniuerſale metaphyſicum. Ratione poſterioris logicum. Ad hoc autem vt de ſpecie præſciſſe ſecundum ſe conſiderata prædicetur, ſufficit, quod præſupponatur præſciſſum ab inferioribus; & ideò prædicatur de illa vt vniuerſale metaphyſicum, quod cōparatur ad ipſam ſpeciem non tanquàm ad inferius, à quo abſtrahitur; ſed tāquàm ad æquale, quod ab eiſdem inferioribus præſcinditur. At verò vt logicum non poteſt prædicari, niſi de multis, reſpectu quorum ſit ſuperius; quod cum non habeat reſpectu ſpeciei præſciſsē ſecundum ſe conſideratæ; ſed reſpectu indiuiduorum, vel ſpeciei vt multiplicatæ in illis, ideò non prædicatur de illa vt vniuerſale logicum. Addo, non ideo dici Proprium prædicari de ſpecie vt vniuerſale metaphyſicū, quia eſt tale per cognitionem, per quam comparatur ad ipſam ſpeciē: ſed quia ad prædicationem de ſpecie ſupponitur conſtitutum in eſſe vniuerſalis metaphyſici per præſciſſionem ab inferioribus eiuſdem ſpeciei.

17 Rogas primò: an Propriū prædicetur de indiuiduis ſpeciei mediatè, an immediatè? Reſpondeo, quod licèt prædicari poſsit immediatè ex parte cognitionis; ſemper tamen prędicatur mediatè ex parte obiecti. Hòc intelligendum eſt de mediatione fundamentaliter ſumpta: quia, cum ex parte obiecti non detur formalis diſtinctio ſpeciei ab indiuiduo: ſed

ſed ſolùm fundamentalis, neque poteſt mediare ſpecies ex parte obiecti formalitèr; ſed ſolùm fundamétalitèr. Quòd propriũ prædicetur mediatè ex parte obiecti fundamentalitèr probatur: quia Proprium cõuenit indiuiduis ratione ſpeciei in illis contentæ, ac per conſequens media tali ſpecie participatur ab illis. Quòd verò prædicetur immediatè ex parte cognitionis, eſt certum: quia hæc eſt prædicatio immediata ex parte cognitionis; *Petrus eſt riſibilis*: ergo poteſt Proprium prædicari de indiuiduis immediatè ex parte cognitionis. Vide quæ in ſimili diximus de Genere diſp. 6. ſect. 2. à num. 27.

18 Rogas ſecundò: an propoſitiones, in quibus prædicatur propria paſsio de ſpecie, ſint æternæ, & neceſſariç veritatis? Reſpódeo, duplici modo poſſe prædicari propriam paſsionem de ſpecie, vel de inferiorib⁹ ipſius ſpeciei. Primò, ita, vt affirmetur de ſpecie exiſtẽtia actualis propriæ paſsionis. Secundò, ita vt ſolùm affirmetur cõnexio inter propriam paſsionem, & eſſentiam Ex. gr. quando affirmo, *homo eſt riſibilis*, vel ſenſus eſt *homo eſt actu habẽs riſibilitatẽ*, & hac ratione non eſt neceſſariæ veritatis, tũ quia ad hoc, vt ſit vera talis propoſitio, eſt neceſſarium, quod exiſtat homo, qui dicitur actu habere riſibilitatem & eſt cõtingens, quod homo exiſtat; tum etiam, quia poſitâ exiſtentiâ hominis, adhuc poteſt ipſe homo nõ habere actu riſibilitatem, ſi à Deo impediatur eius productio, & tũc eſſet falſa prædicta propoſitio. Vel ſenſus illius eſt, *quotieſcunque fuerit homo, erit habens riſibilitatem, ſi ab aliqua vi extrinſeca non impediatur*, in quo ſenſu eſt propoſitio neceſſariæ, & æternæ veritatis: neceſſariũ enim eſt, quod quotieſcunque exiſtat homo, habeat riſibilitatem, ſi nõ impediatur ab aliqua maiori vi. In hoc ſecundo ſenſu affirmatur frequenter propria paſsio de ſpecie, & de inferioribus ipſius ſpeciei.

19 Hæc autem prædicatio in hoc ſecundo ſenſu differt à prædicatione eſſentiali: quia quãdo prædicatũ aliquod eſſentiale affirmatur de ſubiecto, vt in his, *Petrus eſt homo, Petrus eſt animal, Petrus eſt rationalis* ſenſus eſt: quotieſcũque fuerit Petrus, ita neceſſario erit homo, animal, & rationalis, vt à nullâ vi extrinſecâ impediri poſſit, quòd habeat talia prædicata. In prædicatione verò propriç paſſionis affirmatur quidem neceſſaria connexio inter illã & ſubiectũ; ita tamen, vt impediri poſsit exiſtẽtia ipſius propriç paſsionis, adhuc exiſtente ſubiecto. Differt prç terea ab accidentali prædicatione, in qua accidens cõmune prædicatur de ſubiecto, quia in prædicatione talis accidentis etiã inſeparabilis non affirmatur neceſſaria cõnexio prædicati cum ſubiecto; quicũ nullũ accidens cõmune datur, quod neceſſariò, & per ſe eſſentiam rei conſequatur.

20 Rogas tertiò: an Proprium ſit vniuerſale, & prædicabile reſ-

pectu inferiorum exiſtentium, & actu habẽtium proprietatem, vel reſpectu poſsibilium? Ex gr. an riſibile ſit vniuerſale, & prædicabile reſpectu hominum exiſtentiũ, & actu habẽtium riſibilitatẽ, vel reſpectu hominum poſsibilium? Reſpondeo: ſi in prædicationibus affirmatur tantum connexio riſibilitatis cum hominibus, riſibile eſt vniuerſale, & prædicabile reſpectu hominum poſsibilium: ſi verò affirmatur exiſtentia actualis riſibilitatis in ipſis hominib⁹, non eſt vniuerſale niſi reſpectu hominum exiſtentium, & actu habentium riſibilitatem. Ratio vtriuſque eſt quia vniuerſale, & prædicabile eſt tale per ordinẽ ad illa, in quibus verè poteſt apprehendi & de quibus verè prędicari poteſt vt diximus diſp. 1. ſect. 3. ſed connexio riſibilitatis cum hominibus verè poteſt apprehendi, & prædicari de hominibus poſsibilibus, & exiſtentia riſibilitatis non poteſt vere apprehendi aut prędicari niſi de hominibus exiſtentibus, & actu habentibus ipſam riſibilitatem: ergo riſibile per ordinem ad priores prædicationes eſt vniuerſale reſpectu hominũ poſsibiliũ; & per ordinem ad poſteriores nõ eſt vniuerſale, niſi reſpectu hominum exiſtentium, & actu habentium riſibilitatẽ. Minor eſt certa ex dictis: quia adhoc, vt hæc prædicatio (in qua affirmatur cõnexio riſibilitatis cũ homine) *quotieſcũque fuerit homo, neceſſariò erit riſibilis, ſi riſibilitas vi aliqua extrinſeca nõ impediatur*, ſit vera, ſufficit, quod homo ſit poſſibilis, vt ex ſe conſtat, & adhoc, vt hæc, *homo eſt actu habens riſibilitatẽ* (in qua affirmatur exiſtentia riſibilitatis in homine) ſit vera, eſt neceſſariũ, quod homo exiſtat, & actu habeat riſibilitatem, niſi enim eam actu habeat, nõ erit verum dicere, habere riſibilitatem, vt ex ipſis terminis conſtat. Hæc doctrina magis confirmabitur ſect. 4.

SECTIO III.

Examinantur definitiones Accidentis traditæ à Porphirio.

21 Accidens, quod eſt quintũ prædicabile, poteſt ſumi, & ſecundùm ſe, hoc eſt pro entitate, quæ accidere dicitur ſubiecto; & prout ſubeſt ſecundæ intẽtioni vniuerſalis, & prædicabilis. Agem⁹ de illo in hac ſectione ſub priori conſideratione; & in ſequẽti de eodem ſub poſteriori. Igitur accidens ſecundùm ſe ſumptum duplex eſſe dicitur: vnum prædicabile; aliud entitatiuũ, quod cõmuniter appellari ſolet prædicamentale (an verò hoc iſti ſoli cõueniat? Dicemus in tractatu de Prędicamentis) Accidens entitatiuũ eſt illud, quod ſecundùm ſuã entitatẽ afficit ſubſtantiã extra rationem ſubſtantiæ tale eſt frigus, color, quãtitas, &c. Accidẽs prędicabile dicitur illud, quod ſiue entitatiuè ſit ſubſtãtia, ſiue accidẽs; ſiuè quid reale, ſiuè quid rationis, eſt extra eſſentiã ſubiecti, cui conuenit, ſeu attribuitur; tale eſt

rationale reſpectu animalis ſecū-dū n ſe; &, veſtis reſpectu hominis: accidentaliter enim conuenit animali ſecundū ſe, eſſe rationale, & homini eſſe veſtitum. Rurſus Accidēs ſiuè prædicabile, ſiuè entitatiuum, vel eſt extra eſſentiā tā quàm propria paſsio neceſſariò adueniens ipſi eſſentiæ, de quo egimus ſect. 1. vel eſt extra eſſentiam tanquàm accidens cōmune contingenter adueniens ſubiecto; & de hoc agimus in hac ſectione. Hoc igitur Accidens definiuit Porphir. c. 5. tribus definitionib⁹ quas adduximus n. 2. huius diſp. eaſque ſuo ordine explicabimus in præſenti. Prima erat: *Accidēs eſt, quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionē*. Circa quā dubitatur primó: an particula, &, intelligēda ſit copulatiuā, vel diſiunctiuè, ita vt ſenſus ſit. *Accidēs eſt, quod ſimul adeſt, & abeſt ſine ſubiecti corruptione*; vel, *Accidens eſt, quod ſiue adſit, ſiue abſit, non corrūpetur ſubiectū*? Nōnulli docēt, particulam, &, habere ſenſum copulatiuū, non relatè ad ſubiectum, ſingulare; ſed relate ad ſubiectum in communi: licèt enim albedo, v. g. non poſsit ſimul adeſſe, & ab eſſe alicui ſingulari; poteſt tamen ſimul adeſſe, & abeſſe corpori in cōmuni: quia, licèt corpus prout abſtractū non recipiat accidentia; attamen, cum infra ſe habeat inferiora, quorum aliqua habent albedinem, & alia non habent albedinem; &, affectiones inferiorū tribuantur ſuperioribus, rectè dici poteſt de corpore, quod habeat & non habeat albedinē in eodem tempore ratione diuerſorum ſingularium.

22 Hęc tamē ſentētia falſa eſt: quia hic definitur Accidens eſſentialiter, vt admitūt cōmuniter authores: ergo explicari debet per definitionē ratio aliqua, quæ non cōueniat cōtingenter ipſi Accidēti: ſed hoc, quod eſt ſimul adeſſe, & abeſſe ſubiecto in cōmuni, ratione diuerſorū ſingulariū eſt quid cōtingens Accidenti ergo nō explicatur id per hanc definitionē. Minorem probo: quia non eſt neceſſariū, quod aliqua ſingularia ſint alba, & aliqua non alba (& idē eſt de alijs accidentibus (ſed contingenter omnino id accidit: ergo, ſicut quædā fuerūt alba, & quędā non alba potuerunt omnia eſſe alba, vel omnia nō alba: atqui ſi omnia eſſent alba, albedo eſſet verū accidens, & non cōueniret illi definitio eo modo, quo ab his authoribus explicatur: ergo explicāda eſt alio modo. Quod verò non ſit neceſſariū, quod aliqua ſingularia ſint alba & aliqua nō alba, videtur certū: quia vel illa, quæ ſunt alba, habēt neceſſariā cōnexionē cū albedine: vel non? Si primū, albedo nō erit accidēs cōmune; ſed propria paſsio eorū: ſiquidē propria paſsio eſt accidēs neceſſario cōnexū cū eſſētiā. Si dicatur ſecūdū: ergo poſſūt ſalua eorū eſſētia eſſe ſine albedine: ergo contingenter illis aduenit albedo, & nō neceſſario.

23 Dices: ea verba *adeſt, & abeſt* non eſſe intelligenda de abſentia, & præſentia actuali, ſed de

ctum denominationis: alioqui hęc prædicatio, *homo eſt veſtitus*, nõ eſſet prædicatio accidẽtis, cũ homo non ſit ſubiectũ inhęſionis veſtis, quod quidẽ eſt contra omnes Philoſophos aſſerentes, hanc prædicationẽ, & alias ſimiles pertinere ad prædicabile Accidẽtis. Secũdò: hæc prædicatio, *homo eſt mortuꝰ* refertur ad hominẽ, & eſt vera; deinde pertinere debet ad aliquod ex quinque prædicabilibus: nõ ad tria priora, quia mors non eſt de eſſentia hominis; neque ad quartũ, quia mors non eſt propria paſsio hominis: ergo ad quintum, quod eſt prædicabile Accidentis, pertinere debet, vel aſsignanda eſt ratio, propter quam ad nullum pertineat.

27 Alij reſpondent, hanc prędicationẽ, *homo eſt mortuus*, pertinere ad quintũ prædicabile; quia, licèt per mortẽ corrumpatur exiſtentia hominis, nõ tamẽ corrumpitur eſſentia hominis ſecundùm ſe, quia eſſentię hominis ſecũdum ſe contingenter accidit exiſtere, vel non exiſtere; atque adeò accidentaliter dicitur de homine ſecundùm ſe, quod exiſtat, vel non exiſtat; quod ſit viuus, vel ſit mortuus. Hæc ſolutio mihi diſplicet: nam mors in illã prædicatione nõ affirmatur de eſſentiã hominis ſecundùm ſe; ſed de eſſentiã prout exiſtẽte, quia eſſe hominem mortuum nihil aliud eſt, quã quod deſierit eſſe is, quia antea erat; atqui eſsentia hominis ſecundum ſe nõ deſinit eſſe; ſed tantùm exiſtẽtia: ergo exiſtẽtia hominis, aut homo prout exiſtens eſt ſubiectũ huius prædicationis:

28 Reſpondeo ergo ſenſum illius prædicationis, *homo eſt mortuus*, hunc eſſe, *homo qui antea exiſtebat, iã deſinit eſſe*, ſeu, *non exiſtit*: atq; adeò ſubiectũ huius prædicationis non eſt *homo*, vt cunq; ſumptus; ſed prout exiſtẽs tẽpore antecedenti. Cum autem homini prout exiſtẽti tẽpore antecedenti contingẽter adueniat mors tẽpore ſubſequẽti; neque hæc deſtruat illius exiſtentiã in tẽpore præexiſtenti, ſed intẽpore ſequẽti, fit, vt ex vnâ parte accidẽtaliter adueniat mors tali homini ſecundum eam rationẽ, quã eſt ſubiectũ huius prædicationis; & ex aliâ parte non deſtruat illum, prout habet rationẽ ſubiecti: quia, vt dictũ eſt homo habet rationem ſubiecti, prout exiſtens tẽpore antecedenti, & mors nõ deſtruit exiſtentiã in eo tempore; ſed in ſequenti.

26 Secũdo eſt difficultas circa definitionẽ prædictã Accidentis: an hoc, quod eſt adeſſe, & abeſſe ſubiecto, intelligendũ ſit de abſentiã, & præſentiã reali accidẽtis in ſubiecto; vel de abſentiâ, & præſentiâ per ſolã cognitionẽ intellectus? Nõnulli affirmãt, intelligẽdam eſſe definitionẽ de abſentiâ, & præſentiâ reali. Probant: quia, ſi de præſentiâ, & abſentiâ per ſolam cognitionẽ intelligeretur, ſequeretur primò, nullũ eſſe accidẽs inſeparabile, quia omnia poſſunt ſeparari per cognitionẽ â ſubiecto præter ſubiecti corruptionem: ſequela verò eſt cõtra Porphir. qui

O 4 Ac-

Accidens diuiſit in ſeparabile, & in inſeparabile. Secundo ſequetur, propriā paſsionē pertinere ad quintum prædicabile: quia propria paſsio poteſt ab eſſentia per cognitionem ſeparari.

30 Dicendum tamen eſt, definitionē prædictā non eſſe intelligēdam de abſentiā, & præſentia reali; ſed de abſentiā: & præſētia per ſolam cognitionē. Ita Sot. P. Tolet. P P. Cōnimb. hic q. 1. art. 1. P. Bellarm. tom. 3. de Amiſsione gratiæ c. 3. obiec. 6. Prior pars probatur: quia hæc definitio cōprehendit nō ſolū accidens entitatiuum; ſed etiā prædicabile, vt fatētur omnes, & facilè ſuaderi poteſt quia hic definitur Accidens, quod ſub eſſe ſolet ſecundæ intentioni quinti vniuerſalis, & prædicabilis; hoc autē non ſolū eſt accidens entitatiuū; ſed etiā accidens prædicabile: atqui plura ſunt accidētia prędicabilia quę nō poſſunt ſeparari realiter à ſubiecto, de quo prædicantur: ergo nō eſt intelligēda definitio de præſentia, & abſentia reali. Minorē probo: quia rationale eſt accidens prædicabile reſpectu animalis; & nō poteſt ſeparari realiter ab animali; deinde albedo iuxta cōmunem ſententiā eſt accidens prædicabile, imò & entitatiuū reſpectu cigni, & nō poteſt ſeparari realiter ab ipſo cigno, vt experientia hucuſque docuit; & ſic de alijs ergo, &c.

31 Poſterior pars, nēpè, quod definitio intelligenda eſt de abſentia, & præſentia per cognitionē, ita, vt ſenſus ſit: accidēs eſt, quod ſiue affirmetur, ſiue negetur de ſubiecto, integra manet in mente eſſentia eiuſdē ſubiecti, probatur: quia non poteſt intelligi definitio de abſentiā, & præſentiā reali, vt probatū eſt num. præcedentē: ergo intelligēda eſt de mētali. Hac ratione poteſt rationale ſeparari ab animali, integro manēte conceptu eſſentiali animalis, &c. Cōfirmatur ex Porphir. c. 5. de Accidēn. vbi poſt traditā definitionem Accidentis aſſerit, nigredinē eſſe accidēs inſeparabile reſpectu æthiopis, & corui: & deinde, vt probet, hoc nō obſtante nigredinem eſſe accidens commune reſpectu æthiopis, & corui, addit: *Mente tamē, cognitione vè coruus alb⁹, & æthiops nō niger, ſiue ſubiecti corruptione concipi poteſt*, vbi ex eo probat, nigredinē eſſe accidēs cōmunere ſpectu æthiopis, & corui, quod poſſūt cōcipi ſine nigredine abſq; ſui corruptione: ergo planè ſentit ad rationē Accidentis ſufficere quod ab eſſe poſſit per conceptionem; ſeu cognitionem.

32 Vt hoc melius intelligatur, ſic explico rem: ſi de Petro negetur rationale, vel animal, neceſſarium eſt, quod in mēte deſtruatur Petrus, quia, cū rationale, & animal ſint de eſſentia Petri, nō poſſunt per cognitionē ſeparari à Petro, quin ipſe Petrus per eandem cognitionē deſtruatur. Deinde, ſi de Petro negetur riſibilitas, deſtruitur in mente Petrus, non formaliter per illā cognitionē, quia riſibilitas non eſt de eſſentia Petri; ſed illatiuè: quia, ſicut ex ratio-

tionalitate infertur neceſſario riſibilitas, ſic etiã ex negatione riſibilitatis infertur neceſſariò negatio rationalitatis, quæ eſt de eſſentia Petri: atque adeo ſicut hæc eſt bona cõſequentia, *Petrus eſt rationalis, ergo eſt riſibilis*: ſic etiã debet eſſe bona; *Petrus nõ eſt riſibilis, ergo nõ eſt rationalis*, iuxtà cõmune dialecticorũ proloquiũ, *ex oppoſito conſequẽtis rectè infertur oppoſitũ antecedentis*. Secus cõtingit in Accidenti communi, quod, etiã ſi negetur de ſubiecto, neque formaliter, neq; illatiuè deſtruitur in mẽte eſſẽtia ipſius ſubiecti. Neque enim, ſi dicamus, *Petrus nõ eſt albus*, Petrus deſtruitur formaliter in mẽte, cum albedo nõ ſit de eſſentia Petri, neque illatiuè, quia non benè infertur, *Petrus nõ eſt albus, ergo nõ eſt homo*, certe nõ alia de cauſa, niſi quia albedo nõ cõſequitur perſe, & neceſſario eſſentiã Petri, ſicut riſibilitas.

33 Obijcies: Propria paſsio ſeparari poteſt realiter à ſua eſſẽtia incorrupta eſſentia, v.g. calor vt octo, qui eſt propria paſsio ignis, poteſt ſeparari ab igne, incorrupto ipſo igne, vt diximus ſect. 1. n. 9. ergo multo melius poterit ſeparari per intellectum ab igne, manente igne mentaliter incorrupto: ergo Proprium comprehenditur ſub accidẽti communi, ſi modo à nobis explicato intelligatur definitio. Reſpondeo, doctrinam traditam ſect. 1. intelligendã eſſe, vt ibi diximus, de ſeparatione Proprij per vim illatam à fortiori agente contra exigentiam eſſentię. In hoc ergo diſtinguitur Propriũ ab Accidenti communi; quod Proprium, ſi intelligatur de eſſe ſubiecto, & non intelligatur id cõtingere ab agente vim inferente contra exigentiam ipſius ſubiecti, illatiue deſtruetur mentaliter tale ſubiectum. At verò Accidens cõmune, etiam ſi intelligatur deeſſe abſque ulla violentia, non deſtruetur mentaliter ſubiectum adhuc ex vi illationis.

34 Ad argumentum oppoſitæ ſententiæ reſpondetur negando primam ſequelam: quia diuiſio iſta Accidentis intelligenda eſt ſolùm de ſeparatione reali, ſecus definitio. Id conſtat ex Porhit. adducto ſupra nu. 31. ex cap. 5: vbi poſt quàm primò tradidit definitionem, & poſteà diuiſionem, adducit in exemplum diuiſionis accidentia, quæ ſunt realiter ſeparabilia: & deinde probat, inſeparabilia eſſe etiam accidentia communia, quia poteſt intelligi ſubiectũ ſine illis abſque ſui corruptione. Secunda etiam ſequela adducta in eodem argumento negatur: quia propria paſsio nõ poteſt per intellectũ ſeparari ab eſſentia, incorrupta mentaliter ipſa eſſentia, niſi intelligatur id contingere ab agente vim inferente, quod ſecùs accidit in Accidenti communi, vt dictum eſt.

35 Secũda definitio tradita à Porphir. in ca. 5. & à nobis adducta n. 2. deſumpta eſt ex Ariſt. lib. 1. Topic. ca. 4. & in idẽ recidit, ac prima, atque adeò non eget nouà explicatione. Tertia, quæ etiam deſu-

deſumitur ex Ariſt. loco citato, traditur per negationes quatuor prædicabiliũ, additis his verbis, *ſemper autẽ eſt in ſubiecto*. Poteſt autẽ definitio tradi aliquãdo per negationes, vt ibidẽ docet Ariſt. quia, quando mẽbra, cum quibus aliqua ſpecies conuenit in eodem genere, iam explicata ſunt, rectè poteſt ſpecies vltima per negationes aliarum ſpecierum definiri; præcipuè, ſi addatur aliqua particula poſitiua, quæ licèt aliàs conueniat alijs, per negationes tamẽ aliarum determinatur ad illã ſpeciem ſignificandam, vt contingit in prædicta definitione accidẽtis. Particula vero vltima, *ſemper autem eſt in ſubiecto*, intelligẽda nõ eſt ſolum de inhæſione reali, ſed vel de inhæſione reali, vel de denominatione, vel de exiſtentia in ſubiecto per intellectũ iuxta naturã accidẽtiũ, quę de ſubiecto prædicãtur: alia enim prædicantur tanquã formæ realiter inhærẽtes, vt sũt albedo, & nigredo: alia vt formę adhęrẽtes, vt productio reſpectu termini producti, alia vt formę extrinſec⁹ denominãtes, vt intellectio, & viſio reſpectu obiecti viſi, & intellecti: alia alijs modis.

SECTIO IV.

De accidenti, vt eſt quintum prædicabile.

36 ACcidens cõmune vniuerſale, & prædicabile *eſt vnũ aptũ eſſe, & prædicari de multis extra eſſentiã contingenter*. Per priora verba cõuenit cũ reliquis prædicabilibus; vt ex dictis de ſingulis ſeorſim cõſtat. Per Tò *extra eſſentiã* differt à tribus prioribus, Genere videlicèt, Specie, & Differẽtia, quæ eſſentialiter prędicantur: in eo tamẽ cõuenit Accidens cũ Proprio, quod quidẽ prædicatur etiã extra eſſentiã. Differt autẽ Accidẽs cõmune à Proprio per vltimã particulã *contingẽter*: quia licet Propriũ prædicetur extra eſſentiã; prædicatur tamẽ tanquã quid illã per ſe, ac neceſſario conſequens eo modo, quo dictum eſt ſupra; Accidens verò nõ prædicatur neceſſariò; ſed *cõtingenter*. Ex dictis colliges, prędictã definitionẽ eſſe bonam: quia per aliquid illius conuenit Accidens cum reliquis prædicabilibus, & per aliquid differt ab omnibus.

37 Ex definitione ſic explicata infero primò, Accidens cõmune; vt tale nõ eſſe vniuerſale reſpectu propriorum inferiorũ; ſed reſpectu ſubiectorũ, in quibus recipitur ipſum Accidens: vt album nõ eſt Accidens vniuerſale reſpectu huius, & illius albi, quia reſpectu horum poti⁹ ſe habet, vt ſpecies; ſed reſpectu hominis, leonis, parietis, & aliorum ſubiectorum, in quibus eſt albedo. Ratio eſt: quia reſpectu eorum Accidẽs commune, vt tale debet eſſe vniuerſale, & prędicabile, extra quorum eſſentiam eſt: atqui albũ non eſt extra eſſentiam huius, & illius albi, ſed extra eſſentiam hominis, & aliorum, in quibus recipitur albedo: ergo reſpectu horum eſt vniuerſale vniuerſalitate Accidentis.

Infe-

38 Infero ſecundò, Accidens non eſſe vniuerſale vniuerſalitate Accidentis in abſtracto ſumptũ, ſed in concreto. Ex.gr. *albedo* nõ induit rationem vniuerſalis reſpectu hominis, leonis, parietis, & reliquorum, in quibus inuenitur; ſed *album*. Ratio eſt: quia eo modo debet eſſe accidens vniuerſale, quo poteſt eſſe in pluribus (per cognitionem repræſentantẽ identitatem, quam cum illis habet, vt diximus diſp.1.ſect.3. & de illis verè prædicari accidẽtaliter: ſed Accidens in abſtracto non poteſt cognoſci vt idem cum ſuis ſubiectis, neque de illis prædicari prædicatione uerá eſt enim falſa prædicatio, *Petrus eſt albedo*; & aliæ ſimiles: ergo in abſtracto non poteſt eſſe vniuerſale. Poteſt verò in concreto habere ea, quæ neceſſaria ſunt ad prædicationem veram album enim verè dicitur de homine, leonei, &c. ergo accidens in concreto induit rationem Accidentis vniuerſalis.

39 Obiicies: Accidens in cõcreto ſumptũ, albũ, v.g. eſt quoddam compoſitum reſultans ex albedine, & ſubiecto: ſed cõpoſitũ reſultans ex albedine, & ſubiecto nõ poteſt verè prædicari de ſubiecto: ergo non poteſt eſſe vniuerſale reſpectu illi*. Minor probatur: quia ſubiectũ eſt pars phyſica huius cõpoſiti; ſed compoſitum phyſicum non poteſt verè prædicari de ſua parte phyſica, neque enim verè dici poteſt, *materia eſt homo*, ſeu, *anima eſt homo*: ergo neque verè prædicari poteſt compoſitum accidentale de ſubiecto, quod eſt pars phyſica illius. Reſpondeo, accidens in concreto ſumptum poſſe ſignificari nomine ſubſtantiuo dicente vtranque partem in recto, &, nomine adiectiuo dicente ſubiectum in recto, & formam in obliquo. Si ergo compoſitum ſeu concretum reſultans ſignificetur nomine ſubſtantiuo dicente vtranque partem in recto nõ poteſt verè prædicari de ſubiecto; quia prędicatio erit, *homo eſt albũ*, cuius ſenſus eſt, *homo eſt compoſitũ reſultans ex ipſo, & albedine*: hoc autem eſt falſum. Si verò concretũ ſignificetur nomine adiectiuo dicente ſubiectũ in recto, & formam in obliquo, erit vera prædicatio; quia, *homo eſt albus*, eſt idem, ac, *eſt habens albedinem* quod eſt verum, quando albedo actu datur in homine.

40 Inſtabis: vt prædicatio ſit vera, eſt neceſſariũ, quod prędicatum identificetur cũ ſubiecto, id enim ſignificamus, cum dicimus, *hoc eſt illud*, quia eſt dicere, *hoc, & illud eſt vna, & eadem entitas* ſed cõcretum accidentale, quocũque modo ſignificetur nunquã poteſt idẽtificari cum ſubiecto ergo nũquã poteſt verè de illo prædicari: Minor probatur: quia cõcretũ accidentale albũ v.g. dicit ſubiectum, & albedinẽ: ſed albedo, adhùc in obliquo ſignificata nõ poteſt identificari cum homine v.g. leone, pariete &c. ergo cõcretum accidẽtale quocunq; modo ſignificatum non poteſt identificari cũ ſubiecto. Diſtinguo maiorẽ: vt ſupra dica.

dicatio ſit vera, eſt neceſſarium, quod prædicatũ ſecũdũ id, quod ſignificatur in recto, identificetur cum ſubiecto, concedo: ſecundũ id, quod ſignificatur in obliquo, nego maiorẽ. Album itaque adiectiuè ſumptum, vnũ dicit in recto nempe id, quod habet albedinẽ; & alterũ in obliquo, nẽpe ipſam albedinẽ: vt autẽ hæc prædicatio *homo eſt albus*, ſit vera, ſufficit, quod identificetur cũ homine id, quod habet albedinem, neq; enim neceſſarium eſt, quod etiam albedo identificetur cum eodẽ homine. Et ſane, cum dicimus, *homo eſt albus*, nihil aliud intẽdimus ſignificare, niſi quod homo, & id, quod habet albedinem, eſt vna, & eadẽ entitas à parte rei.

41 Vrgebis: ex hoc videtur ſequi prædictã prædicationem non eſſe accidentalẽ. Probatur ſequela: quia vt prędicatio ſit accidẽtalis, eſt neceſſarium, quòd prædicatũ accidat ſubiecto: ſed id, quod habet albedinẽ, non accidit homini: ergo, &c. minor probatur; quia id, quod habet albedinem eſt ipſa entitas hominis: ſed hæc nõ accidit homini: ergo neq; id, quod habet albedinem. Nego ſequelã. Ad probationem diſtinguo maiorẽ: vt prædicatio ſit accidentalis, eſt neceſſarium, quòd prædicatũ accidat ſubiecto ſecũdùm id, quod dicit in recto, nego: ſecũdùm id, quod dicit in obliquo, concedo maiorẽ. Deinde diſtinguo minorẽ: ſed id, quod habet albedinem, nõ accidit homini ſecundùm id, quod dicit in recto, hoc eſt, ſecũdũ ſuã entitatẽ; concedò: ſecũdùm id, quod dicit in obliquo, hoc eſt, ſecundùm hoc, quod eſt habere albedinem, nego minorem: licet enim non accidat homini eſſe eam entitatem, quæ habet albedinem; accidit tamen illi habere albedinem, & ideò prædicatio, in qua affirmatur homo eſſe habens albedinem, eſt accidentalis: quia non ſolũ affirmatur in recto de homine entitas, quæ habet albedinẽ, ſed etiam affirmatur de illo in obliquo ipſa albedo, ſeu hoc, quod eſt habere albedinem.

42 Hic eſt difficultas primo; Vtrum Accidẽs in cõcreto ſumptum ſit vniuerſale reſpectu ſubiectorũ, quæ actu non afficit forma talis concreti? Ex. gr. An album ſit vniuerſale reſpectu hominis, & equi, in quibus actu non eſt albedo; vel neceſſarium ſit, quòd actu habeant albedinem, vt comparari poſsit ad illos tanquàm accidẽs vniuerſale? P. Rub. hic, q. 1. n. *6*. cui conſentiunt nõnulli recentiores, docet, Accidẽs in concreto eſſe vniuerſale reſpectu ſubiectorũ, in quibus eſſe poteſt forma talis concreti, licet actu non ſit in illis. Ratio eſt: quia vniuerſale eſt vnũ, nõ quidem actu exiſtẽs in multis; ſed aptum eſſe in illis, & de ipſis prędicari: atqui albũ, v. g. poteſt eſſe, & prędicari de Petro, & equo, in quib⁹ actu nõ eſt albedo: ergo, &c. minor videtur certa quia ad hoc, vt poſsit eſſe, & prędicari de illis, ſufficit, ꝙ albedo poſſit eſſe in illis. Confirmatur: quia ſol, & luna sũt vniuerſalia etiam ſi

nõ ſint

non ſint actu plura inferiora, in quibus actu ſint, ex eo ſolùm, quod poſſibilia ſunt plura inferiora, in quibus poſſunt eſſe: ergo etiam ſi album non ſit actu in homine, & leone, quia tamen poteſt eſſe in illis, erit vniuerſale reſpectu eorum.

43 Contraria ſententia mihi magis arridet: eam tenent PP. Conimb. hic q. vnica art. 3. Dico ergo, Accidens in concreto ſumptum non poſſe eſſe vniuerſale accidentale niſi reſpectu ſubiectorum, quæ actu afficiuntur per formam talis cõcreti. Probatur: quia vniuerſale duo inuoluit, & naturam præſciſſam ab inferioribus, & aptitudinem, vt ſit, & prædicetur de illis prædicatione verâ: ſed cõcretum accidentale neque præſcindi poteſt â ſubiectis, quæ actu non afficit forma talis concreti: neque poteſt eſſe, aut prædicari de illis prædicatione verâ: ergo nõ poteſt eſſe vniuerſale reſpectu illorũ. Maior eſt certa ex diſp. 1. & 5. Minorem probo quoad priorẽ partem: quia cõcretũ accidentale, albũ v.g. adiectiuè ſumptũ in cõmuni omniũ acceptione ſignificat habens albedinem, nõ potentia tãtũ; ſed actu; neque enim, iuxtà cõmunem loquẽdi modum, dicitur albũ ſubiectum, quod poteſt habere albedinẽ; ſed quod actu eã habet: ergo nõ poteſt præſcindi â ſubiectis, quæ actu nõ habent albedinem. Patet conſequentia: quia prædicatũ vniuerſale nõ præſcinditur niſi ab illis, in quibus inuenitur; neq; enim animal præſcindi dicitur â plãta, & lapide ſed ab homine, & equo, in quibus inuenitur: ergo albũ, prout eſt prædicatum vniuerſale accidẽtale, nõ poteſt præſcindi â ſubiectis; quæ actu nõ habent albedinẽ, cũ in iſtis non inueniatur hoc, quod eſt eſſe albũ, Ita, quod nõ poſſit verè prędicari de ſubiectis, in quibus actu non eſt albedo, facilè probatur: quia, cum albũ ſignificet habens actu albedinẽ, nõ poterit verè affirmari niſi de illis, qui eã actu habent. Confirmatur: quia albũ, vt accidens vniuerſale non eſt aptũ prædicari vere, niſi de illis, quæ hoc nomine *albũ* adiectiuè ſumpto ſignificantur: ſed non ſignificãtur eo nomine, niſi, quæ actu habent albedinẽ, vt dictũ eſt: ergo album vt vniuerſale non eſt aptũ prædicari vere, niſi de illis, quæ actu habent albedinem.

44 Dices: albũ eſt vniuerſale reſpectu huius, & illius albi prout taliũ, etiam ſi nullũ actu exiſtat: ſed ſolùm ſint poſſibilia: ergo etiã poterit eſſe vniuerſale reſpectu huius, & illius ſubiecti, etiãſi nullum actu exiſtat cũ albedine: ſed ſolũ poſſint exiſtere cum illa. Cõceſſo antecedente, nego conſequentiã. Ratio diſparitatis eſt clara: quia album in cõmuni, ad hoc, & illud album vt talia comparatur tanquàm ſpecies ad indiuidua; at verò ad hoc, & illud ſubiectum cõparatur tanquam accidẽs illorũ. Eſt autem hoc diſcrimen inter accidens vt tale, & ſpeciem, quod ſpecies comparatur ad indiuidua vt eſſentia eorum: eſſentia verò

ſecun-

ſecundùm ſe, tantùm dicit connexionem prædicatorum; quæ non ſolùm inuenitur in indiuiduis exiſtentibus; ſed etiam in poſsibilibus, quia talis connexio in eo ſolum conſiſtit, quòd quotieſcunque fuerit indiuiduum, debet eſſe eſſentia eius: hoc autem verificatur de quouis indiuiduo poſsibili, & ideò poteſt quoduis prædicatum eſſentiale eſſe vniuerſale reſpectu indiuiduorum poſsibiliũ, & de illis vere prædicari. At verò album ut eſt accidens comparatur ad ſubiecta, quibus accidit denominatio albi: hæc autem nullatenus accidere dicitur ſubiecto ex eo ſolùm, quod in illo inueniri poſsit; ſed ex eo, quod de facto in ipſo inueniatur albedo, vt conſtat ex communi omnium exiſtimatione, & ideò album vt accidens, non eſt uniuerſale reſpectu ſubiectorum, in quibus actu non eſt: neque poteſt de illis vere prędicari.

45 Ex dictis infero, nonnulla accidentia non poſſe eſſe vniuerſalia niſi reſpectu ſubiectorũ actu exiſtentium in rerum natura; alia verò poſſe eſſe vniuerſalia reſpectu ſubiectorum poſsibilium. Ratio ſumitur ex dictis, quia accidés cõcretum eſt vniuerſale reſpectu ſubiectorum, quæ actu afficiũtur per formam talis concreti: ſed ſubiecta ad hoc, vt actu per aliquas formas afficiantur, debẽt actu exiſtere: ſecus ad hoc, vt per alias afficiantur: ergo Accidens concretũ non erit vniuerſale reſpectu aliquorum, niſi ſint actu exiſtentia, benè tamen reſpectu aliorum. Minor probatur in his concretis *album*, & *cognitũ*: forma enim prioris non poteſt reddere album niſi ſubiectum exiſtens; & forma poſterioris poteſt reddere cognitum ſubiectum, vel obiectum poſsibile tantùm: ergo, &c. Ex his facilè colliges, quid dicendum ſit circa alia accidentia.

46 Ad rationẽ oppoſitæ ſentẽtiæ, cõceſſa maiori, nego minorẽ, nempè, quòd albũ poteſt eſſe, & prędicari de Petro, & equo, in quibus actu nõ eſt albedo: quia in illis ſolũ, quę hoc nomine *album* adiectiuè ſumpto ſignificãtur, poteſt eſſe, & prædicari album: cum autem eo nomine non ſignificẽtur, niſi, quæ actu habẽt albedinẽ, nõ poterit verè prædicari niſi de illis. Ad probationẽ minoris nego, quòd ad hoc, vt poſsit albũ eſſe, & prædicari de ſubiectis, ſufficit, quòd albedo poſsit eſſe in illis: quia cum albũ non ſit vniuerſale niſi reſpectu eorum, quæ nomine *album* adiectiuè ſumpto ſignificãtur, & eo nomine nõ ſignificentur niſi, quæ actu habent albedinem, non poterit verè prędicari niſi de iſtis, reliqua verò, quæ poſſũt recipere albedinẽ, incipient comprehendi ſub nomine *albũ*, quãdo illam de facto recipiãt: & ideò tunc *albũ* incipiet eſſe vniuerſale Accidens reſpectu eorum. Ad cõfirmationẽ, conceſſo antecedẽti, nego conſequentiã: quia ſol, & luna cõparãtur ad inferiora poſsibilia vt ſpecies ad ſua indiuidua: ſpecies autẽ, cum ſit de eſſẽtia indiuiduorũ, poteſt eſſe vniuerſalis reſpectu illo-

illorum adhuc vt poſsibilium, vt dictum eſt; ſecus album, quia cōparatur ad ſubiecta tanquā accidens, quod quidem nō poteſt eſſe vniuerſale, niſi reſpectu ſubiectorum, in quibus defacto datur albedo, vt ex dictis conſtat.

47 Secūdo eſt difficultas: An ad hoc, vt *album* ſit vniuerſale reſpectu plurium ſubiectorū, ſit neceſſarium, quòd ſingula habeant ſingulas albedines; vel vna in omnibus ſufficiat? Reſpondeo, *album* fore vniuerſale ſiuè vna albedo ſit in omnibus ſubiectis, ſiuè plures. Ratio eſt: quia ad hoc, vt *album* ſit vniuerſale ſufficit, quod poſsit cōparari ad plura alba: ſed, etiā ſi in pluribus ſubiectis detur vna albedo, erunt plura alba: ergo cōparari poterit *album* ad plura alba. Minorem probo; quia, cum *album* adiectiuè ſumptum (de hoc enim loquimur in præſenti)ſit idem ac habens albedinē, eo ipſo quod dētur plura habētia albedinē, erunt plura alba: ſed ubi dantur plura ſubiecta habentia eandem albedinem, dantur plura habentia albedinem: ergo dātur plura alba. Dices: vniuerſale eſt vnum aptū eſſe in pluribus per ſui multiplicationem in illis pluribus: ſed in caſu poſito non multiplicaretur albedo in pluribus ſubiectis: ergo *albū* nō poſſet eſſe vniuerſale reſpectu illorum. Conceſſa maiori, & minori, nego conſequentiam: quia ex eo, quod albedo non multiplicetur, ſolùm colligitur, quod albedo non poſsit eſſe vniuerſalis reſpectu illorum, non verò, quod album: quia, licèt albedo non ſit multiplex in illis ſubiectis, album tamen eſt multiplex, quia, cum ſint plura habentia albedinem, dari debent plura alba.

DISPVTATIO X.

De iis, quæ quinq; prædicabilibus ſunt communia.

ENucleatis iis, quæ ſingulis prædicabilibus ſunt propria, progredimur ad explicanda, quæ omnibus ſunt communia: & ſimul dicemus, qua ratione cōparari debeant ad inuicem inter ſe ſe.

SECTIO I.

Quinarius prædicabiliū numerus defenditur.

1 NOn deſunt, qui exiſtiment, vniuerſalia, aut prædicabilia eſſe plura, quam quinque. Alij pauciora cōſtituunt. Vtrique diſplicent. Eorum argumenta infra propoſita ſoluentur.

2 Dicendum eſt, vniuerſalia ac per conſequens prædicabilia (agimus de prædicabilibus, quorum prædicabilitas eſt propria paſsio vniuerſalis) eſſe quinque, ita, vt, nec ſint plura, nec pauciora. Ita communiter authores. Pro probatione noto id, quod non ſemel in ſuperioribus aduertimus, nēpè in vniuerſalibus, aut prædicabilibus duo poſſe conſiderari, modū, videlicet, quo comparantur ad infe-

inferiora: & ipſa inferiora, ad quæ comparantur. Ex. gr. In animali, prout genus eſt, cõſiderari poteſt comparatio eius ad hominem, equum, leonẽ, &c. & modus, quo ad iſta comparatur, nempe, quod illa reſpiciat tanquàm pars materialis eſſentiæ eorũ. Dum ergo in præſenti agimus de numero prædicabilium, aut de eorum ſpecifica diuerſitate, nõ curamus de diuerſitate, quã habere poſſunt ex diuerſis inferioribus, quæ reſpiciunt, hæc enim pertinet ad philoſophum; ſed de diuerſitate, quam habere poſſunt ex diuerſo modo, quò ad inferiora cõparãtur, hæc enim eſt quæ ad dialecticum ſpectat vt potè quæ per ſe conducit ad rectam diſpoſitionem, & conſtructionem formæ ſyllogiſticæ, in cuius gratiam de prædicabilibus agitur apud dialecticos. Hoc poſito.

3 Probatur concluſio: quia vniuerſale comparatur ad inferiora, vel tanquàm quid pertinẽs ad eorũ eſſentiam; vel tãquam quid non pertinens? Si primum: vel cõparatur tanquàm pars prima, ſeu materialis eſſentiæ, & ſic erit Genus; vel tanquàm pars ſecunda, ſeu formalis ipſius eſſentiæ, & ſic erit Differentia: vel tanquàm tota eſſentia metaphyſica, & ſic erit Species; nec dari poteſt modus alius, quo vniuerſale comparetur ad inferiora tanquàm quid pertinens ad eorum eſſentiam. Si comparetur tanquàm quid nõ pertinens ad eſſentiam, vel cõparatur tanquàm quid neceſſariò cõnexũ cum eſſentia, & ſic erit Propriũ; aut tanquàm quid non neceſſario connexũ cum eſſentia, & ſic erit Accidens; neque alio modo præter hos poteſt natura vniuerſalis comparari ad inferiora tanquàm quid non pertinens ad eſſentiam: ergo quinque ſunt prædicabilia, ita vt nec ſint plura, nec pauciora. Patet cõſequẽtia: quia quinq; modi prædicandi aſsignati ſunt diuerſi, vt per ſe patet: præterea non inuenitur alius præter hos, vt conſtabit ex ſolutione argumentorum: ergo, &c.

4 Obijcies primò: vel hic numerantur ſpecies infimæ vniuerſalis, & prædicabilis; vel ſubalternæ; Si hoc vltimũ, nõ eſt maior ratio, cur dicantur quinque, quàm duæ: quia vniuerſale, aut prædicabile immediatè diuiditur in prędicabile tãquàm quid eſſentiale; & in prædicabile tanquàm quid accidentale; quæ ſunt duæ ſpecies ſubalternæ, quæ in quinque prædicabilia iterũ diuiduntur. Si verò numerantur ſpecies infimæ, vidẽtur eſſe plura, quã quinque: quia intra ſpeciem Generis continentur genus ſubalternũ, & infimũ, quæ vidẽtur eſſe genera ſpecie diuerſa: ergo non benè aſsignatur numerus prædicabilium. Reſpõdeo, hic enumerari ſpecies infimas vniuerſalis, ac prædicabilis nec intra ſpeciẽ generis cõtineri genus ſubalternũ, & infimum tãquàm ſpecies logicè diuerſas in ratione vniuerſalium: nam, cum ad logicum nõ pertineant niſi ratione modi prædicandi, & iſte ſit

idem

idem in vtroque, quia vtrunque prædicatur tãquám pars materialis eſſentiæ inferiorum, de quibus prædicatur; non poſſunt diſtingui ſpecie Logica, iuxta ea, quæ in ſimili diximus circa Differentiam, diſp. 8. ſect. 3. à num. 25. & ſect. 7. num. 63.

5 Obijcies ſecundò: *exiſtens*, & *ſubſiſtens* poſſunt prędicari de pluribus, de Petro videlicèt, Ioanne Franciſco, &c. Deinde non pertinent ad aliquod ex quinque prædicabilib' enumeratis: ergo aſsignãda ſunt alia, vel aliud, ad quod pertineant. Probatur antecedens quoad ſecundã partem: quia non pertinent ad tria priora, cum *exiſtentia*, & *ſubſiſtentia* nõ pertineãt ad eſſentiam eorum inferiorum, neque pertinent ad Propriũ, quia hoc primariò conuenit Speciei, & ratione illius indiuiduis, at verò *exiſtentia*, & *ſubſiſtentia* primario cõueniunt indiuiduis, & ratione illorũ Speciei, ac reliquis prædicatis ſuperioribus; neque pertinent ad prędicabile Accidẽtis, quia nõ ſunt accidentia, cum *ſubſiſtentia* ſit modus ſubſtantialis complens naturã ſubſtantialẽ in ſuo eſſe ſubſtãtiali; &, *exiſtentia* nõ diſtinguatur realiter ab eſſentia iuxta dicẽda in Phyſic. diſp. 7.

6 Conceſſa priori parte antecedentis, nego ſecundam. Ad probationem dico, ſubſiſtentiam pertinere ad quartum prædicabile Proprij, quia eſt propria paſsio neceſſariò conſequens ſupremũ genus prædicamenti ſubſtantiæ, & non ſolùm pertinent ad quartum prędicabile proprietates cõſequẽtes ſpeciem infimam; ſed etiam proprietates per ſe conſequentes quodlibet prædicatum eſſentiale, vt diximus diſp. præcedente ſect. 1. Neque eſt abſolutê verũ, quod ſubſiſtentia primario cõueniat in diuiduis, & ſecundario ſpeciei, ac reliquis prædicatis ſuperioribus: nã, licèt id ita accidat in actu exercito; ſecùs tamen accidit in actu ſignato, quia ex eo cõuenit Petro habere ſubſiſtentiam, quia continet in ſe prædicatum ſubſtantiæ, cui correſpondet ſubſiſtentia, & ideò ſicut rationali attribuitur, ſeu aſsignatur riſibilitas; animali ſenſibilitas; corpori quantitas, etiam ſi in actu exercito prædictę proprietates immediatè afficiant indiuidua, ſic etiam attribuitur ſubſiſtentia ſupremo generi Subſtantiæ.

7 Circa prædicationes, in quibus prædicatur exiſtentia, diſtinguendum eſt, quia vel exiſtentia prædicatur de Petro poſsibili ſecundũ ſe; vel de Petro actuali. Si de poſsibili ſecundùm ſe pertinet ad quintum prædicabile: quia Petro poſsibili contingenter aduenit exiſtentia, eo modo quo dicemus in Phyſic. diſp. 7. Si prædicatur de Petro actuali, eſt prædicatũ trãſcẽdens, atque adeò nullius ex quinque prędicabilibus eſt propria talis prædicatio: quia ea prædicata, quæ ad quinq; prædicabiliã pertinẽt, debẽt eſſe vniuerſalia at prædicata tranſcendentia non poſſunt eſſe vniuerſalia reſpectu inferiorum, quorũ differẽtias trã-

Speciem inter illa prędicata: quia Species in iſtis ſyllogiſmis ſe habet vt ſubiectum, de quo aliquid probatur; enumerauit vero definitionem loco differentiæ: quia eodem modo conducit ad ſyllogiſmum Topicum definitio, ac differentia, cum vtraque prædicetur conuertibiliter de Specie.

SECTIO II.

An Vniuerſale ſit genus reſpectu quinq; prædicabiliũ?

11 DIco primò: Vniuerſale eſt genus reſpectu quinque vniuerſaliũ (& idem eſt de prædicabili reſpectu quinque prædicabiliũ) ita P. Tol. q. 2. Vni. P. Ru. q. 7. & cõmuniter authores. Probatur: quia quinque vniuerſalia cõueniunt in ratione Vniuerſalis tanquã in vna ratione; non merè ſpecifica, quia quinque vniuerſalia ſunt ſpecie diuerſa, & quæ ſpecie differunt, non cõueniunt in ratione merè ſpecificâ, vt nullus nõ fatetur: ergo tanquã in ratione generica. Minorẽ probo: quia quinque vniuerſalia propriè, & eſſentialiter participant rationem vniuerſalis, cum quodlibet ex illis verè, & propriè ſit vnum aptũ eſſe in multis, & de illis prædicari. Deinde differũt inter ſe per differẽtias, in quibus nõ imbibitur ratio formalis vniuerſalis, vt conſtabit ex dicẽdis: ergo ratio Vniuerſalis eſt genus reſpectu illorum.

12 Obijcies primò: Vniuerſale tranſcendit differentias quinq; vniuerſalium: ergo nõ poteſt eſſe genus reſpectu illorum. Antecedẽs probatur: quia differẽtia, qua genus, v.g. differt à reliquis, nẽpè *tanquã pars materialis eſſentiæ*, eſt vnũ aptũ eſſe in hoc, & illo genere, eſt enim verũ dicere, *hoc genus eſt in multis tanquã pars materialis eſſẽtiæ*, ſeu, *eſt pars materialis eſſentiæ*, & ſic de alijs generib⁹ ergo talis differentia eſt vniuerſalis: ergo vniuerſale tranſcẽdit differentias quinq; vniuerſaliũ. Negò primò antecedens. Ad probationẽ diſtinguo antecedens: differentia generis eſt vnum aptũ eſſe in multis per ſecundam intẽtionem illi accidentaliter ſuperadditam, concedo: per ſuam eſſentiam, nego antecedens. Sicut enim rationale per ſuam eſſentiam eſt id, per quod homo eſt principium ratiocinandi, & accidẽtaliter illi aduenit ſecunda intẽtio, per quã fit vniuerſale, & prædicabile de multis, ſic etiam differentia generis per ſuam eſſentiã eſt id, per quod genus ſe habet vt pars materialis eſſentiæ, & accidentaliter illi aduenit ſecunda intentio, per quam fit vniuerſalis, & prędicabilis de hoc & illo genere. Deinde diſtinguo primum conſequens eodem modo. ergo talis differẽtia eſt vniuerſalis accidentaliter, concedo. eſſentialiter, nego conſequentiam. Et denique nego vltimam conſequentiam: quia ad hoc, vt Vniuerſale diceretur tranſcendere differentias, neceſſarium erat, quod formaliter imbiberetur in

ipſis tanquàm quid pertinens ad conceptum formalem, ſeu eſſentialem illarum.

13 Vrgebis: per eandem formam, per quam natura generica conſtituitur in ratione Vniuerſalis, cōſtituitur in ratione talis Vniuerſalis: ſed conſtituitur in ratione Vniuerſalis per vnitatem vniuerſalem: ergo per eandem cōſtituitur in ratione talis Vniuerſalis ergo differentia generis eſt eſſentialiter vniuerſalis. Probo hanc conſequentiam differentia generis eſt conſtitutum quoddā ex natura generica, & vnitate vniuerſali: ſed conſtitutum reſultās ex natura generica, & vnitate vniuerſali eſt eſſentialiter vniuerſale, neq; enim genus vt genus propter aliā rationem dicitur eſſe eſſentialiter vniuerſale: ergo differentia generis eſt eſſentialiter vniuerſalis. Reſpondeo formam illam, per quam genus conſtituitur in ratione vniuerſalis, & talis vniuerſalis, duas habere formalitates: eſt enim vnitas vniuerſalis, & talis vnitas. Per rationem ergo formalem vnitatis vniuerſalis conſtituit ſimul cū natura generica Vniuerſale: per rationem verò formalē talis vnitatis cōſtituit ſimul etiam cum natura genericâ talitatē Vniuerſalis, & ideò diſtinguēda eſt maior propoſitio: per eandem formam ſecundùm eandem rationem formalem cōſtituitur natura generica in eſſe vniuerſalis, & talis vniuerſalis, nego: per eādem formam ſecūdum diuerſas rationes formales, concedo maiorem. Deinde diſtinguo minorem: ſed conſtituitur in ratione vniuerſalis per vnitatem vniuerſalē, ſecūdùm quod eſt vnitas vniuerſalis, concedo: ſecundùm quod eſt talis vnitas, nego minorem. Et ſimiliter diſtinguo conſequens: ergo in ratione talis vniuerſalis conſtituitur per eādem vnitatem, ſecūdûm quod eſt talis vnitas, concedo ſecūdùm quod eſt vnitas vniuerſalis, nego conſequentiam Et denique nego vltimam conſequentiam: quia, ſicut rationale non eſt eſſentialiter animal, quod per illud contrahitur ad eſſe hominis ſed talitas animalis, etiam ſi per eādem animā rationalem cōſtituatur homo in eſſe animalis, & in eſſe rationalis, ſic etiam differentia generis non eſt eſſentialiter Vniuerſale, quod per illam contrahitur ad eſſe generis; ſed talitas Vniuerſalis, etiam ſi per eandem vnitatem realem conſtituatur genus in eſſe vniuerſalis, & talis vniuerſalis: quia, vt dictum eſt, id præſtat per diuerſas formalitates.

14 Inſtabis: illa talitas, per quam contrahitur Vniuerſale ad eſſe generis, non eſt ſingularis eſſentialiter: ergo eſt eſſentialiter vniuerſalis; quia non datur medium. Reſpōdeo, illam talitatem neque eſſe eſſentialiter vniuerſalem, neque eſſentialiter ſingularem; ſed eſſentialiter eſſe talitatem vnitatis vniuerſalis ex ſe indifferentem ad hoc, vt fiat vniuerſalis per præſciſsionē intellectus accidentaliter illi aduenientē, & ſingularis per contractionem ad

hoc

hoc genus ſingulare, vel illud &c. ſicut homo ſecūdùm ſe neque eſt eſſentialiter ſingularis, neque vniuerſalis; ſed ex ſe indifferens ad hoc, vt per præſciſsionem fiat vniuerſalis, & per contractionem ad ſingularia fiat ſingularis.

15 Obijcies ſecundò: ſi Vniuerſale eſt genus reſpectu quinque vniuerſaliū ſequitur Vniuerſale eſſe inferius ſua ſpecie. Sequela probatur: quia omnia genera, vt genera cōtinētur ſub genere in communi: ergo Vniuerſale, vt genus eſt, continetur ſub genere in communi: ſed genus in communi eſt ſpecies Vniuerſalis: ergo Vniuerſale continetur ſub aliqua ex ſuis ſpeciebus: ergo eſt inferius ſua ſpecie. Reſpōdeo, duo eſſe diſtinguenda in vniuerſali, prout eſt genus quinque vniuerſalium. Primum eſt ratio ipſa Vniuerſalis, quæ fit genus per ſecundam intētionem generis accidentaliter illi aduenientem. Secundum eſt, cōcretum reſultans ex ratione Vniuerſalis, & ſecūda intentione generis. Id quod denominatur genus reſpectu quinque vniuerſaliū, eſt ratio Vniuerſalis, quę abſtrahitur ab illis. Id vero, quod denominatur inferius genere in communi, non eſt ratio Vniuerſalis ſola; ſed concretum reſultans ex illa, & ſecunda intentione generis. Hinc eſt, quod Vniuerſale ſecundùm vnam rationē eſt genus reſpectu quinque vniuerſalium; & ſecundùm aliam eſt inferius genere in cōmuni: nam reſpectu quinque vniuerſalium ſola ratio vniuerſalis eſt genus *vt quod*, & ſecūda intentio generis eſt forma tribuens illi talem denominationē: at verò reſpectu generis in communi non ſola ratio Vniuerſalis; ſed concretum reſultans ex illa, & ſecunda intentione generis eſt inferius *vt quod*, cui quidē tribuit hanc denominationem alia ſecūda intentio inferioritatis. In forma ergo, diſtinguo ſequelā, ſi Vniuerſale eſt genus reſpectu quinque vniuerſalium ſequitur vniuerſale eſſe inferius ſuà ſpecie ſecundùm diuerſas rationes, concedo: ſecundum eandem, nego ſequelā. Ad probationem, cōceſſo primò entimemate, & minori illi adiuncta, diſtinguo conſequens: ergo vniuerſale continetur ſub aliqua ex ſuis ſpeciebus ſub eadē ratione quâ eſt ſuperius illis, nego: ſub diuerſa; concedo conſequentiam. Et diſtinguo vltimum cōſequens: ergo eſt inferius ſuà ſpecie ſecundùm eam rationē, ſecundùm quā eſt ſuperius illà, nego; ſecundùm diuerſam, concedo conſequentiā.

16 Obijcies tertio: ſi ex vniuerſali à quinque vniuerſalib⁹ abſtracto, & ex ſecundà intentione illi adueniente reſultaret cōcretum, quod eſſet genus ab illo poſſet iterum abſtrahi ratio Vniuerſalis per aliam ſecundā intentionē generis, ex qua iterum reſultaret aliud concretū, quod eſſet genus: à quo poſſet iterum abſtrahi ratio Vniuerſalis, & ſic daretur proceſſus infinitus generum: id non eſt cōcedendū in bona philoſophia: ergo neq; illud, ex quo ſequitur.

Pro reſponſione noto, rationem Vniuerſalis poſſe præſcindi à ſuis inferioribus negatiuè, & poſitiuè. Præſcinditur negatiuè per cognitionē, quia ipſa ratio Vniuerſalis cognoſcitur expreſſe, non cognitis expreſſe differentijs ſuorū inferiorum; & propterea hæc præſciſsio dicitur cognitio expreſſa Vniuerſalis vt ſic; & confuſa inferiorum, quæ ſub illo continentur. Poſitiuè præſcinditur per cognitionem, qua ipſa ratio Vniuerſalis cognoſcitur expreſſe vt diſtincta, ſeu ſeparata à differētijs: cum autē nō poſsit cognoſci expreſſe, vt diſtincta, aut ſeparata à differētijs, quin etiam expreſſe cognoſcantur differētiæ ſit, vt per ipſam præſciſsionē poſitiuā cognoſcantur etiā expreſſe differentiæ. Noto ſecundo, in illo cōcreto reſultāte ex ratione Vniuerſalis, & ſecunda intencione generis illi aduenienre dari duplicem rationem Vniuerſalis: vnā ſe habentem, vt ſubiectum realiter diſtinctum à ſecunda intentione, cum quā ipſum ſubiectum phyſicè conſtituit tale cōcretum, genus, v.g. alteram ſe habentem vt partē metaphyſicā identificatam realiter cum differentia ipſius concreti: quia, cum illud cōcretum ſit genus, eſt tale vniuerſale: & ideo coaleſcit metaphyſicè ex ratione Vniuerſalis, & talitate tanquam ex duabus rationibus formaliter tantū diſtinctis; ſicut albū, quod eſt tale coloratum, coaleſcit metaphyſicè ex colorato, & talitate.

17 Reſpondeo ergo ad obiectionē, quod, ſi ratio vniuerſalis præſcindatur negatiuè à differentijs inferiorū, cum quibus identificatur, non ſolum præſcindetur per talem præſciſsionē à differentijs aliorū vniuerſaliū; ſed etiam à differentia concreti illius reſultātis ex ipſa præſciſsione, & ratione Vniuerſalis per illam abſtractā. Ratio eſt; quia ratio Vniuerſalis non aliter præſcinditur negatiuè ab inferioribus, cum quibus identificatur, niſi per cognitionem exprimentem ipſam rationem vniuerſalis, non expreſsis differentijs ipſorum inferiorum: ſed per prædictam præſciſsionem exprimitur ratio vniuerſalis, quæ identificatur cū illo concreto, non expreſſa differentia ipſius concreti: ergo præſcinditur negatiuè ratio Vniuerſalis ab illo concreto per prædictam præſciſſionem.

18 Dices: nō poteſt ea præſciſſio exprimere rationem Vniuerſalis identificatam cum eo concreto, quin exprimat ſe ipſam, cum ſit pars conſtitutiua talis concreti: ſed nulla cognitio poteſt exprimere ſe ipsā: ergo neq; ea præſciſſio poteſt exprimere rationem Vniuerſalis identificatam cum eo cōcreto. Diſtinguo maiorem: non poteſt ea præſciſſio exprimere rationem Vniuerſalis identificatam cum eo concreto, quin exprimat ſe ipſam ſecundum rationem conſtituentem illud concretum in ratione Vniuerſalis, concedo: quin exprimat ſe ipſam ſecundū rationem conſtituentem illud concretum in eſſe talis vniuerſalis, nego

maj.

maiorē. Deinde diſtinguo minorem: nulla cognitio poteſt exprimere ſe ipſam ſecundum rationē aliquam cōmunem cum reliquis, nego: ſecundùm rationem propriam, & particularē ſui, admitto minorem. Et nego conſequentiā: quia, ſicut in communi ſententia cognitio attingens cognitionem in communi ſe ipſam attingit ſecundùm rationem cognitionis, in qua conuenit cum reliquis, quin attingat ſuam differentiam particularem, ſic etiam præſciſsio Vniuerſalis, quæ in mea ſententia cōſtituit cum ratione præſciſſa concretum quoddam, quod eſt vniuerſale tale, attingit ſe ipſam ſecundùm rationē cōſtituendi Vniuerſale, in qua cōuenit cum alijs, quin attingat propriam differentiam, ratione cuius conſtituit tale vniuerſale. Hæc de præſciſsione negatiua Vniuerſalis.

19 Si verò ratio Vniuerſalis præſcindatur poſitiuè à Differentijs ſuorum inferiorum, cum quibus realiter identificatur, nō poterit præſcindi per ipſam præſciſsionē poſitiuā à differentia illius concreti quod cōſtituit talis pręciſio. Ratio eſt: quia non præſcinditur poſitiuè ratio Vniuerſalis à ſuis differentijs, niſi expreſsè cognoſcantur differentiæ per ipſam præſciſsionem: ſed differentia propria concreti reſultantis ex præſciſsione poſitiua non poteſt cognoſci expreſsè per ipſam præſciſsionem: ergo non poteſt per illam præſcindi poſitiuè ratio Vniuerſalis à tali concreto. Maior cōſtat ex definitione pręſciſsionis poſitiuæ. Minor probatur: quia vt expreſsè cognoſcatur differētia propria talis concreti, debet expreſſe cognoſci differentia propria pręſciſsionis: per quam conſtituitur ipſum concretū: neque enim poteſt expreſsè cognoſci differentia alicuius compoſiti, quin expreſsè cognoſcatur differētia formę cōſtitutiuæ illius: ſed differētia propria præſciſsionis non poteſt exprimi per ipſam præſciſsionem: nulla enim datur cognitio ſaltem abſtractiua, quę ſe ipſam expreſsè cognoſcat ſecundū rationem propriā, vt dicemus in lib. de Ani. ergo non poteſt per illā præſciſsionem expreſsè cognoſci differētia propria cōcreti per illā cōſtituti.

20 Hinc eſt, quod, ſi poſitiuè præſcindēda ſit ratio Vniuerſalis à differentia illius cōcreti; id præſtari debet per aliā præſciſsionem reflexam: quæ quidem conſtituet aliud concretū cum ratione Vniuerſalis præſciſſa per illam; à quo poſsit iterum pręſcindi ratio Vniuerſalis, quæ conſtituat aliud cōcretū cum præſciſsione, & ſic de reliquis. Neque ex hoc inferri poteſt proceſſus actu infinitus, quia ſemper dabitur aliqua pręſciſsio, vltra quā non detur de facto alia, etiam ſi poſsit dari: ſicut ex eo, quòd nulla vnquam detur cognitio, quæ non poſsit cognoſci alia cognitione reflexa, non infertur, dari proceſſum actu infinitū cognitionum: quia tandem deueniemus ad aliquam, vltra quam de facto nō detur alia, vel quia nole-

mus vltra progredi: vel quia defatigati non poterimus: idem ergo dicito in præſciſsionibus.

21 Obijcies tertiò: ſi Vniuerſale eſſet genus reſpectu quinq; vniuerſaliū, hæc eſſent ſpecies ipſius vniuerſalis: ſed nō poſſunt eſſe ſpecies; ergo neque vniuerſale genus reſpectu illorū. Minor probatur: quia, ſi eſſent ſpecies, omnia pertinerēt ad ſecūdū vniuerſale, quod eſt ſpecies: atqui nō poſſunt pertinere ad illud, neq; enim genus pertinet ad vniuerſale ſpeciei: ergo, &c. Reſpōdeo, quinque vniuerſalia eſſe ſpecies Vniuerſalis nō eſſētialiter; ſed ſolū denominatiuè, & accidētaliter: ſicut enim homo ſecundū ſe ſumptus nō eſt eſſentialiter ſpecies: ſed accidētaliter: quia illi aduenit accidētaliter, & quod ſubijciatur animali, & quod ſit prędicabilis de indiuiduis: ita genus ſecundū ſe ſumptū (& idē eſt de alijs) eſt ſpecies accidētaliter, quia accidētaliter illi aduenit, & quod ſubijciatur vniuerſali incōmuni, & quod prædicetur de ſuis indiuiduis, nēpè de hoc, & illo genere. Deinde ex genere, & ſecūda intentione ſpeciei illi adiuncta reſultat concretū quoddā, quod eſſentialiter eſt ſpecies, & continetur ſub ſpecie in cōmuni; ſicut ex homine, & ſecūda intētione ſpeciei reſultat concretū quoddam, quod eſſētialiter eſt ſpecies, & cōtinetur ſub ſpecie in communi. Hinc eſt, quod, ſi alia vniuerſalia præter ſpeciem conſiderentur ſecundùm ſe, pertinēt ad ſpeciē accidētaliter; quia denominari poſſunt accidētaliter à ſecunda intētione ſpeciei: ſi vero conſiderentur, prout cum ſecunda intētione ſpeciei conſtituunt concretum, quod eſt ſpecies, pertinent ad ſpeciem tanquam indiuidua, de quorum eſſentia eſt ratio formalis ſpeciei: imo, & ipſa ſpecies ſecundū ſe denominatur accidentaliter ſpecies per aliā ſecundā intentionem illi accidentaliter aduenientē, ex quâ: & ipsâ ſpecie reſultat cōcretū, quod eſt eſſentialiter ſpecies. Neque hoc eſt incōueniens in ſecundis intentionibus, vt conſtat ex dictis ad obiectionem præcedentem.

22 Dico ſecundô: Vniuerſale nō eſt genus immediatū reſpectu quinque vniuerſalium, ſed mediatū, quia immediatè dicuntur in vniuerſale, quod eſt in pluribꝰ eſſentialiter; & vniuerſale, quod eſt in pluribus accidētaliter. Deinde vniuerſale, quod eſt in pluribꝰ eſſentialiter, diuiditur in tria vniuerſalia priora, & vniuerſale, quod eſt in pluribus accidentaliter, diuiditur in duo poſteriora. Ratio eſt: quia tria priora conueniunt in hoc, quod eſt eſſe vnum aptū eſſe in pluribus eſſentialiter, & duo poſteriora in hoc, qnod eſt eſſe vnum aptum eſſe in pluribus accidētaliter: ergo prius diuiditur vniuerſale in cōmuni in illas duas ſpecies; & poſterius illæ duæ ſpecies diuiduntur in quinque vniuerſalia.

23 Obijcies primò: tria prædicabilia priora prædicantur eſſentialiter: duo poſteriora accidētaliter; ergo nō conueniunt æquali-

ter in ratione prędicãdi: ac per cõſequens Vniuerſale nõ poterit eſſe genus reſpectu horũ omniũ, quia genus æqualiter debet conuenire omnibus ſpeciebus. Conſequẽtia probatur: quia eſſentia, & accidẽs non conueniunt æqualiter in vna ratione: ergo neque prædicari eſſentialiter, & accidentaliter, poſſunt conuenire ęqualiter in ratione prædicandi. Nego primã cõſequentiam. Ad probationẽ admitto antecedens; & nego cõſequentiam: quia prędicatio, quã affirmatur de inferioribus aliquid accidẽtale, tã verè, & propriè eſt prædicatio, quã prędicatio, qua affirmatur aliquid eſſentiale; atque adeò ęqualiter cõueniũt in ratione prędicationis. Idem dicito de aptitudine eſſendi, & prædicandi de pluribus: quia aptitudo eſſendi in pluribus accidentaliter tàm verè, & propriè eſt aptitudo eſſendi in pluribus, quã aptitudo eſſendi in pluribus eſſentialiter, atq; adeò ęqualiter cõueniunt omnia prædicabilia in hac aptitudine; & ratione differentiarũ habent, quod quędã ſint apta eſſe, & prędicari accidẽtaliter; quędam vero eſſentialiter.

24 Obijcies ſecundo: genus eſt magis vniuerſale quam ſpecies: ergo non poſſunt ęqualiter cõuenire in ratione Vniuerſalis. Antecedens probatur quia vniuerſale eſt quod ad multa extenditur: ergo magis Vniuerſale quod extẽditur ad plura: ſed genus extenditur ad plura, quã ſpecies, vt patet: ergo eſt magis Vniuerſale. Reſpondeo, duob⁹ modis poſſe intelligi, quod vnum ſit magis Vniuerſale, quam aliud, Primo, quia ſub ſe habeat plura inferiora. Secundò, quia illi conueniat vniuerſalitas, quæ ſit magis vniuerſalitas. Sicut hoc, quod eſt eſſe magis album, poteſt intelligi duobus modis: vel quia vnũ ſubiectũ habeat plures grad⁹ albedinis, quàm aliud; vel quia habeat albedinẽ, quæ ſit magis albedo, quã albedo alterius Dico ergo, genus eſſe magis vniuerſale, quã ſpeciem, ſi particula *magis* denotet extenſionẽ ad plura inferiora; nõ verò, ſi denotet vniuerſalitatem, quæ ſit magis vniuerſalitas: ſicut vnũ album eſt magis album, quàm aliud, ſi *Tò magis* denotet plures gradus albedinis in vno quàm in alio; nõ verò, ſi denotet, albedinem vnius eſſe magis albedinem quàm alterius. Nego tamẽ conſequentiã: quia ad hoc, vt cõueniant æqualitèr in ratione Vniuerſalis, ſufficit, quod vnũ non ſit magis vniuerſale, quã aliud ſecũdo modo: ſicut contingit in albo, in cuius ratione conueniunt æqualiter hoc, & illud albũm; quia vnum album non eſt magis album quam aliud ſecundo modo.

DISPVTATIO XI.

De prædicationibus.

Egimus hucuſq; de prædicabilibus, prout ſunt apta eſſe, & prædicari de ſuis inferioribus. Reſtat explicãdum, quã ratione exercẽda, vel reducenda ſit ad actum hæc aptitudo in prædicationibus actualibus. Id pręſtabimus ex pro-

feſſo

ſeſſo in hac diſputatione: quia res eſt valdè vtilis, imò, & neceſſaria ad plures difficultates Theologicas enodandas.

SECTIO I.
Concretorum, & abſtractorum explicatio.

1 QVodlibet prædicatum affirmatur de ſuo ſubiecto in cõcreto, aut in abſtracto; & ideò oportet explicare quænã dicãtur concreta, & quænã abſtracta? Cõcretum ergo in rebus dicitur vnũ quid expluribus reſultans; abſtractum vero, vt opponitur concreto, dicitur pars quælibet ſeparata ab alia, cum qua totũ aliquod poteſt cõponere. Hinc vſu iam receptum eſt, vt conceptus, & nominares ipſas exprimẽtia, ſeu ſignificãtia nuncupentur abſtracta, & concreta, eſt ergo nomẽ concretum, quod vnũ expluribus cõpoſitum ſignificat: vt, *homo* quod ſignificat totũ reſultans ex humanitate, & ſubſiſtentia; & *album*, quod ſignificat cõpoſitum ex albedine, & ſubiecto. Nomen abſtractũ eſt, quod ſignificat partẽ aliquã vt ab altera diſtinctã, & ſeparatã; vel ſaltẽ præſcindendo à coniunctione: vt *albedo* quod ſignificat albedinem ſecundũ ſe vt diſtinctã à ſubiecto, & præſcindit à coiunctione cum ipſo ſubiecto. In præſenti agimus de rebus abſtractis, & concretis non ſecundum ſuam entitatẽ realem: ſed prout nominibus abſtractis, & concretis exprimuntur.

2 Rurſus tàm concretũ, quam abſtractum diuiditur in ſubſtãtiale, & accidentale. Concretum accidentale eſt, quod reſultat ex partibus, quarum vna eſt accidẽtalis alteri: vt *album*, quod reſultat ex ſubiecto & albedine illi accidentaliter adueniente. *Albedo* autem dicitur abſtractum accidẽtale reſpectu ſubiecti, quia eſt pars illi accidẽtaliter adueniens. Concretũ ſubſtantiale eſt totum ex partibus ſubſtãtialib⁹ reſultãs: vt *homo* coaleſcens ex natura humana, & ſubſiſtentia. Quælibet autẽ ex his dicitur abſtractum ſubſtantiale reſpectu alterius. Deinde concretũ, tàm accidẽtale, quàm ſubſtantiale diuiditur in ſubſtantiuum, & adiectiuum. Subſtantiuum eſt, quod ſignificatur nomine ſubſtantiuo, hoc eſt, ſignificante rem vt per ſe ſtantem, vt *homo albũ* ſubſtantiuè ſumptum. Adiectiuum eſt, quod ſignificatur nomine adiectiuo, hoc eſt, ita ſignificante totum, vt unam partẽ tanquã alteri adiacentem exprimat: vt *albus*, quod eſt idem, ac, *habens albedinem*; & *ſubſiſtens*, quod eſt idem, ac *habens ſubſiſtentiam*, vt iam probo.

3 De concreto tàm accidentali, quã ſubſtãtiali adiectiuẽ ſumpto putant nonnulli dicere formã in recto, & ſubiectum in obliquo, ita vt *albus*, ſit idem, ac, *albedo in ſubiecto*. Alij ẽ cõtrà putant, dicere ſubiectum in recto, & formam in obliquo, ita vt *albus* ſit idẽ, ac *habens albedinem*. His ſubſcribo: quia, ſi albedo diceretur in recto, hæc eſſet falſa prædicatio, *Petrus*

eſt albus, ſenſus enim eſſet, *Petrus eſt albedo in ſubiecto*, quod eſt falſum, vt ex ipſis terminis conſtat. Et facilè probatur: quia vt prædicatio aliqua ſit vera, eſt neceſſarium, quod ea, quæ ponuntur in recto ex parte prædicati, & ex parte ſubiecti ſint idem, vt inductione conſtat In omnibus, quæ ex communi conſenſu ſunt veræ: ſed albedo, quæ in tua ſententia ponitur in recto in prædicato illius propoſitionis, non eſt idem cum ſubiecto, vt conſtat: ergo non eſt vera, ſi habeat ſenſum, quem tu dicis. Si verô habeat alium, quem ego adſtruo, erit vera: quia verum eſt dicere de Petro albo, quod habeat albedinem: ergo hic eſt ſenſus illius propoſitionis, & non ille, quem tu dicis Addo, hæc concreta adiectiuê ſumpta dicere determinatè ſubiectum; formam verò in cõmuni, ſeu vagè hanc, vel illam; vt, *hic albus* dicit determinare hoc ſubiectum, & vage albedinem hanc, vel illam, & propterea multiplicantur hæc concreta iuxta multiplicationem ſubiectorum: non verò iuxta multiplicationem formarum.

4. De concreto verò ſubſtantiue ſumpto eſt maior difficultas. Nonnulli docent cõcreta ſubſtantiuê ſumpta dicere in recto formam, ſeu partẽ, quã primariò ſignificat nomẽ ſubſtantiuũ, & in o[illegible] cõpartem. Illa pars [illegible]io ſignificat i nomi[illegible] à qua ipſum nomẽ *homo ab humanita*[illegible] *ſubſiſtẽtia*. Sic *albũ* ſubſtantiuè ſumptũ erit idem, ac *albedo in ſubiecto*: *homo*, idem, ac *humanitas cũ ſubſiſtentia*, & *ſuppoſitũ*, idẽ, ac *ſubſiſtẽtia cũ humanitate*. Hãc ſentẽtiã tenet P. Vazq. 1. p. diſp. 155. n. 17. & eandem inſinuauerat diſp. 130. cap. 3. Mihi tamen diſplicet, quia, ſi hæc ſententia eſſet vera hæc propoſitio eſſet falſa in Chriſto Domino, *hoc ſuppoſitum eſt homo*: atqui non poteſt dici falſa hæc propoſitio cum ab omnibus catholicis concedatur: ergo, &c. Maiorẽ probo: quia ſenſus prædictæ propoſitionis iuxta ſententiam Patris Vazq. eſſet, *ſubſtãtia hæc adiuncta humanitati eſt humanitas adiuncta huic ſubſiſtentiæ*: Sed ea propoſitio hoc modo explicata eſt falſa, quia, cum in prędicationibus ſolùm affirmetur idẽtitas eorũ, quæ ex parte ſubiecti, & prædicati ſignificantur in recto in prædicta propoſitione affirmabitur eſſe idem ſubſiſtentia diuina, & natura humana, quod quidem eſt apertè falſum; ergo nõ poteſt habere illum ſenſum.

5 Alij, quos refert P. Vazq. 3. par. diſp 63, n. 21. docẽt, prędicta cõcreta dicere in recto totum cõpoſitum, & in obliquo partẽ primariò ſignificãtã per nomen ſubſtantiuum, atque adeõ in horũ ſententia idem eſt *homo*, ac *habens*, *ſeu continens humanitatem*; & *ſuppoſitũ* idem, ac *continens ſubſiſtentiã*. Hæc ſentẽtia eſt falſa: quia ex illa ſequitur, abſolute loquendo eſſe tres Deos: nam, ſi *homo* eſt idem, ac *habens humanitatẽ*, *Deus* etiã erit idem, ac *habens*, ſeu *continẽs*

Digitized by Google

Deitatē: ſed dantur tria ſuppoſita habentia, ſeu continētia Deitatē: ergo dantur tres Dij. Hoc nullatenus eſt cōcedendum: ergo neque admittēda tua ſententia. Dices: hæc nomina non ſignificare eodē modo in Diuinis, ac in rebus creatis. Sed contrà: nullum eſt fundamentum ad aſſerendum, nomen *Deus* ſignificare ſuum concretum diuerſo modo, ac nomen *homo* ſignificat ſuum: ergo non eſt aſſerendum. Confirmatur: quia nullus ex antiquis Philoſophis, aut Theologis vſus eſt nomine *Deus* in diuerſa ſignificatione, ac nomine *homo*, cur ergo diuerſo modo vtemur nunc his nominibus? Adde, quod nomini *Deus* tribuenda eſt aliqua ſignificatio, ratione cuius nō poſſit abſolutè dici, eſſe tres Deos: cur ergo nō tribuemus eundē ſignificandi modum nomini *homo*?

6 Dicendum eſt, cōcreta ſubſtantialia ſubſtantiuè ſumpta dicere vtranque partem in rectо, ita tamen, vt vnam dicant determinatè, illā videlicet, quæ primariò, & expreſsè ſignificatur per nomen: & alteram in communi ſeu vage, illam videlicet, quæ ſecūdario, & cōfusè ſignificatur per nomē. Ita nonnulli recentiores. Rem explico: *De'* prout ſignificatur hoc nomine de ſumpto à *Deitate*, eſt cōcretū, quod in recto dicit naturā diuinam, & ſubſiſtētiam; ſed tali modo dicit naturam diuinam, vt non dicat naturam in communi, ſeu vagè ſumptam; ſed dicit determinatè naturā Diuinam; ſubſiſtētiam verò dicit in communi, ſeu vagè ſumptam, ita vt hoc concretum, prout ſignificatur hoc nomine *Deus*, non importet determinatè ſubſiſtētiam Patris, Filij, aut Spiritus Sancti; ſed ſubſiſtentiam in communi, ſeu vagè ſumptam: atque adeó, quando dicimus *hic Deus* pronomen demonſtratiuum *hic* non demonſtrat perſonā aliquam in ſingulari; ſed tantum Deitatem, ſeu naturam diuinam ſingularem, & perſonam in communi, ſeu vagè hanc, aut illam. Eadem ratione, *ſuppoſitum*, prout hoc nomine ſignificatum, eſt concretum, quod in recto dicit ſubſiſtentiam, & naturam; ita tamen, vt ſi illi accreſcat pronomen demonſtratiuum, *hoc* non determinet, aut demonſtret determinatā, aut ſingularem naturam; ſed tantum determinatè, & ſingularem ſubſiſtentiam indeterminatam relinquens naturam.

7 Sententia ergo ſic explicata probatur. Et primò, quod hæc concreta dicant vtranque partem in recto, conſtat ex refutatione aliarum ſententiarum. Quod verò dicant determinate partem, à qua ſumunt denominationem, & aliam partem vage, ſeu in communi, docet expreſsè P. Vazq. 1. part. diſ. 156. num. 6. & probatur primò in hoc concreto, *Deus*, prout hoc nomine ſignificatur: quia idem numero Deus eſt in Patre, Filio, & Spirit[illegible] fide conſtat; ergo [illegible] mus, *hic Deus*, no[illegible] determinatam ſub[illegible] tantum hanc deter[illegible]

Diuinam; & vagè, ſeu in cõmuni ſubſiſtentiam Probo conſequentiam: quia ſi *hic Deus* ſignificaret determinatè nõ ſolùm hanc Deitatem; ſed etiam hanc numero ſubſiſtentiam, Patris, v.g. tres perſonæ diuinæ non eſſent vnus numero Deus; ſed tres diuerſi: quia *hic Deus* per te dicit determinatè hanc numero Deitatem, & hanc numero ſubſiſtentiam Patris: ſed hæc numero ſubſiſtẽtia Patris nõ eſt in Filio: ergo hic numero Deus non eſt in Filio: ac per conſequẽs diuerſus numero Deus eſt Pater, ac Filius.

8 Confirmatur quia vox *Deus*, & *hic Deus* idẽ ſignificant poſt reuelationem myſterij Sanctiſsimæ Trinitatis, ac antè, vt fatẽtur omnes: ſed ante reuelationem tanti myſterij non ſignificabant apud Hebręos aliquam determinatam, ac ſingularẽ ſubſiſtentiam; ſed tãtum ſingularem naturam diuinã: ergo nec modo ſignificant determinatè ſingularem ſubſiſtentiam; ſed vagè hanc, vel illam aut in cõmuni. Minorem probo: quia in lege veteri cognoſcebant Hebræi ex fide hunc numero Deum, quem modo cognoſcimus Chriſtiani, & nõ cognoſcebant determinatè aliquam perſonam, cum nulla ex tribus diuinis eſſet illis explicitè reuelata: ergo tunc voces *Deus*, & *hic Deus* non ſignificabant determinatè aliquam perſonam ſingularem; ſed in communi, ſeu vagè hanc, vel illam.

9 Idem probatur de concreto, *ſuppoſitum*, prout hoc nomine ſignificatur, nempè quòd determinatè dicat ſubſiſtẽtiam, à qua nomẽ deſumptum eſt; & vagè, ſeu in cõmuni naturam ſubſtantialem. Et ſuppono id, quod eſt de fide, nempè in Chriſto Domino, licet ſint duæ naturæ, diuina videlicet, & humana; nõ tamẽ eſſe duo ſuppoſita ſed vnũ tantùm, Verbũ videlicet diuinum, ita vt idem ſuppoſitum ſit poſt Incarnationẽ, ac antè; neque aliud ſuppoſitũ excreuerit in Chriſto Domino per vnionẽ ad naturam humanã. Hoc prænotato, probo cõcluſionem: quia de eodẽ numero ſuppoſito, quod ante Incarnationẽ erat Deus ſolũ; poſt Incarnationẽ eſt etiam verũ dicere, quod ſit *homo*: ergo vox *ſuppoſitũ*, aut *hoc ſuppoſitũ* nõ ſignificat naturã aliquã in ſingulari, aut determinatam, ſed tantùm vagè, aut in cõmuni. Probo conſequẽtiam: quia ſi vox *hoc ſuppoſitũ* ſignificaret hanc numero naturã, diuerſum numero ſuppoſitum accreuiſſet Verbo poſt Incarnationem ab eo; quod erat ante incarnationem, ſiquidẽ illi accreuit diuerſa numero natura: ergo de eodem numero ſuppoſito, quod ante incarnationẽ erat Deus ſolũ, nõ eſſet verũ dicere poſt incarnationem, quod ſit homo. Patet conſequentia quia per te hoc numero ſuppoſitũ nõ ſolùm dicit hanc numero ſubſiſtentiã; ſed etiam hanc numero naturã: ergo quacunque ex iſtis variata fit diuerſum numero ſuppoſitũ; ſed poſt incarnationem adiuncta eſt ſubſiſtẽtiæ Verbi diuerſa numero natura ab eà,

quam

quam habebat antè: ergò cum ea naturâ conſtituit diuerſum numero ſuppoſitum ab eo, quod ante conſtituebat. Si verò dicamus *hoc numero ſuppoſitũ* dicere determinatè hunc numero ſubſiſtentiam; & vagè naturam hanc, vel illam, eo ipſo quod perſeueret eadem numero ſubſiſtentia, perſeuerabit hoc numero ſuppoſitum, etiamſi varietur, vel adueniat noua natura: quia ad hoc numero ſuppoſitũ per ſe ſolùm requiritur natura aliqua; & per accidens eſt, quod ſit hæc, vel illa numero: & propterea idem perſeuerabit, ſiue illi adueniat hæc numero, vel illa numero. Vide quam benè componantur myſteria fidei iuxta noſtram ſententiam. Hæc de concreto ſubſtãtiali ſubſtantiuè ſumpto.

10 Quod attinet ad accidentale ſubſtantiuè etiam ſumptum, arbitror vtranque partem dicere in recto determinatè; & ſi illi addatur pronomen demonſtratiuũ, vtranque dicet in ſingulari: vt, quando dicitur *hoc album*, non ſolùm determinatur, & demonſtratur hęc numero albedo; ſed etiam hoc numero ſubiectũ. Ratio eſt: quia ad concretũ accidentale ſubſtantiuè ſũptũ cõponendum cõcurrunt albedo, & ſubiectum, ſicut materia, & forma ſubſtantialis concurrunt ad componendum totum ſubſtantiale: ſed hoc numero totum ſubſtantiale dicit in recto, & determinatè hanc numero materiã, & hanc numero formã, vt dicem⁹ in Phyſ. diſp 6. ſect. vltima: ergo ſimiliter totũ accidentale ſubſtãtiuè ſumptũ. Et ſanè id conſtat ex communi omniũ acceptione, iuxta quã vox *hoc albũ* ſubſtantiuè ſumpta nihil aliud ſignificare exiſtimatur, niſi hoc ſubiectũ & hanc albedinẽ. Ab hac regula excipe concreta aliqua accidentalia, vt ſunt Dominus, Pater, Artifex, Genus, & alia ſimilia, quæ, licèt ſignificẽtur nomine ſubſtantiuo; nihilominùs ſe habent quaſi adiectiua: Dominus enim ſignificat eum, qui habet ſeruum ratione dominij in eo exiſtẽtis; & Pater eum, qui refertur ad filium ratione paternitatis, &c. Et ideò dicunt ſubiectũ in recto, & formã in obliquo: augeturque numerus horũ cõcretorũ ex multiplicatione ſubiectorũ, non ex multiplicatione formarũ: neque enim dicuntur eſſe plures domini, ex eo quod ſint plures ſerui, aut plura dominia; ſed ex eo quod ſint plures homines habentes ſeruum, &c.

11 Vlterius diuiditur cõcretũ, & abſtractũ in phyſicũ; & metaphyſicũ. Cõcretũ phyſicũ dicitur quod reſultat ex partibus realiter diſtinctis: vt *homo* coaleſcẽs ex humanitate, & ſubſiſtentia; & *album* reſultans ex albedine, & ſubiecto. Abſtractũ phyſicũ dicitur forma cõſtituens cõcretũ phyſicũ ſignificata vt diſtincta realiter ab alia cõparte pręſcindẽdo a cõiunctione cũ illa: vt *humanitas*, & *albedo* prout his nominibus ſignificatæ; quorũ primũ ſignificat naturã humanã prout diſtinctã à ſubſiſtẽtia & nõ ſignificat cõiũctionẽ cũ illa; ſecundũ verò ſignificat albedinẽ,

vt

Digitized by Google

vt diſtinctā à ſubiecto, nec importat coniunctionem cum illo; ſed præſcindit à tali cōiunctione.

12 Cōcretum metaphyſicum eſt prædicatum aliquod eſſentiale ſecundùm ſe ſignificatum ſine excluſione aliorum prædicatorum, cū quibus realiter idētificatur: vt *animal*, quod hoc nomine ſignificatur ſecundùm quod eſt principium reale ſentiendi non excluſis rationali, & irrationali, cum quibus realiter idētificatur, quin potius confusè eo nomine ſignificātur hæc prædicata, quia, cū realiter ſint idem cum animali eo ipſo quod hoc exprimitur aliquo nomine illi nō excludēre, ſignificari debent confusè eodē nomine. Vide quæ diximus diſp. 4. ſect. 2. circa præſciſsiones vnius prædicati ab alio. Hinc oritur quod *animal*, prout hoc nomine ſignificatur, eſt concretum; quia non ſolùm dicit expreſsè principium reale ſentiēdi; ſed etiam dicit confusè principium ratiocinandi, & non ratiocinandi, cum quibus componit metaphyſice ſuas ſpecies. Abſtractum metaphyſicum eſt prædicatum aliquod eſſentiale ſignificatum vt præſciſſum, & ſeparatum à reliquis, cum quibus realiter identificatur. Talis eſt *animalitas* prout hoc nomine ſignificata: quia hoc nomen ſignificat principium reale ſentiēdi vt præſciſſum à differentijs, & ab eiſdem diſtinctum per cognitionem præſciſsiuam. Ratio eſt quia *animalitas* eſt nomen abſtractum: ergo debet ſignificare principium ſentiendi, ſecundùm quòd eſt abſtractum à differentijs: ſed principium ſentiendi abſtrahitur à differentijs per cognitionem præſciſsiuam: ergo vox *animalitas* illud ſignificat vt cognitum per cognitionem præſciſsiuam.

14 Ex hoc infero primò, magnum eſſe diſcrimen inter ſignificata harum vocū *animal*, & *animalitas*. *Animal* enim ſignificat principium reale ſentiēdi ſecundū ſe, non ſignificando illud vt præſciſſum, aut diſtinctum a rationali, & irrationali, cum quibus realiter idētificatur: *Animalitas* vero ſignificat principiū ſentiendi vt præſciſſum, & diſtinctū à rationali, & irrationali. Hinc eſt, quod quando animal prædicatur, non excluditur rationale per talem prædicationem, quia tunc prædicatur principium ſentiendi ſecundū ſe, quod non excludit rationale; ſed potius dicit illud confusè: at verò quando prædicatur *animalitas* excluditur per talem prædicationem *rationale*: quia tunc prædicatur principium ſentiendi vt præſciſſum, & diſtinctum à rationali: ſed vt præſciſſum, & diſtinctum à rationali excludit rationale: ergo excluditur rationale per talem prædicationem. Hæc doctrina expreſsè traditur à S. Thoma de ente, & eſſentia cap. 1. in fine: vbi in eo diſtinguit hoc nomen *homo*, & hoc nomen *humanitas*, quod nomē *homo*, ſignificat eſſentiā hominis ſecūdùm ſe; nō vero vt præſciſsā à differentijs indiuidualibus atque adeò poteſt de indiuiduis præ-

prædicari at verò nomen *humanitas* ſignificat eſſentiam vt incōpletam, & vt præſciſſam à differētijs, atque adeò de indiuiduis hominibus prædicari nequit.

14 Infero ſecundò, animal metaphyſicum nō benè explicari per hoc, quod eſt *habens*, ſeu, *continēs animalitatē*, quia ſi aliquid poſſet dici *habens*, ſeu, *continens animalitatem*, maximè totū reſultans ex genere, & differentia at hoc non, quia animalitas dicit rationem animalis, vt prǽſciſſam à differentiis, & totum illud non dicit rationem animalis, vt præſciſſam á diffrentijs; ſed potius vt contractam per illas, aut per vnam ex illis: ergo non poteſt concretum illud explicari illo modo. Adde: quod hæc prædicatio eſt vera *homo eſt animal à parte rei*: at non eſſet vera, ſi *animal* eſſet idem, ac *habens*, ſeu, *continens animalitatem*; quia eam continet, vt eſt compoſitum ex illa, & aliâ comparte: atqui nō eſt compoſitum á parte rei; ſed per rationem: ergo non continet illam à parte rei: ergo falſum eſt dicere, *homo eſt continens animalitatem à parte rei*.

15 Infero tertiò, ea, quæ ſunt abſtracta phyſica, poſſe eſſe cōcreta metaphyſica; vt, *albedo*, quæ prout hoc nomine ſignificata eſt abſtractūphyſicum, quia ſignificatur vt diſtincta à ſubiecto, prǽſcindendo à cōiunctione cum illo, eſt etiam concretum metaphyſicū, quia ſignificatur vt diſgregatiua viſus ſecundū ſe, non excludendo differētias indiuiduales; & *humanitas* prout hoc nomine ſignificata, eſt abſtractum phyſicū ex vna parte, quia ſignificatur, vt diſtincta à ſubſiſtentia, nec vt illi cōiuncta; ex alia verò parte eſt cōcretū metaphyſicum, quia ſignificatur vt principium ſentiēdi, & ratiocinandi ſecundùm ſe, ſine excluſione differentiarum indiuidualium, cum quibus realiter idētificatur. Vt autem clarius procedamus in horū locutione, abſtractum phyſicum accidentis, albedinis, v.g. ſignificabimus, hoc nomine *albedo*, & abſtractum metaphyſicum hoc nomine *albedeneitas*. Deinde in ſubſtātia, in homine, v.g. abſtractum phyſicum vocabimus *humanitatē phyſicā*, & metaphyſicum, *humanitatē metaphyſicā*. Concretum verò phyſicum vocabimus *hominem phyſicum*; & metaphyſicum, *hominem metaphyſicum*.

16 Denique tam concretum, quàm abſtractum; aliud eſt primę intētionis; aliud ſecundæ intētionis. Concretum primæ intentionis dicitur, quod datur ex parte rerū conſtitutū per formam, quæ non ſit intellectus operatio: vt *homo, album*: forma verò cōſtitutiua huius cōcreti dicitur abſtractum primæ intentionis; vt *humanitas, albedo*. Concretum ſecundæ intentionis eſt, quod conſtituitur per aliquā operationem intellectus, quæ ſecunda intentio nominatur; vt, *genus, ſpecies, ſubiectū, prædicatum, &c.* abſtractū verò ſecundæ intentionis dicitur forma conſtitutiua huius concreti; vt ſecunda intentio generis, ſpeciei, ſubie-

cti, prædicati; &c. Hæc longius protraxi, quia maximè neceſſaria ſunt ad prædictã intelligẽtiã eorũ quæ dicenda ſunt circa prædicationes, & harũ exacta explicatio nõ parũ conducit ad graues difficultates Theologicas enodãdas.

SECTIO II.

Quid ſit prædicatio, & quotuplex

17 Prædicatio latè ſumitur pro propoſitione tam negatiuã, quã affirmatiuã; ſtrictè vero pro ſolã affirmatiuã: hæc enim eſt, quę abſolutè prædicatio dicitur. De hac ergo agẽdum nobis eſt in præſenti. Prædicatio ſic ſumpta definitur. *Iudicium, quo affirmamus, vnũ eſſe alterum*, hoc eſt, ſubiectũ, & prædicatum eſſe vnam, & eandem rẽ: nam, qui affirmat, *hoc eſt illud*, nihil aliud dicit, niſi, quod hoc, & illud eſt vna, & eadem entitas. Si res ita fuerit, vt affirmatur, erit prædicatio vera: ſi ſecus fuerit res, prædicatio erit falſa. Prędicatio eſt duplex: vna identica, altera formalis. Identica dicitur illa, quæ ad ſui veritatẽ tãtùm requirit idẽtitatem realẽ inter prædicatum, & ſubiectum, & poteſt duobus modis cõtingere. Primò ſi res concipiatur, ſeu ſignificetur ex parte ſubiecti, & ex parte prædicati eadem omnino ratione; vt quando dicitur, *Petrus eſt Petrus*. Secũdo, ſi res diuerſa ratione cõcipiatur ex parte ſubiecti, ac ex parte prædicati; ita tamen vt propoſitio ſit vera ſolũ ratione identitatis realis prædicati cũ ſubiecto: vt quãdo dicitur, *Iuſtitia Dei eſt miſericordia Dei*. Hec enim prędicatio nõ alia de cauſa eſt vera, niſi quia iuſtitia, quæ eſt propẽſio ad punienda mala, eſt idem realiter in Deo cum miſericordia, quæ eſt propenſio ad miſerendum.

18 Prædicatio formalis præter identitatem realem inter ſubiectum, & prædicatum duo alia requirit. Primum, quod res concipiatur diuerſo modo ex parte ſubiecti, & ex parte prædicati. Secundùm, quòd vnum ex extremis ſit de eſſentia, ſeu conceptu formali alterius, vel contineat formam, quæ alterũ reuera afficiat, vt illud afficientem. Ratione prioris excluditur illa prędicatio, *Petrus eſt Petrus*, & ſimiles aliæ à ratione prędicationis formalis, quia in ea non ſignificatur res diuerſo modo ex parte ſubiecti, & ex parte prædicati. Ratione poſterioris excluditur à ratione formalis illa alia prædicatio, *Iuſtitia Dei eſt miſericordia*: quia neque iuſtitia Dei eſt de eſſentia, aut conceptu formali miſericordiæ Dei, aut ècontra, neque iuſtitia Dei continet aliquam formam afficiẽtem miſericordiam ipſius Dei, aut ècontra. Hæ vero ſunt prædicationes formales; *homo eſt animal, Petrus eſt albus*: quia in prima identificantur realiter prædicatum, & ſubiectum ſignificãtur diuerſo modo, & prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti: in ſecũda verò prædicatum, ſecundũ id, quod

dicit in recto, eſt idē realiter cum ſubiecto, quod ſufficit, vt propoſitio ſit vera, iuxta ea, quæ dicta ſunt diſp. 9. ſect. 4. deinde ſubiectum, & prædicatū diuerſo modo ſignificantur; & denique prędicatum continet formā re vera afficientem ſubiectum (ſuppono Petrum eſſe albū) & illā ſignificat vt afficientem. Præter has ſunt etiā formales prædicationes illæ, in quibus definitio prędicatur de definito; vt *homo eſt animal rationale Petrus eſt hic homo*: quia, licet idē ſignificetur ex parte ſubiecti, & ex parte prędicati; diuerſo tamen modo: nā ex parte ſubiecti non ſignificatur expreſse; ſecùs verò ex parte prædicati: & prætereà prædicatum eſt de eſſentia, aut eſſentia ſubiecti: quid ergo illis deeſt, vt ſint prædicationes formales?

19 Rurſus prædicatio formalis alia eſt directa, & naturalis; alia indirecta, & contra naturā. Directa eſt illa, in quā prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti, aut continet formam reuera afficientem ſubiectū; vt *homo eſt animal*, *Petrus eſt albus*. Indirecta eſt illa, in quā ſubiectum eſt de eſſentiā prædicati, aut continet formam afficientem ipſū prædicatum; vt, *animal eſt homo*; *album eſt Petrus*. Prætereà prædicatio formalis directa, alia eſt, in qua prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti, aut continet formam ſubiecti materialiter ſumpti; vt *album eſt dulce*, in qua prædicatum continet dulcedinem, quæ eſt forma ſubiecti habentis albedinem; non prout illā habentis; ſed ſecūdùm ſe. Eſt dicere; eſt forma ſubiecti, quod habet albedinē: non verò concreti reſultantis ex ſubiecto, & albedine. Alia eſt, in qua prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti, aut cōtinet formā ſubiecti formaliter ſumpti; vt *albū eſt coloratum*, in qua prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti prout habentis albedinem. Mitto alias diuiſiones, quia ex dictis facilè intelligentur.

20 Ex dictis infertur omnes prædicationes, in quibus quinque vniuerſalia, ſeu prædicabilia de ſuis inferioribus affirmantur, eſſe formales, & directas: quia in primis, in omnibus iſtis prædicationibus ſignificatur identitas prædicati cum ſubiecto, ſaltem quoād id, quod dicitur in recto: deinde ſubiectū, & prędicatū ſignificātur diuerſo modo: & denique, ſi prædicationes pertineāt ad tria priora prędicabilia, prędicatū erit de eſſentia ſubiecti; ſi ad duo poſteriora, continebit formā afficientē ſubiectum: ergo habent omnia requiſita ad hoc, vt ſint prædicationes formales, & directæ.

SECTIO III.

De prædicationibus concretorum inter ſe.

21 EX dictis duabus ſectionibus præcedentibus colligo primò, omnes prædicationes, in quibus quoduis prædicatum eſſentiale prædicatur de proprio ſubiecto in cōcreto phyſico ſiue ſubſtātiuo, ſiue adiectiuo, eſſe formales, & directas: vt hę, *homo eſt animal album*

album eſt coloratum: quarũ prima cõſtat ſubiecto, & prædicato, quę ſũt cõcreta phyſica ſubſtãtiua ex natura hominis, aut animalis, & ſubſiſtẽtia; ſecũda verò cõſtat ſubiecto, & prædicato, quæ ſunt concreta phyſica adiectiua ex ſubiecto, & albedine, aut colore. Hę enim habẽt omnia requiſita ad rationẽ prædicationis formalis, & directæ, vt cõſtat ex n. 17. & 18. Idẽ dicito de prædicationibus, in quibus prædicata eſſentialia prædicãtur de proprio ſubiecto incõcreto metaphyſico, ſiue adiectiuo ſiue ſubſtãtiuo: vt *albedo eſt color*: *homo eſt animal*: *homo eſt rationalis*; ſumptis *homo*, *animal*, & *rationale* metaphyſicè tantum.

22 Colligo ſecũdò, omne cõcretũ phyſicũ accidentale adiectiuè, vel quaſi adiectiuè ſũptũ, ſiue ſit primò intẽtionale, ſiuè ſecũdò intẽtionale, prædicari prædicatione formali, & directa de ſubiecto, in quo eſt forma talis cõcreti, vt, *Petrus eſt albus*; *animal eſt vniuerſale*, *vel prædicabilẽ*, *homo eſt ſpecies*; *philoſoph' eſt domin'*. *Species* enim, & *dominus*, licet nõ ſint cõcreta adiectiua ſũt tamẽ quaſi adiectiva, vt diximꝰ n. 10. Quòd autẽ hę ſint prædicationes directæ, & formales, cõſtat ex dictis: quia ex vna parte id, quod dicitur in recto ex parte prædicati identificatur cũ ſubiecto ex alia verò prędicatũ continet formam ſubiecti: ergo nihil deeſt illis ad rationem prædicationis formalis directę.

23 Colligo tertiò, quòd, quãdo duæ formæ accidẽtales ſunt à parte rei in eodẽ ſubiecto, cõcretũ vnius adiectiuè ſumptũ prædicatur verè de cõcreto alterius etiã adiectiuè ſũpto: vt quãdo albedo, & dulcedo in eodem ſubiecto cõiunguntur, eſt verũ dicere, *albũ eſt dulce*: quia hoc eſt idẽ ac dicere, *habens albedinẽ eſt habens dulcedinẽ*: atqui, quãdo albedo, & dulcedo in eodẽ ſubiecto cõiungũtur, eſt verũ dicere, *habẽs albedinẽ*, *eſt habẽs dulcedinẽ*: ergo eſt verũ dicere, *album eſt dulce*. Deinde hæc prędicatio eſt formalis; quia *dulce* affirmatur de *albo* nõ formalitèr ſũpto; ſed materialiter, hoc eſt de ſubiecto, quod habet albedinẽ: ſed reſpectu huius dãtur omnia requiſita, vt ea prædicatio ſit formalis; ſiquidẽ ea, quæ ponuntur in recto ex parte ſubiecti, & prędicati identificãtur à parte rei; & prędicatũ cõtinet formã, *dulcedinẽ* videlicet verè afficiẽtẽ ſubiectum: ergo eſt prædicatio formalis. Deinde eſt directa ex ea parte, qua affirmat dulcedinẽ de ſubiecto; & indirecta ex ea parte, qua id, quòd habet dulcedinẽ, affirmatur de ſubiecto habẽte albedinẽ: quia iã prædicatum affirmatur de ſubiecto habẽte formã, quæ verè afficit ipſum prædicatum, materialitèr ſumptum.

24 Adde, quod, quandò duæ naturæ ſubſtãtiales coniunguntur in eodem ſuppoſito, aut perſona, cõcretũ vnius ex illis naturis ſubſtãtivè ſũptũ verè prędicatur de cõcreto alterius ſubſtantivè etiã ſumpto. Ex eo enim, quòd natura humana Chriſti Domini, & natura Diuina coniunctæ fuerunt in

Perſona Verbi diuini, eſt verũ dicere, *Deus eſt homo*, & *homo eſt Deus*; quia ſenſus prioris eſt; *eadẽ perſona, quæ eſt Deus, eſt homo*; & ſẽſus poſterioris, *eadẽ perſona, quæ eſt homo, eſt Deus*; in hoc enim ſenſu proferũtur à Theologis: ſed hæ propoſitiones ſunt veræ, vt cõſtat ergo & priores. Addo eã prædicationem, *Deus eſt homo*, eſſe formalem, & directã; quia ex parte prædicati ſignificatur humanitas, quę eſt forma adueniens nõ ſolũ Deo, vt Deus eſt, ſed etiã perſonę Verbi. Imò eſt prædicatio accidentis prædicabilis: quia, licèt humanitas vniatur Verbo per vnionẽ ſubſtantialẽ; nihilominus contingenter acceſsit illi, adhuc vt eſt talis perſona. Idem dicito de aliâ prædicatione, *homo eſt Deus*; quia, licet Deus nõ aduenerit cõtingẽter illi perſonæ quæ eſt homo; contingens tamen fuit, quòd illa eſſet homo: & ideo, dum ex parte ſubiecti ponitur illa perſona coniuncta humanitati, iam inuoluit aliquid, ratione cuius prædicatio poſsit eſſe accidẽtalis; quia nõ ſolũ cenſetur eſſe talis illa, in qua prædicatũ inuoluit aliquid, quod ſit accidens ſubiecti: ſed etiã illa, in qua ſubiectum inuoluit aliquid, quod ſit accidens prædicati; & ideò hæc: *hoc album eſt homo*, reputatur ab omnibus prædicatio accidẽtalis.

SECTIO IV.

De prædicationibus abſtractorum inter ſe.

25 Certum eſt, abſtracta merè phyſica verè prędicari poſſe de abſtractis merè phyſicis, quando ſunt prædicata eſſentialia eorum: vt in hac *albedo color*: quia abſtracta merè phyſica habent rationẽ concreti metaphyſici, & iam diximus, concretum metaphyſicum prædicari poſſe de concreto metaphyſico. Circa abſtracta metaphyſica eſt difficultas, an vnum prædicari poſsit verè de alio; vt, *coloreitas* de *albedeneitate*, & *animalitas* metaphyſica de *humanitate* etiã metaphyſicâ?

26 Nonnulli recentiores docent, prędicationes, in quibus abſtractum genericum prædicatur de ſpecifico eſſe veras in ſenſu formali, hoc eſt, eſſe formales; vt *humanitas eſt animalitas*: Prædicationes verò, in quibus abſtractum differentiæ prædicatur de abſtracto ſpecifico nõ eſſe veras in ſenſu formali. Pro hac ſententia adducuntur Scotus, Canter., Oña, P. Suar. diſ. 6. Met. ſect. 10. n. 6. P. Fonſec. lib. 5. Met. cap. 28. q. 13. ſect. 4. Prima pars huius ſentẽtiæ probatur primò: quia humanitas eſt idẽ realiter cum animalitate, deinde animalitas eſt de eſſentia humanitatis; prętereà ſignificãtur diuerſo modo humanitas & animalitas: quid ergo deeſt, vt prædicatio ſit vera, & formalis. Secũdò quia humanitas eſt ſpecies reſpectu huius, & illius humanitatis; & ideò hæ prædicationes ſunt veræ in ſenſu formali, *hæc humanitas eſt humanitas*; & *illa humanitas eſt humanitas*: ergo animalitas eſt genus reſpectu humanitatis, &

equinitatis; neque enim eſt maior ratio vni', quam alterius: ſed prędicatio: in qua prædicatur genus de ſua ſpecie, eſt vera in ſenſu formali: ergo prædicatio *humanitas eſt animalitas*, eſt vera in ſenſu formali.

27 Secunda pars, nempè, quod *rationalitas* non prædicetur in ſenſu formali de *humanitate*, probatur quia ſi prædicaretur in ſenſu formali prædicaretur eſſentialiter; ſed non poteſt prædicari eſſentialiter; quia nō vt ſpecies, neque vt genus, vt conſtat Neque vt differentia, quia vt differentia prædicatur tanquā quid adiacens alteri: ſed in hac prædicatione, *humanitas eſt rationalitas*, nō prædicatur rationalitas tanquàm quid adiacens alteri, cū ſignificetur nomine ſubſtantiuo ergo non prædicatur vt differentia. De alijs vero prædicationibus, in quibus abſtractū generis prædicatur de abſtracto differentiæ, vel è contra; aut, abſtractum differentiæ ſuperioris de abſtracto differentiæ inferioris, vel è contrà, dicunt recentiores, eſſe veras in ſenſu identico quia *rationalitas*, & *animalitas*, aut *ſenſibilitas* ſunt idem realiter; non verò eſſe veras in ſenſu formali, quia neque prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti, neque continet formam ſubiecti.

28 Vera ſententia docet, nullum abſtractum metaphyſicum ſiue genericū, ſiue differentiale verè prædicari de abſtracto ſpecifico, neque hoc de indiuiduo in ſenſu formali. Ita Scot. in 1. diſt. 2. q. 7. & communitèr Thomiſtæ, quos refert, & ſequitur P. Rub. hic n. 24. Probatur primò: quia vt dictum eſt n. 11. & 12. animalitas dicit naturam animalis non vtcumque; ſed in voluentem præſciſionem à rationalitate, & irrationalitate: atqui natura animalis prout præſciſſa, ſeu vt inuoluens præſciſionem à rationalitate, & irrationalitate non poteſt verificari in ſenſu formali de humanitate: ergo neque animalitas. Minorem probo: quia natura animalis, vt præſciſſa à differentijs eſt quoddā aggregatum, ſeu collectio omniū animalium (quæ ſunt in ſpeciebus) ſine diſtinctione, vt dictum eſt diſp. 5. ſect. 3. num. 23. ſed hoc aggregatum non poteſt verificari in ſenſu formali de humanitate; quia cum indiſtinctè, & collectiuè includat animalia hominis, leonis, equi &c. nō poteſt conuenire humanitati, in qua nequit inueniri animal exiſtens in equo, leone, &c. ergo natura animalis, vt pręſciſſa à differentijs non poteſt prædicari in ſenſu formali de humanitate, aut equinitate, &c. Propter hanc rationem diximus ſuprà, agentes de vniuerſali, quod, dum de ſingulis inferioribus prædicatur, diuiditur in ſua inferiora per prædicationes, ſeu cognitiones, per quas ſingulis attribuit ſingulas rationes, quæ ex ſingulis collectæ erant in vnū per præſciſionē: alioqui ſi non diuiderentur eæ rationes per actuales prædicationes, de ſingulis prædicaretur tota collectio, & propterea eſſent

partem in recto, & alteram in obliquo, nõ eſt neceſſarium, quòd cum ſubiecto idẽtificetur ea pars, quæ dicitur in obliquo; at verò *animalitas*, cum ſit nomen omnino abſtractum; non ſolùm ſignificat in recto naturam animalis; ſed etiam præſciſionem; & non poteſt de ſubiecto aliquo verificari (adhuc in ſenſu identico) prædicatum dicens duas partes in recto, niſi vtraque identificetur cum ipſo ſubiecto. Cum ergo præſciſio animalis non identificetur cum humanitate, neceſſariũ eſt, quòd ea prædicatio ſit falſa, adhuc in ſenſu identico.

32 Secundò, adhuc quando vna pars prædicati ſignificatur in recto, & altera in obliquo, nõ ſufficit ad veritatẽ prædicationis in ſenſu identico, quod ea pars, quæ ex parte prædicati dicitur in recto, identificetur cum ſubiecto; ſed eſt etiam neceſſarium, quòd ea, quæ dicitur in obliquo, reuerà afficiat id, quod ponitur ex parte ſubiecti. Propter hanc rationem hoc prædicatũ *genus*, quod in recto dicit *animal*, & in obliquo *genereitatẽ*, nõ poteſt verificari, adhuc in ſenſu identico de homine, quia, licèt animal ſit idem cum homine, genereitas tamẽ non afficit ipſum hominem ſed ſolum animal prout præſciſſum, ſeu diſtinctum, vel ſaltem præſcindẽdo, ſeu diſtinguendo illud ab homine. Hinc eſt, quòd licèt *animalitas* ſignificaret naturam animalis in recto, & præſciſionem in obliquo nõ poſſet verificari in ſenſu identico de humanitate: quia, licèt animal ſit idẽ realitèr cum humanitate, præſciſio tamen nõ afficit humanitatem, ſed ſolùm naturã animalis diſtinguendo illam ab humanitate. Ex his facilè eſt iudicare de alijs propoſitionib⁹, in quibus differẽtia ſuperior prædicatur de inferiori in abſtracto, vel è contra; & alijs ſimilibus: idem enim dicẽdum eſt, ac de prædictis.

33 Colligo ſecũdo, has propoſitiones *Iuſtitia Dei eſt miſericordia; volũtas Dei eſt intellectus*, eſſe veras in ſenſu identico: quia in cõmuni omnium acceptione nomen *Iuſtitia* ſignificat propẽſionẽ realẽ Dei ad puniẽda mala, nõ vt diſtinctam ab alijs attributis; ſed ſolùm ſecundũ ſe: deinde nomẽ *Miſericordia* ſignificat propenſionẽ realem Dei ad miſerendum nõ, vt diſtinctam ab alijs; ſed ſecundùm ſe: atqui propenſio Dei ad miſerẽdũ eſt idem realitèr cũ propenſione ad puniendũ: ergo propoſitio affirmans vnam de alia eſt vera in ſenſu identico. Idem dico de hac *Deus eſt miſericordia*, & alijs ſimilibus. Si verò ea nomina ſignificarent ea attributa, vt diſtincta inter ſe, & vt ſe mutuo excludẽtia, non eſſet vera ea propoſitio. Rogas quodnam eſt diſcrimen inter has propoſitiones, *Deus eſt miſericordia*; & *De⁹ eſt miſericors*? Reſpõdeo primã eſſe tantùm identicam; ſecũdam verò eſſe formalẽ. Ratio vtriuſque eſt; quia in prima prædicatum non eſt de eſſentia ſubiecti; & licèt ſignificet rem, quæ eſt forma ſubiecti, non tamen

le, ſiue accidentale; ſiue ſubſtantiuum; ſiue adiectiuum non poteſt verè prædicari de abſtracto phyſico, quod vt forma, tale concretũ conſtituit: neque è cõtra. Hæc eſt communis Doctorum cõtra Durand in 1. diſt. 24. quæſt. vltimâ; vbi contrarium docet de concretis ſubſtantialibus: atque adeò docet, hanc propoſitionem eſſe veram, *homo eſt humanitas*. Probatur hæc cõcluſio: quia in qualibet prædicatione affirmatur ſubiectũ & prædicatum eſſe idem ſecundũ illa, quæ ex parte vtriuſque ſignificantur in recto: ſed *homo, & humanitas, albedo*, & *album* non ſunt idem ſecundùm eã, quæ dicuntur in recto ex parte vtriuſque; ergo non poſſunt verè affirmari ad inuicem vnum de alio. Minor eſt certa: quia *homo* dicit in recto humanam naturam, & ſubſiſtẽtiam; *humanitas* phyſica dicit ſolũ humanam naturam: ſed natura humana non eſt idem cum aggregato, ſeu cõpoſito ex ipsâ, & ſubſiſtentia, vt nulli notũ non eſt: ergo non ſunt idem ſecũdùm id, quod dicitur in recto ex parte vtriuſque. Idem argumẽtum poteſt fieri in albo, & albedine: quia *albũ* dicit in recto ſubiectum, & *albedo* non dicit niſi albedinem: ſed *albedo* non eſt idem, cum ſubiecto: ergo, &c. Hinc colliges, quàm inconſequenter negent hanc propoſitionẽ, *homo eſt humanitas*; ij, qui dicunt, Tò *homo* dicere ſolùm humanitatem in recto, & ſubſiſtentiam in obliquo: quia in horũ ſententia idem eſt, *homo eſt humanitas*, ac, *humanitas cum ſubſiſtentia eſt humanitas*: ſed hæc eſt vera, ſicut hæc *album eſt homo*, vt ex ipſis terminis conſtat: ergo non eſt, cur negent eam propoſitionem. Hæc concluſio intelligenda etiam eſt de concretis, & abſtractis ſecundæ intentionis; ita vt nec ſecunda intentio in abſtracto poſſit verè prædicari de concreto, quod conſtituit; neque concretum de formâ; per quam conſtituitur: quod eadem ratione probari poteſt.

37 Obijcies: hæ ſunt veræ propoſitiones: *Entitas eſt ens, Exiſtẽtia eſt exiſtens. Vnitas eſt vna, Bonitas eſt bona, Duratio eſt durans, Præſentia eſt præſens*, *Quantitas eſt quanta*, & in ſecundis intentionibus, *Specieitas eſt ſpecies*: atqui in iſtis prædicatur concretum de formâ, per quam cõſtituitur, ſumpta in abſtracto: ergo falſa eſt noſtra cõcluſio generaliter ſumpta. Reſpondeo, in duabus prioribus propoſitionibus non ſignificari per nomen abſtractum, & concretum duo aliqua; adhuc formaliter diuerſa: neque enim ex parte rei ſignificatæ *entitas* eſt aliquid formaliter diſtinctũ ab *ente*, neque *exiſtentia* ab *exiſtente*; atque adeò in iſtis duabus propoſitionibus vna, & eadem res formaliter, prędicatur ſignificata nomine concreto de ſe ipſa ſignificata nomine abſtracto. Ratio, propter quam non diſtinguuntur, adhuc formaliter in his abſtracta, & concreta; eſt; quia, ſi *ens* eſſet concretũ diſtinctum ab *entitate*, maxi-

ximè, quia *entitas* dicit ſolam entitatem, & *ens* dicit entitatem, & aliquid aliud formaliter diſtinctum ab entitate. Tunc ſic: vel illud aliud eſt aliquid, vel nihil. Si nihil, non poterit componere *ens* cum entitate; quia ex negatione non poteſt aliquid poſitiuum reſultare. Si eſt aliquid: ergo formaliter eſt ens: ergo dicit formaliter entitatem; atque adeò fruſtra addetur illi entitas formaliter diſtincta, per quam conſtituatur in ratione entis. Idem argumentum poteſt fieri de *exiſtentia*, & *exiſtẽte*, vt cõſtabit ex dicendis in Phyſic. diſput. 7. Hinc colliges, *entitatem*, & *ens* ſolùm diſtingui ratione ratiocinante, non ratiocinata.

38 Circa reliquas propoſitiones, quæ in obiectione continentur, dico, quatuor priores poſſe intelligi in duplici ſenſu. Primò enim ita poſſunt intelligi, vt *vnitas eſt vna* ſit idem, ac, *habens vnitatem*, & *duratio eſt durans*, idẽ ac, *habens durationem*, &c. & in hoc ſenſu ſunt falſæ: quia *vnitas* nõ habet aliam vnitatem, per quã fiat formaliter vna, nec *duratio* habet durationem ſuperadditam, per quam fiat durans; ſed ſe ipſis ſine aliquo ſuperaddito *vnitas* eſt vna, & *duratio* eſt durans. Secũdò poſſunt intelligi ita, vt *vnitas eſt vna*, ſit idẽ, ac, *vnitas ſe ipſa formaliter ſine aliquo ſuperaddito eſt indiuiſibilis*; &, *duratio eſt durãs*, idem, ac, *duratio ſe ipſa ſine aliquo ſuperaddito correſpondet tempori extrinſeco*, & in hoc ſenſu ſunt veræ; tamen nõ affirmatur in illis cõcretũ de abſtracto, quod vt forma conſtituit tale concretum; ſed affirmatur, formã illã, aut abſtractum illud habere ratione ſui ſine formâ ſuperaddita id, quod ſubiectum, cum quo concretũ conſtituit, habet ratione ipſius formæ, nẽpè, quòd duratio hominis ratione ſui habeat correſpondere tẽpori extrinſeco, cum id ipſum habeat homo ratione ipſius duratio nis. Et idem eſt de *vnitate, præſentia*, & alijs ſimilibus.

39 Circa duas vltimas propoſitiones, in quibus dicitur *quantitas quanta*, & *ſpecieitas ſpecies*, dico, primã poſſe habere hunc ſenſũ *quantitas eſt habens quantitatem*, ſeu, *eſt ſubiectum quantitatis*, & in hoc ſenſu eſt falſa: quia vna quãtitas nõ eſt ſubiectũ, in quo recipitur alia quantitas: vel poteſt habere hunc ſenſum, *quantitas eſt extenſa*, & hâc ratione eſt vera, at nõ prædicatur cõcretũ de ſuo abſtracto: ſed extenſio, quæ eſt forma afficiens quantitatem tanquã accidens diuerſæ rationis ab illa, affirmatur in cõcreto de ipſa quãtitate, tãquãm de ſuo ſubiecto. Quod frequenter in alijs etiã contingit; vt in his, *albedo eſt ſimilis*, *ſubſtantia eſt quanta*, &c. Alia verò propoſitio *ſpecieitas eſt ſpecies*, eſt vera; at non affirmatur in illâ concretum de abſtracto, ſeu de forma, per quam conſtituitur tale concretum; ſed vna ſpecieitas afficiens aliam ſpecieitatem numero

ſal-

Digitized by Google

ſaltem diſtinctā prędicatur in cō-creto de illa tanquam de ſubiecto: hoc enim peculiare habent ſecundę intentiones, quod poſsint denominari ab alijs ſecundis intentionibus eiuſdem ſpeciei logicæ: ſicut enim *homo* denominatur ſpecies, quia abſtrahitur à pluribus indiuiduis, & de illis prædicari poteſt; ſic etiam *ſpecieitas*, cum poſsit abſtrahi ab hac, & illa ſpecieitate, & de illis prædicari, poterit etiam denominari ſpecies per aliam ſpecieitatem illi ſuperadditam.

40 Dico ſecundò: inter abſtracta, & cōcreta metaphyſica nunquam poteſt verè prędicari abſtractum genericum, ſeu differentiale de concreto ſpecifico; aut abſtractum ſpecificum de concreto indiuiduali. Ex. gr. hæ propoſitiones, *homo eſt animalitas, ſeu rationalitas Petrus eſt humanitas*, & aliæ ſimiles neque in ſenſu formali, neque in ſenſu identicò ſunt veræ. Hæc cōcluſio clarè deducitur ex doctrina tradita ſectione præcedente circa prædicationes abſtractorum de abſtractis, quādo vera que ſunt metaphyſica: quia *homo* dicit naturam hominis ſecūdùm ſe, eſſentialiter inuoluentē rationē formalem animalis, & rationalis ſimul: *animalitas* vero dicit rationem animalis prout præſciſſam, & diſtinctam à ratione rationalis & *rationalitas* rationē rationalis, prout præſciſſam, & diſtinctam à ratione animalis: ſed non poteſt in ſenſu formali, aut identico verificari, quod ratio formalis animalis, & rationalis ſimul, eſt ratio animalis prout diſtincta à rationalitate, aut ratio rationalis, prout diſtincta ab animalitate; vt conſtat ex ſectione præcedente: ergo neque poteſt verificari in ſenſu formali, aut identico, quod homo eſt animalitas, aut rationalitas. Et idem propter ſimilem rationem eſt de alijs ſimilibus.

41 Circa prædicâtiones, in quibus concretum genericum, aut differentiale prędicatur de abſtracto ſpecifico, vt fit in illis, *humanitas eſt animal, humanitas eſt rationalis*, & alijs ſimilibus, diſtinguēdum eſt, nam, ſi *humanitas* dicat in recto non ſolùm naturam hominis; ſed etiam præſciſsionē ab indiuiduis, non poſſunt verê de illa affirmari *animal*, aut rationale; quia nullū ex iſtis identificatur cū concreto reſultante ex natura hominis, & præſciſsione, ſicut neque hæc eſt vera, *homo eſt materia*, quia *materia* non identificatur cū concreto reſultante ex ipſa, & anima rationali, quod ſignificatur in recto per vocem *homo*. Si verò *humanitas* dicat in recto naturā hominis, & in obliquo præſciſsionē ab indiuiduis, prædictæ prædicationes ſunt veræ, quia ſenſus eſt, *natura hominis præſciſſa, ſeu quæ præſciſſa eſt ab indiuiduis eſt principiū ſentiendi, aut eſt principiū ratiocinandi*: ſed hæ ſunt verę: ergo, & illæ, *humanitas eſt animal humanitas eſt rationalis*. Addo, has propoſitiones eſſe veras in ſenſu formali: nā, ſi prędicata cōparētur

ad

y Google

ad ſubiectum, hoc eſt, ad humanitatem ſecundùm ſe, una eſt prædicatio generis, & altera differentiæ, ac per conſequens ſunt eſſentiales directæ: ſi verò prædicata comparentur ad ſubiectũ, ſecundùm quod eſt concretum accidentale dicens naturam hominis in recto, & præſciſsionem ab indiuiduis in obliquo erit prædicatio formalis accidentis, indirecta tamen, qua ex parte ſubiecti ponitur forma accidentaliter afficiens prædicatum: præſciſsio enim naturæ humanæ ab indiuiduis conuenit animali exiſtenti in ipſa humanitate, quia per eandem paſsionem, per quam præſcinditur natura hominis à ſuis indiuiduis præſcinduntur etiã omnia prædicata, quæ in ipſa humanitate continentur.

42 Dices: ſecunda intentio accidentaliter aduenìens animali, nullatenùs afficit, ſeu denominat naturam humanam; genereitas enim, quæ animali conuenit, nequaquam conuenit naturæ humanæ; ergo ſecunda intentio accidentaliter aduenìens humanæ naturæ, non poteſt afficere, ſeu denominare naturam animalis; eadem enim ratio debet eſſe de vtroque; ſed pręſciſsio ab indiuiduis eſt ſecunda intentio accidentaliter adueniens naturæ humanæ: ergo nullatenus afficere, ſeu denominare poteſt naturam animalis. Reſpondeo, duo genera ſecundarum intentionum poſſe conuenire prędicatis ſuperioribus, & in[illegible]ioribus: vnum earum, quæ ſunt propriæ vnius prædicati, vt præſciſsi, ſeu diſtincti ab alio, ſeu vt oppoſiti cum illo alterum earum, quæ cõueniunt vni prædicato præſcindẽdo ab eo, quod ab altero diſtinguatur, vel non diſtinguatur. Prioris generis ſunt denominatio *generis*, & *ſpecies ſubijcibilis*, quarũ prima conuenit animali vt præſciſſo ab homine; equo, &c, & ſecunda homini vt relato ad animal pręſciſſum; & propterea neq; denominatio *generis* poteſt tribui homini: neque animal denominatio *ſpeciei ſubijcibilis* reſpectu ipſius animalis. Poſterioris generis eſt præſciſsio humanæ naturæ ab indiuiduis, nam ad hãc nec requiritur præſciſsio animalis ab humanitate, neque negatio talis pręſciſſionis, & propterea talis præſciſſio poteſt cõuenire animali exiſtẽti in natura humana, imò eſt neceſſariũ, quod illi conueniat, quia non poteſt natura humana præſcindi à ſuis indiuiduis, quin ab eiſdem pręſcindatur totum id, quod eſt de conceptu eſſentiali naturæ humanæ; & cum de conceptu eſſentiali eius ſit animal exiſtens in illa eſt neceſſariũ, quod ſimul cum illa præſcindatur.

43 Circa prædicationes in quibus abſtractum metaphyſicum prædicatur de ſuo concreto, & è contra, concretum metaphyſicũ de ſuo abſtracto, vt ſunt hæ, *homo eſt humanitas*, *humanitas eſt homo: animal eſt animalitas*, *animalitas eſt animal*, philoſophandũ eſt eodẽ modo, ac de præcedẽtibus: nam, ſi abſtracta dicant in recto natu-

naturam, & præſciſsionem ſimul; erunt falſæ in ſenſu formali, identico. Si vero ſolùm dicant in recto naturam, & in obliquo præſciſsionem, erunt veræ in ſenſu formali; directæ quidem, quando ex parte prædicati ponitur abſtractum, & indirectæ, quando ponitur ex parte ſubiecti, vt conſtat ex dictis pro prædicationibus præcedentibus. In vtroque tamen caſu erunt accidentales prædicationes; quia in eo ſolum diſtinguuntur prædicatum, & ſubiectum, quod in vno exprimitur forma accidentalis, vt illud afficiens, quæ quidem non exprimitur in alio. Et hæc de prædicationibus.

TRACTATVS TERTIVS DE ENTE RATIONIS

AGERE de ente rationis pertinet ad metaphyſicum; ſed, quia logicus nonnulla ſolet fingere entia rationis, dum ex prædicatis eiuſdem entitatis vnum ab alio præſcindit, & ea comparat inter ſe, nonnulla prælibari ſolent in hoc loco de ente rationis. Ego verò ne opus imperfectum relinquam, ea omnia dabo, quæ ad perfectam eius intelligentiam conducunt.

DISPVTATIO XII.

De natura, ſpeciebus, & cauſis entis rationis.

1 ENtia rationis dicuntur, tum omnes actus, quos immediatè producit intellectus in ſe ipſo, imò, & actus voluntatis, qui quidem præeuntibus intellectionibus eliciuntur, tum entitates, quæ in ipſo intellectu ſubiectantur, vt ſunt habitus, & ſpecies: tum opera externa, quæ per directionem intellectus efficiuntur, vt ſunt opera artificialia: tum denique dicitur ens rationis entitas qualibet ab intellectu conficta. De ente rationis in hac vltimâ acceptione agendum nobis eſt in præſenti, nam tria priora verè ſunt entia realia, quæ veram entitatem realem habere ſolet.

SEC-

SECTIO I.

Indagatur natura entis rationis.

1 SVpponimus, dari entia rationis ab intellectu conficta: quia experientiâ conſtat, ſæpe nos diſtinguere prædicata, quæ ſunt idẽ à parte rei; & poſteà illa inter ſe conferre, vt contingit, quando animal cognoſcimus vt diſtinctũ à rationali, & vnum cum alio cõparamus concipientes diſtinctionem, & relationem ex parte obiecti: atqui talis diſtinctio, aut relatio vnius ad aliud non datur in ipſis rebus: ergò fingitur ab intellectu. Eſt tamen difficultas, & nõ leuis in explicando, in quonã conſiſtat formaliter eſſentia entis rationis? Circa quam.

3 Prima ſententia eſt aliquorum aſſerentium; ens rationis non eſſe, aut inuoluere entitatem aliquam denuo ab intellectu confictam; ſed eſſe coniunctionem, ſeu aggregationem plurium entitatũ realium inter ſe repugnantium, quæ per intellectus cognitionem iunguntur. Quidam tamẽ ex his, inter quos eſt P. Herice 1. p. diſp. 8. cap. 1. docent coniungi per ipſam cognitionem tanquã per formam. Alij verò per identitatem aliquam realem illis applicatam media cognitione. Ex. gr. cognoſcit quis, *hominẽ eſſe lapidẽ: homo*, & *lapis*, identificantur vel mediâ ipſa cognitione formaliter; vel mediâ identitate reali animalis, & rationalis, quam illis extremis applicat cognitio, vt media illâ identificentur: cum autem *homo*, *lapis*, & *cognitio*, ſeu; *identitas* realis animalis, & rationalis illis applicata ſint entitates reales; hinc eſt, quod ens rationis coaleſcit ex aggregatione plurium entitatum realium ſine fictione alicuius nouæ entitatis.

4 Ratio huius ſententiæ eſt: quia intellectus noſter non poteſt elicere cognitionem obiecti, cuius non præcedunt ſpecies intentionales in ipſo intellectu: ſed entitatis ſimplicis denuò confictæ non præcedunt ſpecies intentionales in ipſo intellectu: ergò non poteſt elicere cognitionem fingentem entitatem aliquam ſimplicem. Maior eſt certa apud omnes, vt videbimus in lib. de Anima. Minor probatur: quia intellectus pro hoc ſtatu non habet ſpecies, niſi eorum obiectorum, quæ per ſenſus percipiuntur: ſed entitas ſimplex denuò conficta nõ poteſt percipi per ſenſus; neque enim vllus eſt ſenſus, qui percipere poſſit *hominem eſſe lapidem; animal diſtingui à rationali*? ergo, &c. Reſtat ergo, vt intellectus non aliter cõfingat ens rationis, niſi coniungendo plures entitates reales inter ſe repugnantes, quarum ſpecies anteà ſeorſim acquiſierat: hæc autem coniunctio non poteſt fieri formaliter, niſi aut mediâ ipſâ cognitione tanquam formâ; aut mediâ identitate reali aliorum applicata extremis repugnantibus, vt ens rationis ex

illis

illis coaleſcat : ergo hac ratione fit.

5 Hæc ſententia mihi diſplicet: quia dum intellectus cognoſcit, *hominẽ eſſe lapidẽ*; vel ex parte obiecti præter entitatem hominis, & entitatem lapidis ſecundùm ſe cognoſcit aliquid, ratione cuius identificetur, vel non. Si hoc vltimum; non finget ens rationis: quia entitas hominis, & entitas lapidis ſecundùm ſe dantur à parte rei, atque adeò obiectum talis cognitionis erit quid reale; non quid fictum, aut compoſitum per intellectum. Si dicatur primum: ergo iam datur ex parte obiecti aliquid, ratione cuius identificentur formaliter homo, & lapis; ac per conſequens non identificantur formaliter per cognitionem. Rurſus, vel illam identitatem cognoſco, vt identitatem hominis, & equi; vel vt idẽtitatem aliorum prædicatorum, animalis, & rationalis, v.g. Si primum: ergo fingo talem identitatem, quia neque datur, neque eſt poſſibilis à parte rei identitas hominis, & equi. Si dicatur ſecundum; eſt omnino falſum: quia per illam cognitionem non cognoſcit intellectus idẽtificari animal, & rationale: ſed hominem: ergo non cognoſcit illam, vt identitatem animalis, & rationalis; ſed vt identitatem hominis, & lapidis. Secũdò dẽmus, quod cognoſcat identitatem animalis, & rationalis; adhuc hoc admiſſo, debet cognoſcere illam vt reuerà identificantem hominem, & lapidem (quia ſupponimus intellectum affirmare, hominem eſſe lapidem; & non affirmat eſſe lapidem fictitie; ſed eſſe lapidem verè, & realiter, alioqui non eſſet iudicium falſum; nam verè iudicat, qui dicit, hominem eſſe lapidem fictè, & nõ realiter) ergo debet cognoſcere illam, vt connexam, vel vt identificatam cum homine, & lapide; neque enim vera identitas duorum extremorũ aliter ea idẽtificat, niſi per identitatẽ ſui cum illis, atque adeò ſi concipitur, vt vera identitas illorum, debet concipi, vt identificata, vel ſaltem vt connexa cum illis: atqui in ea identitate non datur à parte rei connexio, aut identificatio cum homine, & lapide: ergo, dum cognoſcitur in illa talis connexio, aut identificatio, fingitur omnino: ac per conſequens intellectus nõ poteſt cõponere illud ens rationis, quin ex parte obiecti denuo aliquid confirmat.

6 Ad argumentum oppoſitæ ſententiæ reſpondeo, intellectum pro hoc ſtatu poſſe adiuuari ſpeciebus proprijs vnius obiecti ad cognoſcendum aliud, ſi hoc aliud habeat aliquam ſimilitudinẽ, aut proportionem cum illo. Id experimur quotidie in cognitione Angeli, imò & cuiuſuis ſubſtãtiæ corporeæ: nam cum hæc nõ percipiantur per ſenſus (hi enim accidẽtia ſolùm percipiunt, vt anima ſticus ediſces) nõ poteſt noſter intellectus pro hoc ſtatu proprias illorum ſpecies habere, & ideo ad cognoſcendam ſubſtantiam cor-

po-

poream vtimur ſpeciebus eorum accidentium, quæ illam comitantur, vel aliquam proportionem cum ipſa habent; & ad cognoſcẽdum Angelum vtimur ſpeciebus iuuenis formoſi, velocis, robuſti, &c. in quo quaſi adumbratur perfectiones, quas Angelum habere nouimus; & propterea hunc cognoſcimus ad modum talis iuuenis. Id autem, qua ratione fiat, dico in lib. de Anima. Ad argumentum ergo in forma diſtinguo maiorem: intellectus non poteſt elicere cognitionem obiecti, cuius non præcedant ſpecies intentionales, quæ ſint propriæ illius, vel alterius, ad cuius ſimilitudinem illud cognoſcat, concedo: quæ determinatè ſint propriæ illius, & nõ alterius, nego maiorẽ. Deinde diſtinguo minorem eodem modo: ſed entitatis ſimplicis denuò confictæ non præcedunt ſpecies intẽtionales in intellectu, quæ ſint propriæ illius, concedo: quæ ſint propriæ alterius, ad cuius ſimilitudinem illam cognoſcat, nego minorem. Et denique, nego conſequentiam.

7 Vera ſententia eſt, quod, quando fiunt entia rationis, datur ex parte obiecti aliqua entitas de nuo in illo conficta per intellectũ, quæ nullũ eſſe reale habet in rerũ natura. Ita P. Suar. in Met. diſp. 54. ſect. 2. & tom. 1. in 3. part. diſ. 6. ſect. 6. P. Vazq. 1. p. diſp. 115. c. 2. n. 4. & 5. & eſt cõmunis apud Thomiſtas, ac iam recepta inter recẽtiores. Eam tradit S. Tho. 1. par. q. 16. art. 3. ad 2. ex quo deſumpta eſt definitio in hunc modũ: *ens rationis eſt id, cuius eſſe tantũ eſt obiectiue in intellectu.* Dicitur *eſſe obiectiuè in intellectu*, quod eſt idem ac obijci intellectui per cognitionẽ. Ex quo ſequitur primo, non poſſe eſſe ens rationis id, quod nõ repræſentatur per cognitionem; quia obijci, ſeu eſſe obiectiue in intellectu nihil aliud eſt, quam repræſentari ipſi intellectui per cognitionẽ. Sequitur ſecundò ens rationis eſſe quid diſtinctum à cognitione, per quã fingitur: quia id, quod eſt obiectiuè in intellectu per cognitionẽ ſaltẽ abſtractiuã (ſi rationem communem cognitionis excipias iuxta ea, quæ diximus diſ. 10. ſect. 2. n. 19.) ſemper eſt diſtinctũ ab ipſa cognitione (in libris de Anima dicã, an aliqua cognitio poſſit eſſe expreſſa repræſentatio ſui ipſius in ſingulari?) Dicitur autem *eſſe obiectiuè in intellectu*, & nõ in aliqua potentia cognoſcitiua, quia nulla alia præter intellectum poteſt confingere ens rationis, vt dicemus infra.

8 Additur *tantùm*; quia ens rationis vt tale nõ eſt, niſi per repræſentationẽ intellectus. Itaq; hoc eſt diſcrimẽ inter hominẽ, & chimæram, quod homo, licet ſit obiectiue in intellectu, quãdo cognoſcitur; tamẽ, ablatã cognitione, nõ auffertur eius eſſe: ſed manet, vel poſſibile, vel exiſtens, & ideo non dicitur eſſe *tantum* obiectiuè in intellectu: at chimæra, ablatã cognitione illam repræſentãte, nullum eſſe habet; ex eo enim ſolùm eſt, quia repræſentatur; & propterea dici-

Digitized by Google

dicitur eſſe *tantùm* obiectiuè in
intellectu. Hinc fit primo, nõ fieri
ens rationis, quando res ex ſe im-
poſsibilis cognoſcitur vt impoſsi
bilis, quia talis res eſt impoſsibi-
lis independenter ab intellectus
repræſentatione. Fit ſecundò, fie-
ri ens rationis propriè, quãdo res
ex ſe impoſsibilis cognoſcitur,
vel vt reuera poſsibilis, vel vt
reuerà exiſtens; quia in hoc ca-
ſu tàm poſsibilitas, quâm exiſten
tia eſt *tantum* obiectiuè in intel-
lectu.

9 Eſt tamen aduertendum du-
plicem diſtingui poſſe poſsibilita
tem in entibus rationis; vnam,
quæ ſit poſsibilitas rationis ſub-
iectiuè; aliam, quæ ſit poſsibili-
tas rationis obiectiuè. Poſsibili-
tas rationis ſubiectiuè eſt, quæ po
ſitiuè fingitur, quãdo res, quæ ex
ſe eſt impoſsibilis, concipitur vt
reuerà poſsibilis; hæc enim poſsi-
bilitas in ratione talis eſt cõficta,
cum ex ſe repugnet res, quæ cog-
noſcitur vt poſsibilis. Poſsibili-
tas rationis obiectiuè diciturilla,
quæ eſt nõ repugnãtia entis ratio-
nis fingibilis ab intellectu, quæ
quidẽ nõ eſt actu ens rationis; ſed
ſolùm poſsibiliter, hoc eſt, potens
eſſe ens rationis: ſicut enim poſsi-
bilitas Petri non eſt actu Petrus,
antè quam iſte producatur á ſuâ
causà; ſed ſolùm eſt non repug-
nantia, ſeu nõ repugnare Petrum
vt dicemus in Phyſic. ſic etiam
poſsibilitas entis rationis, chimę-
ræ, v.g. non eſt actu chimæra; an-
tè quàm iſta fingatur ab intelle-
ctu: ſed ſolum non repugnantia,
ſeu non repugnare chimæram.
Deindè, ſicut ad hoc, vt uerum
ſit, quod Petrus nõ repugnet, non
eſt neceſſariũ, quod cauſa aliqua
producat de facto talem non re-
pugnantiam; ſed ſufficit, quod Pe
trus poſsit produci; ſic etiam ad
hoc, vt ſit verum, quod ens ratio-
nis, ſeu chimæra non repugnet,
non eſt neceſſarium, quod cogni-
tio aliqua de facto fingat talẽ non
repugnantiam, ſed ſufficit, quod
ens rationis, ſeu chimæra poſsit
fingi ab intellectu.

10 Fit tertiò, patrari etiam ens
rationis, quando id, quod reuèrà
eſt exiſtẽs, aut poſsibile, cognoſ-
citur ut impoſsibile, quia talis im
poſsibilitas tãtùm eſt obiectiuè in
tellectu: hoc tamẽ erit ens ratio-
nis negatiuũ, ſeu, vt proprius lo-
quamur, *non eſſe* rationis. Fit quar
tò, id, quod cum aliàs ſit poſsibi-
le à parte rei, cognoſcitur vt exiſ-
tens pro eo tempore, quo re verà
nõ exiſtit, nõ eſſe propriè ens ra-
tionis; quia exiſtẽtia talis rei non
ſolùm eſt obiectiue in intellectu,
ſed etiam eſt virtualiter in cauſa
potẽte illam producere. Poteſt ta
mẽ dici ens rationis ſecũdũ quid;
quia talis exiſtentia nõ datur for-
maliter in rerum natura, niſi per
cognitionem intellectus repræſẽ-
tãtem illam vt formaliter exiſtẽ-
tem pro tali tempore. Idem dici-
to, quãdo res creata reverà exiſ-
tẽs, cognoſcitur vt nõ exiſtẽs pro
eo tempore, quo exiſtit; quia ta-
lis nõ exiſtẽtia nõ ſolùm eſt obie-
ctiue in intellectu; ſed etiã virtua-
liter in cauſâ potẽte ceſſare à conſ

Digitized by Google

ſeruâtione exiſtentiæ oppoſitæ, & ideo non poteſt dici ens rationis, ſeu *non eſſe* rationis propriè loquẽdo; poteſt tamen dici ens rationis ſecundum quid, quia talis nõ exiſtentia nõ eſt formaliter in rerum natura, niſi per repræſentationem intellectus.

11 Fit vltimò, duplicẽ diſtingui poſſe exiſtentiam in ente rationis: vnam intrinſecam: alterã extrinſecam. *Intrinſeca*, dicitur illa, quę fingitur ex parte obiecti, quãdo cognoſcitur vt reuera exiſtens quod ex ſe eſt impoſsibile, & hæc fingitur ab intellectu media cognitione vt cauſalitate, per quam rei tribuit tale eſſe confictum. *Extrinſeca* eſt ipſa cognitio intellectus, per quam fingitur: quia res, quæ cognoſcuntur, dicuntur eſſe obiectiue in intellectu per ipſam cognitionẽ: atque adeò ipſa cognitio eſt quaſi exiſtentia, ſeu præſentia obiectiua rei cognitæ in intellectu: cum autem cognitio ſit extrinſeca rei cognitæ, ideo vocamus eam exiſtentiã extrinſecam.

SECTIO II.

Examinatur diuiſio entis rationis in chimæricum, & non chimæricum.

12 Communiter diuiditur ens rationis in Chimæricum, & non chimæricum. *Chimæricum* dicitur illud, quod pro ſola volũtate agentis cõfingitur, nullo præſuppoſito fundamẽto ex parte obiecti: & propterea dicitur ens rationis ſine vllo fundamento in rebus extra intellectũ. *Nõ chimæricum* dicitur illud, quod ab intellectu confingitur, rebus ipſis, circa quæ fit ipſum ens rationis, occaſionem aliquam præbentibus; & propterea dicitur ens rationis cum fundamento in rebus. Hæc diuiſiò traditur à D. Thoma in 1. diſt. 2. q. 1. art. 3. & diſt. 19. q. 5. art. 1. & communiter admittitur ab authoribus. Primumque vocant *ens rationis ratiocinantis*. Poſtremũ verò, *ens rationis ratiocinatæ*. Nihilominus nõ deſunt, qui exiſtiment, vnũ tantũ ex prædictis membris admittendũ eſſe, diuerſis tamen rationibus ad id mouentur.

13 Alioqui enim putant, nullũ dari ens rationis, quod habeat fundamentum in rebus extra intellectum exiſtentibus. Ratio eorum eſt: quia ens rationis fingitur per cognitionem attingentem res aliter, ac ſunt in ſe: ſed nullum datur fundamentũ in rebus, vt cognoſcantur aliter, ac ſunt in re: ergo nullum datur in illis fundamẽtum, vt fiat ens rationis. Minor probatur: quia ipſæ res nullum aliud fundamẽtum poſſunt præbere intellectui ad cognitionẽ præter ſuas entitates: at hæ non præbent fundamẽtum, niſi ad ſui cognitionem; cognitio vero repræſentans res aliter, ac ſunt in re, nõ tam eſt cognitio ipſarum rerum, quàm entis conficti, quod omnino diſtinguitur ab ipſis rebus: ergo nullum datur in rebus fundamentum ad hoc, vt cognoſcantur aliter, ac ſunt in ſe.

Digitized by Google

14 Alij verò docent, omnia entia rationis ſaltem poſitiuâ habere fundamẽtum in rebus extra intellectum. Probant;quia, ſi aliquod ens rationis nõ haberet fundamentum in rebus extra intellectũ maximè hyrcoceruus; aut alius Deus à verò Deo diſtinctus: ſed hæc habent fundamentum in rebus:ergo omnia alia. Probatur minor:quia à parte rei datur negatio hyrcoceruí, & negatio alteriꝰ Dei:ſed hæ negationes non poſſunt cognoſci, quin concipiantur hyrcoceruus, & alius Deus; neq; enim concipi poteſt negatio, aut carentia alicuius rei, quin ipſa res concipiatur, vt ex ipſis terminis patet: ergo hæ negationes ſunt fundamentum cogens intellectũ, vt hyrcoceruum, & alium Deum concipiat: atqui, dum cõcipitur hyrcoceruus, aut aliꝰ Deus à verò Deo diſtinctꝰ, fit ens rationis: ergo datur fundamẽtum in rebus ad hæc entia rationis. Si autem ad hæc, cur non ad reliqua?

15 His non obſtantibus, defendenda eſt communis diuiſio. Dico primo contra primam ſententiam: Dantur entia rationis, quæ habent fundamentũ in rebus exiſtentibus extra intellectum. Probatur:quia maius datur fundamẽtum, vt ego concipiam animal vt diſtinctũ à rationali, quàm, vt cõcipiam hominem vt idem cum lapide: de hoc nullus eſt, qui dubitet:ſed hoc maius fundamentum non ſumitur tãtùm ex noſtro imperfecto modo concipiẽdi, ſiquidem iſte eſt idem reſpectu vtriuſque obiecti: ergo ex natura obiectorum ſumendum etiam eſt tale fundamentum. Ratio à priori eſt: quia, cum non cognoſcamus ſubſtantias per ſpecies proprias illarum; ſed per ſpecies accidentium, & accidentia, per quæ cognoſcimus animal, ſint operationes ſentiendi, quæ diuerſæ ſunt ab operationibꝰ ratiocinãdi, per quas cognoſcimus rationale, iam habemus in rebus ipſis fundamentum aliquod, vt ea, quæ realiter ſunt indiſtincta, vt diſtincta cognoſcamus: ſed cognoſcere vt diſtincta ea, quæ ſunt indiſtincta, eſt facere ens rationis:ergo habemus fundamẽtũ, vt faciamus ens rationis. Hoc autem fundamẽtum nõ eſt in homine, & lapide, vt cognoſcamꝰ eſſe idẽ in ratione hominis, & lapidis. Præterea, quia homo & equꝰ ſunt ſimiles in ſentiẽdo, habemus aliquod fundamẽtum, vt ab illis abſtrahamus rationem animalis, quam fingamus vnam: & nõ habemus fundamentum, vt ab illis abſtrahamus vnam rationem hinnibilis, aut rationalis, quia ratiocinatio hominis vt talis, eſt diſſimilis ab hinnitu equi.

16 Ad fundamentum primæ ſententiæ, nego minorem. Ad probationem nego maiorem, nempè quod res nullum fundamentum præbere poſſunt intellectui præter ſuas entitates; quin potiùs entitates ſubſtantiarum nullum fundamentum præbere poſſunt intellectui noſtro ad ſui cognitionem immediatè, & ratione ſui; ſed ſolùm ratione opera-

quòd præcedat apprehẽſio vtriuſque extremi ſed ſufficit, quod præcedat apprehenſio totius propoſitionis, quæ quidẽ præcedere poſſet, ſi ab aliquo integram propoſitionem audirem: tunc enim eam totam apprehenderem, non ſuppoſitâ apprehenſione vtriuſque extremi. Idem dico circa negationem alterius Dei, nempè dari poſſe apprehenſionem talis negationis, quin præcedat apprehenſio alterius Dei, vt poſſibilis, vel vt exiſtentis: imò, ſi mihi primo occurrat negatio alterius Dei poſſibilis, aut exiſtentis, per cognitionem illius negationis attingam alterum Deum, vt negatum poſſibilitate, aut exiſtentia, vt dicebam numero præcedente; & proptereà per eam cognitionem non effingam ens rationis; ſed potiùs cognoſcam rem, vt eſt in ſe. Ex hoc cõſtat ad rationem oppoſitę ſententiæ.

SECTIO III.

Explicatur diuiſio entis rationis in relationẽ, priuationem, & negationem.

19 Ens chimericum, ſeu nõ habens fundamentum in rebus omnia tranſcendere poteſt: quia, cum ad libitum noſtrũ effingatur, ad ea omnia ſe poteſt extẽdere, quæ peruadere poteſt humana mens, cum ad ea omnia poſſit per voluntatem applicari: & ideo effinget ſubſtantiã rationis, ſi hominẽ vt lapidem concipiat; quãtitatem, ſi aliquam eſſe exiſtimet, quæ ex ſe petat Deum quantum reddere, & ſic de alijs. Ens rationis habens fundamẽtum in re cõmuniter diuiditur in negationẽ, priuationẽ, & relationẽ, quæ diuiſio ex Ariſt. deſumpta eſt, quia li. 5. Met. c. 15. inſinuat relationẽ rationis. Deinde 4. Met. c. 2. tex. 2. & lib. 5. c. 7. tex. 14. priuationes, & negationes enumerat inter entia: cum autem non ſint entia realia, quin potiùs ſunt realiter non entia, debent eſſe entia rationis. Hæc diuiſio explicãda eſt, & deinde examinandum, an ſit bona, & adæquata? Pro explicatione:

20 Noto primò, negationẽ latè ſumi pro carẽtia entis: ſic ergo ſumpta diuiditur in carẽtiã rei exiſtẽtis in ſubiecto, vt eſt carentia albedinis; & carentiã rei non exiſtẽtis in ſubiecto, vt eſt carẽtia Angeli. Rurſus carentia rei exiſtẽtis in ſubiecto alia eſt negatio ſtrictè ſumpta, quæ definitur *carẽtia formæ in ſubiecto inepto*, qualis eſt carentia viſus in lapide, qui ineptus eſt ad vidẽdum. Alia eſt priuatio, quæ definitur, *carẽtia formæ in ſubiecto apto*, qualis eſt carentia lucis in aere, aut uiſus in homine, quorum primus eſt aptus ad habẽdam lucẽ, & ſecundus ad viſum. Prætereà carentia rei non exiſtentis in ſubiecto poteſt etiam diuidi in priuationẽ, & negationẽ, *Priuatio eſt carentia rei poſſibilis exiſtentis*: talis eſt carentia, aut nõ exiſtẽtia Petri poſſibilis. *Negatio eſt carentia, aut non exiſtẽtia rei impoſſibilis*; talis carẽtia poſſibilitatis

cie diſtinguuntur. Certum eſt ſecundo, negationē, quæ quaſi per ſe exiſtens concipitur, ſpecie diſtingui ab illà, quæ in ſubiecto exiſtens conſideratur: quia ij ſunt modi exiſtendi adeò diuerſi, vt diſtinctionem ſpecificam, imò, & pluſquam ſpecificam importent. Certum exiſtimo tertiò, priuationem & negationem eiuſdem formæ in diuerſis ſubſtantijs, vt ſunt carentia viſus in homine, & carentia viſus in lapide, eſſe etiam ſpecie diſtinctas; quia priuatio concipitur vt forma poſitiua connexa cum ſubiecto vt capaci habendi formam, qua priuat; negatio verò concipitur vt forma etiam poſitiua connexa cum ſubiecto vt incapaci habendi formam, quam remouet ab illo: ſed ſubiectum capax vt capax diſtinguitur ſpecie à ſubiecto incapaci: ergo negatio, & priuatio connectuntur cum extremis ſpecie diuerſis, ac per conſequens ipſæ etiam diſtinguentur ſpecie. Hæc de negationibus, & priuationibus, vt ſunt entia rationis. In Phyſic. agemus de illis; vt realibus.

24 Circa relationem rationis aduertendum eſt, duplicem diſtingui relationem in entibus realibus: vnam tranſcendentalem: prædicamentalem alteram. Prædicamentalis dicitur illa, cuius totum ſuum eſſe eſt ad aliud ſe habere, hoc eſt, quæ nullam aliā per ſe actionem tribuit ſubiecto præter hoc quod eſt illud ad aliud referre, vt relatio ſimilitudinis vnius albedinis ad aliam. Relatio tranſcendentalis eſt quæ ita comparat vnum cum alio, vt aliquod aliud munus obeat; vt actio, quæ quidem comparat cauſam cum effectu; ſed taliter, vt fit id, quo producitur ipſe effectus. Ad hunc modum diſtingui poteſt in entibus rationis duplex relatio: vna, quæ nullum alium effectum formalem præſtet ſubiecto præter hoc, quod eſt referre illud ad aliud, talis eſt relatio diſsimilitudinis ficta inter animal, & rationale. Altera eſt quaſi tranſcendētalis, quę ita vi ū cōparat cū alio, vt aliquid aliud præſtet: vt, vnio, quam fingimus inter animal, & rationale, quæ ita comparat hæc extrema, vt ea nectat ad conſtituēdum hominem. Hæ relationes finguntur cum fundamento in rebus: quia, eo ipſo quòd homo eſt principium ſentiendi, & ratiocinandi, præbet occaſionem intellectui, vt, & duo principia in illo diſtinguat, animal videlicèt, & rationale, & ea inter ſe cōparet vt diſsimilia, quia ex diuerſitate operationū colligitur diſsimilitudo in principijs; & denique ea vniat ad componendum hominem, quia ex duabus diſtinctis non reſultat vnum, niſi per illorum vnionem.

SECTIO IIII.

Sitne ſufficiens, & adæquata præcedens diuiſio?

25 Difficultas eſt, an ens rationis cum fundamento in rebus, quod rationis ratiocinatę

dici ſolet, ſufficiẽter diuidatur in præfatas ſpecies: *negationẽ*, videlicet, *priuationẽ*, & *relationẽ*, ita vt præter iſtas nulla alia inueniri poſſit? Nonnulli aſſerunt, dari alias ſpecies ab iſtis prorſus diſtinctas. Probant: quia, quando Angelus, ac ſi ſit iuuenis, concipitur, fit ens rationis cum fundamento in re diſtinctum à tribus prædictis: ergo dantur plures ſpecies entis rationis. Antecedens probatur, & primò, quod fiat ens rationis: quia nõ datur à parte rei Angelus, qui ſit iuuenis: ergo, quando cõcipitur Angelus, ac ſi ſit iuuenis, aliquid cõcipitur, quod re verà non eſt ſed id, quod nõ eſt, dũ cognoſcitur ac ſi re verà ſit, eſt ens rationis, quia quoad illud eſſe eſt tantũ obiectiuè in intellectu: ergo, quãdo Angelus cõcipitur vt iuuenis, fit ens rationis.

26 Deinde probatur, quòd fit cum fundamento in re: quia ideò concipio Angelum vt iuuenem, & nõ vt ſenem, quia noui eſſe ſpecioſum, fortẽ viribus, & velocem, in quibus aſsimilatur iuueni, & nõ ſeni: ergo habeo fundamentum in ipſis obiectis, vt Angelum cõcipiam, vt iuuenem potius, quâm vt ſenem. Cõſequentia probatur: nam quando concipio tenebras quaſi nigredinem, ex eo facio ens rationis cum fundamẽto in re, quia ad hanc cõceptionem anſam mihi præbet ſimilitudo, & proportio, quæ datur in tenebris cum nigredine: ergo idẽ erit in cognitione Angeli quaſi iuuenis. Iã, quod hæc ſit ſpecies entis rationis diſtincta ab illis tribus videtur certum: quia hæc eſt ſubſtãtia rationis: nulla ex illis eſt ſubſtantia: ergo diſtinguitur ab illis. Antecedens probatur: quia, quãdo negationem concipio, ac ſi ſit forma poſitiua, effingo negationẽ rationis; non alia de cauſa, niſi quia negationi reali tribuo eſſe, quod illi repugnat à parte rei: ſed quãdo ſubſtantiam Angelicã concipio, ac ſi ſit iuuenis, tribuo illi eſſe corporeum, quod illi repugnat: ergo effingo ſubſtantiam quãdam rationis. Hoc argumẽtũ malè vexat authores; & ideò in varias ſunt diſtracti ſolutiones.

27 Aliqui reſpondent, quòd, quando concipio Angelum quaſi iuuenem, nõ fingo ſubſtãtiam Angeli: ſed ſolũ vnionem, mediâ quâ illi applico accidẽtia realia iuuenis; &, cum vnio ſit quid reſpectiuum, reduci poteſt ad tertiã ſpeciem, quæ eſt relatio rationis. Sed contrà: ſi fingo vnionem inter ea extrema, neceſſarium eſt, quod per cognitionem fingẽtẽ cognoſcã extrema illa vt diſtincta, quia, cum vnio ſit diſtinctorum coniunctio, non poſſum illam fingere inter extrema, quin hæc vt diſtincta cõcipiam. Sic igitur argumẽtor: vel cognitio tẽdens in ſubſtãtiã Angeli, vt diſtinctam ab accidẽtibus iuuenis, repræſentat illam vt ſpiritualem; vel ac ſi eſſet corporea. Non primum; tum quia experientia cõſtat, quod quãtũuis velimus ſubſtantiam ſpiritualem corporeis accidentibus denudare nũquâm poſſumus illam, niſi ad mo-

dum

dum rei corporeæ concipere: tum etiam quia, ſi ſubſtantiam ſpiritualem poſſemus vt ſpiritualem concipere, vt quid opus eſſet Angelū cognoſcere ad modum iuuenis? Si dicatur ſecundum: ergo ea cognitio non ſolùm eſt fictio, prout vnionem; ſed etiam prout ipſam ſubſtantiam Angelicam repræſentat. Patet conſequentia: quia ſubſtantiam Angelicam prout ab vnione diſtinctam cōcipit, ac ſi ſit corporea: at illa reuerâ non eſt corporea: ergo fingit, illam eſſe corpoream.

28 Ex hoc infero: quòd, quando Angelum concipio quaſi iuuenem, facio ens rationis, quod conſiſtit non in vnione accidentium iuuenis cum Angelo, ſed in ſubſtātiā ſpirituali cognitā, ac ſi entitatiuè ſit iuuenis: quia, cum ipſa non ſit entitatiuè materialis, dum eam vt talem concipio, confingo ſubſtantiam quandam realiter impoſſibilem, quæ ſimul ſit entitatiuè corporea, & ſpiritualis. Id, quod explicari poteſt à paritate negationis rationis: quia quādo fingo negationē rationis, nō applico illi formam realem poſitiuā, fingendo vnionem inter vtramque (alioqui hoc ens rationis reduci poſſet ad relationē rationis ad quā dicis reduci vnionē inter Angelum, & accidentia iuuenis) ſed concipiō ipſam negationem, quæ alias eſt realis ſecundùm ſe, ac ſi entitatiuè ſit forma poſitiua; & cum ſit impoſſibilis negatio, quæ entitatiuè ſit quid poſitiuum, dum eam vt talem concipio, fingo negationem rationis. Idem ergo continget, quādo Angelum, ac ſi ſit iuuenis, concipio; nempe, quod non applico illi accidentia iuuenis per vnionem confictum; ſed illum cognoſco, ac ſi entitatiuè ſit iuuenis: atque adeo confingo Angelum quēdam rationis: ſiquidem à parte rei eſt impoſsibilis Angelus, qui ſit iuuenis entitatiuè.

29 Dicunt aliqui, negationem cognitam, vt formam poſitivā dici abſolutè ens rationis, quia, cum ipſa non ſit realiter ens: ſed non ens, dum cōcipitur vt forma poſitiua, abſolutè participat rationē entis: at Angelus, dum admodū iuuenis cōcipitur, non ſit abſolutè ens rationis: quia, cum ipſe ſit ens reale, non tribuitur illi ab intellectu ratio entis; ſed ſolum ratio talis entis, nempè corporei. Sed contrà primò: intellectus per te tribuit Angelo hoc, quod eſt eſſe ſubſtantiam corpoream: ergo fingit ſubſtantiam Angeli eſſe ſubſtantiam corpoream: atqui hoc eſt propriè loquendo ens rationis: ergo propriè loquendo fingit ens rationis. Minor videtur mihi certa: quia Angelum eſſe ſubſtantiam corpoream propriè loquendo eſt aliquid rationis: ergo & ens rationis. Probo conſequentiam: quia, ſicut in realibus ratio entis tranſcendit in tua ſententia omnia ea, quæ ſunt aliquid realem ita etiam in rebus rationis, ratio entis debet tranſcendere omnia ea quæ ſunt aliquid rationis; neque enim vlla ratio diſcriminis aſſignari poteſt. Hinc eſt, quod intelle-

intellectus non poſsit tribuere alicui rationem talis entis, quin ſimul tribuat illi rationem entis, quæ imbibita eſt in ea talitate: hoc autem ſufficiet vt propriè dicatur ens rationis; & cum in præſenti tale ens rationis non ſit priuatio, negatio aut relatio, dabitur alia ſpecies entis rationis præter illas tres. Secundò quamuis Angeli prædicata ſint realia ſecundùm ſe: at prout identificata cum ſubſtantia corporea ſunt rationis: ergo Angelus prout repræſentatus per illam cognitionẽ abſolutè: eſt ens rationis.

30 Alij, vt effugiant vim argumenti adducti initio ſectionis pro primà ſententià, fatentur planè, quòd quando cognoſco Angelũ, ac ſi ſit iuuenis facio ens rationis; addunt tamẽ, tale ens rationis cõprehendi ſub negatione rationis: quia; cum à parte rei non detur ſubſtantia ſpiritualis corporea, reuerà talis ſubſtãtia eſt non ens reale, ac per conſequens negatio rationis, quæ in eo conſiſtit, quod, cum ſit non ens, apprehenditur vt ens. Hinc colligunt, nõ dari aliam ſpeciem diſtinctam a tribus ſuprà poſitis. Sed contrà: ſi hæc doctrina eſt vera, etiam relatio rationis comprehendetur ſub negatione rationis, ac per cõſequens expungẽda erit tertia ſpecies relationis rationis. Sequelam probo: quia, quando concipio relationem inter animal, & rationale, reuerà cognoſco, quod non eſt, ac ſi ſit: ergo fingo negationem rationis: vel ſi hic non fingo negationem rationis, cur dicar eam fingere, quando concipio Angelum, ac ſi ſit iuuenis? Ratio autem, propter quam neque in vno, neque in altero caſu facio negationem rationis, eſt: quia quamuis ex parte obiecti concipiam id, quod reuerâ non eſt, nihilominus nõ concipio negationem ex parte obiecti; ſed ſolùm relationem, aut Angelum iuuenem, ergo nullam fingo negationem ex parte obiecti: ſed ſolum relationem, &c.

31 Alij denique dicunt, me nõ cognoſcere Angelũ, ac ſi ſit iuuenis; ſed ad modũ iuuenis, quia illũ per ſpecies iuuenis apprehẽdo; & ideò non fieri ens rationis. Certè ego in hoc; quod eſt cognoſcere Angelum, ac ſi ſit iuuenis, & ad modum iuuenis, nullam inuenio diſtinctionẽ. Sed quidquid ſit de hoc: non aliter concipio Angelũ per ſpecies iuuenis, ac cõcipio negationem per ſpecies nigredinis; ſed per te per hanc vltimã cõceptionem fingo ens rationis: ergo & per illã. Dicunt, quòd, quãdo cognoſco priuationem per ſpecies nigredinis, nõ apprehẽdo priuationem, ac ſi ſit nigredo: ſed cognoſco nigredinẽ, vt mediũ ducẽs me in cognitionẽ priuationis, vt diſtinctæ ab ipſa nigredine; atque, adeò nunquam fieri ens rationis circa priuationem, niſi quãdo affirmatur de illã quod ſit nigredo. Sed contrà: In primis id eſt, cõtra cõmunẽ ſenſum Philoſophorũ, qui hucuſque ſemper aſſeruerunt, priuationẽ eſſe ens rationis, quia illã apprehẽdimus, quaſi formã poſi-

tiuam

tiuã, neque vllus hucuſque requiſiuit iudicium falſum, vt priuatio fiat ens rationis. Videatur P. Suar. in Met. diſp. 54. ſect. 5. n. 6. & 20. Secundò: quando nigredo, vt medium me ducit ad cognoſcendam priuationē, vt diſtinctā ab ipſa nigredine, vel cognitio, quatenus attingit illā, vt diſtinctā, repræſentat eā, vt eſt in ſe, vel aliter, ac eſt in ſe. Non primū, quia in ſententia omniū cognitio attingens obiectū per ſpecies alienas nunquā illud repręſentat, vt eſt in ſe. Si dicatur ſecundùm; ergo talis cognitio repræſentat priuationē, vt diſtinctā à nigredine, ac ſi ſit aliquid, quod reuerà non eſt; neque enim, vt diſtincta à nigredine) & à quauis alia entitate reali) poteſt cōcipi aliter, ac eſt in ſe, niſi, quia concipitur ac ſi ſit, quod reuerà non eſt: ergo priuatio per talem cognitionem fit ens rationis, quia quod repreſentatur eſſe non eſt, niſi obiectiuè in intellectu.

32 Prædictæ rationes me mouent ad aſſerendum, prædictam diuiſionem entis rationis cum fundamēto in re; in tres illas ſpecies non eſſe adæquatam; ſed dari plures alias ſpecies omnino diſtinctas ab iſtis cum fundamento in ipſis rebus. Pro cuius explicatione noto primò, intellectum noſtrum hanc habere excellentiam præ cœteris potentijs materialibus; nempè quòd per ſpecies aliquorum obiectorū proprias, aliorum, quorum ſpecies non habet, cognitionem eliciat. Hæ tamen ſpecies ita deſeruiunt intellectui ad cognitionem obiecti alieni, vt illud faciant cognoſci, non vt eſt in ſe, ſed ad modum obiecti, vel vt proprius loquar, ac ſi ſit obiectum, cuius ſunt ſpecies propriæ. Hinc prouenit, quod tenebras cognoſcimus quaſi nigredinē; quia videlicèt eas per ſpecies nigredinis apprehēdimus. Patrem Æternum vt ſenem; quia per ſpecies ſenis illum cognoſcimus, &c. quapropter, quotieſcunque obiectū aliquod cognoſcimus per alienas ſpecies, ens rationis cōſingimus quia tale obiectum obijcitur nobis, ac ſi ſit aliud, per cuius proprias ſpecies adiuuamur ad eius cognitionem. Neque ex hoc licet inferre talem cognitionē non ſolùm attingere obiectū, per cuius ſpecies elicitur: nam etiam attingit aliud, quod intendimus cognoſcere; vt probo in lib. de Ani. cæterum, quia illud attingit, ac ſi ſit vnum quid cum obiecto proprio ſpecierum, ideò dicitur efficere ens rationis. Vnde hoc ens rationis non cōſiſtit in eo, quod prædicata intrinſeca rei, quæ cōcipiūtur per alienas ſpecies omnino fingantur ſecundum intrinſecā corū connexionem inter ſe; ſed in eo, quod ipſa prędicata realia, quę reuerà attinguntur, attingantur vt vnum, & idem cum re, per cuius ſpecies cognoſcuntur.

33 Noto ſecundo, intellectum nō vti ſpeciebus alienis pro libito voluntatis ad cognoſcenda quęlibet obiecta: neque enim vtimur ſpecieb⁹ albedinis ad tenebras cognoſcēdas, ſed aliquod fundamē-

tum

Digitized by Google

tum ex parte obiectorum requiri tur, quod occaſioné præbeat intellectui, vt his potiùs ſpecieb' quã alijs vtatur ad hoc obiectũ cognoſcendum. Frequens fundamẽtũ eſt aliqualis ſimilitudo inter alienum obiectum, & propriũ. Ex. gr. noui Angelum eſſe ſubſtãtiã intellectualẽ, velocẽ nimis, ſpecioſam viribuſque potentem: illum ergo cognoſco per ſpecies iuuenis, in quo hæ proprietates frequenter apparent, & ideò illum cognoſco, ac ſi ſit iuuenis, & ſic de alijs. Eſt tamen aduertendũ, diſtinctũ quid eſſe cognoſcere Angelum, ac ſi ſit iuuenis; & iudicare de illo, quòd ſit iuuenis: quia primũ ſtat cũ iudicio verõ, quo affirmamus Angelum eſſe ſpiritũ, & nõ corpus; ſecus veró ſecundũ. Vnde hoc ens rationis non reſultat ex eo, quod iudicetur Angelus eſſe iuuenis; ſed ex eo quod ad modũ iuuenis vel ac ſi ſit iuuenis cõcipiatur. Neque ex parte Angeli datur fundamentum, vt eſſe iuuenis iudicetur; ſed ſolum vt apprehendatur, ſeu concipiatur vt iuuenis.

34 Hinc eſt, quod in iudicio affirmãte; Angelum eſſe ſpiritum, duo ſunt diſtinguenda, & affirmatio ſpiritus de Angelo, & modus cõcipiẽdi Angelũ, & ſpiritum. Ratione poſterioris fingitur ens rationis, quia neque Angelus, neq; ſpiritus cõcipiuntur, vt ſunt in ſe; ſed ad modũ rerum corporearũ. Ratione prioris cõſtituitur in eſſe iudicij & eſt verum, quia non affirmatur per illud identitas rerum corporearum, per quarum ſpecies cognoſcuntur Angelus, & ſpiritus; ſed ſolùm identitas eorum, quæ per alienas ſpecies concipiuntur, Angeli videlicet, & ſpiritus: cùm autem hæc identitas reuerá detur in Angelo, neceſſarium eſt, quod ſit vera propoſitio affirmãs talem identitatem. Idem dicendum eſt de amore Angeli: neque enim quando amo Angelum, amo iuuenem; ſed illud tantùm, quod ad modum iuuenis concepi. Vtrunque confirmari poteſt exẽplo priuationis: nam, quando apprehendo priuationem viſus, vt formam poſitiuam, nigredinem, v. g. facio ens rationis, in conſenſu omnium; & nihilominus, quãdo affirmo aliquid de priuatione viſus, nempè, quod ſit mihi mala, aut eam odio habeo, neque affirmo malitiam de nigredine, neque odi ipſam nigredinẽ; ſed malitiam prædico de eo, quod vt nigredinem concipio, & illud idem odio habeo, vt experientia probat: ergo idem dicendum eſt de amore Angeli, & iudicio affirmãti illum eſſe ſpiritũ Videatur P. Suarez in Met. diſp. 54, ſect. 5. n. 6. Id quod dictum eſt de apprehenſione, iudicio, modo concipiendi, & amore circa Angelum, dicito de apprehẽſione; iudicio, modo cõcipiẽdi, & amore, quæ in hoc ſtatu circa Deum habemus.

35 Noto tertiò quod; quando negationẽ cõcipio; ac ſi ſit nigredo, non ſolùm fingo negationẽ rationis, ſed etiam nigredinẽ rationis: quia tã impoſsibile eſt, nigredinem eſſe negationẽ, quàm negatio-

tionem eſſe nigrediné: ergo, ſicut fingo negationem rationis; quia cognoſco illá vt idem cum nigredine, ſic etiam fingo nigredinem rationis, cum cognoſcã illam vt idem cum negatione. Idem dicito in reliquis, quæ ad modũ aliorum cognoſcuntur. His poſitis. Probatur cóclúſio: nempè quod dentur plures ſpecies entis rationis præter tres communiter enumeratas quia, quando cognoſco Angelum per ſpecies iuuenis, facio ſubſtantiam rationis; & quando cognoſco ſubſtãtiam corpoream per ſpecies quantitatis (diſtinctio enim partium, quæ in materiali ſubſtantia reperitur, per ſpecies quãtitatis agnoſcitur) facio quantitatem rationis; & quãdo tenebras apprehẽdo *quaſi* nigredinem, qualitaté rationis effingo: deinde relationẽ rationis inter extrema realiter indiſtincta, qualia ſunt animal, & rationale, formo: prætereà corruptionem, ac ſi actio eſſet, & paſſio, conſidero: & in Angelo quaſi iuuene cognito præſentiam, & duratione n corporeas agnoſco: demũ ad hæc omnia habeo fundamentum in rebus, vt ex dictis conſtat: ergo dãtur entia rationis cum fundamento in rebus correſpondentia decem prædicamentis entitatum realium.

36 Quid ergo dicemus de cõmuni ſententiâ logicorum, qui tres tantum ſpecies entis rationis habentis fundamentum in rebus enumerant? Reſpondeo, aliarum non meminiſſe; quia hæc tria tantum conducunt ad doctrinam de vniuerſalibus tradendã circa vnitatem (quam plures in negatione, ſeu priuatione conſtituunt) & relationem naturæ ſuperioris ad ſua inferiora. Cum autem non aliâ de cauſa agant logici de entibus rationis, niſi quia ad naturam vniuerſalis melius cognoſcendã conducunt, & hæc tria tantùm, ad id conducant; hinc eſt quod non immerito de his tantum, alijs relictis, diſputationem inſtituerint.

SECTIO V.

An denominationes extrinſecæ ſint entia rationis?

37 Denominationes extrinſecæ dicuntur illæ, quæ rei adueniunt ab aliqua formâ extrinſecâ: vt eſſe viſum dicitur denominatio extrinſeca parieti, quia illi prouenit à viſione extra illum exiſtẽte. Porrò in denominatione extrinſeca inuenitur, & impoſitio nominis illã ſignificãtis, & res ſignificata. In præſenti non agimus de impoſitione nominis; ſed de re ſignificata: an videlicet hoc, quod eſt eſſe viſum parieté ſit ens reale, vel rationis? Et ſanè negari nequit quod dum parietem. v. g. cognoſcimus eſſe viſum, frequenter apprehẽdimus in illo aliquid intrinſecum, ratione cuius hunc effectũ formalem participet à viſione, quod quidẽ eſt quid rationis, cum nihil reale intrinſecum adueniat parieti ex eo, quod per viſionem percipiatur: hoc auté rationis intrin-

tionum, aut accidentium, quibus afficiũtur: neque enim intellectus noſter poteſt pro hoc ſtatu eas percipere immediatè per ſpecies proprias illarum; ſed ſolũ per ſpecies operationum, aut accidentium; cum autem in vnâ, & eadem ſubſtantia dentur ſæpè plures operationes diſtinctę, aut accidentia diverſa: aliqua datur occaſio ex parte illarum, vt intellectus, qui aliàs non poteſt eas perfectè attingere pro hoc ſtatu, eaſdẽ attingat per plures conceptus diſtinguentes plures formalitates in rebus omnino indiſtinctis à parte rei.

17 Dico ſecũdò contra ſecundã ſentẽtiã: dantur entia rationis poſitiua, quæ nullũ habeãt fundamentum in rebus ipſis. Probatur: quia, quando conſidero exiſtẽtẽ alium Deũ à verò Deo diſtinctũ, facio ens rationis abſque vllo fundamẽto in rebus extra intellectũ: ergo datur ens rationis nullũ habens fundamẽtum in rebus. Antecedens probatur: & primo certũ eſt, quod, quando illum cognoſco ſine prævia cognitione negationis oppoſitæ alteri Deo, nullũ habeo fundamẽtum ad illud effingẽdum: quia per te non datur aliud fundamentum præter negationẽ oppoſitam, cum autem in prædicto caſu nõ præcedat cognitio talis negationis, non poteſt hæc mihi eſſe fundamẽtum ad cognoſcẽdum alterum Deũ: Deinde neq; eſt mihi fundamentum ipſa negatio, quando illam cognoſco: quia negatio alterius Dei eſt non eſſe, ſeu remotio illius à rerum naturâ: ergo, quando illam cognoſco vt negationem alterius Dei, cognoſco illã vt non eſſe, ſeu remotionẽ alterius Dei: ergo occaſione illius non aliter cognoſco alterũ Deũ, niſi vt nõ exiſtentem, vel vt remotum à rerum naturâ: ſed cognitio alterius Dei, vt non exiſtentis, ſeu vt remoti à rerum natura non facit ens rationis: ergo negatio alterius Dei nõ eſt mihi fundamẽtum ad faciendum ens rationis. Minorem probo: quia non facit ens rationis, niſi ea cognitio, quæ cognoſcit quod non eſt, ac ſi ſit: hæc enim ſola eſt, quæ fingit, quod reverà non eſt ſine illa: ſed ea cognitio non cognoſcit alterũ Deũ, ac ſi reverà ſit ſed potiùs cognoſcit illum, vt non exiſtentem: ergo non facit ens rationis.

18 Dices: nõ poſſum iudicare, hominem non eſſe lapidem, quin prius apprehendã hominem, & lapidem: ergo neque poſſum cognoſcere, non eſſe poſsibilem, aut exiſtentem alterum Deum, quin prius apprehendã alterũ Deum. In primis, ſi antequã cognoſcam negationem alterius Dei poſsibilis, aut exiſtentis, apprehendo Deũ vt poſsibilem, aut exiſtentẽ, iam negatio non erit mihi fundamentum per ſui cognitionem ad talem apprehenſionem, ac per cõſequens neque ad fingendum ens rationis, quod fingitur per illam quia fundamentum præſupponi debet ad rem, cuius eſt fundamentum. Secundo: ad hoc, vt ego iudicem, hominem non eſſe lapidem, non eſt neceſſarium, quòd

quòd precedat apprehēſio vtriuſque extremi ſed ſufficit, quod præcedat apprehenſio totius propoſitionis, quæ quidē præcedere poſſet, ſi ab aliquo integram propoſitionem audirem: tunc enim eam totam apprehenderem, non ſuppoſitâ apprehenſione vtriuſque extremi. Idem dico circa negationem alterius Dei, nempè dari poſſe apprehenſionem talis negationis, quin pręcedat apprehenſio alterius Dei, vt poſsibilis, vel vt exiſtentis: imò, ſi mihi primo occurrat negatio alterius Dei poſsibilis, aut exiſtentis, per cognitionem illius negationis attingam alterum Deum, vt negatum poſſibilitate, aut exiſteńtia, vt dicebam numero præcedente; & proptereà per eam cognitionem non effingam ens rationis; ſed potiùs cognoſcam rem, vt eſt in ſe. Ex hoc cōſtat ad rationem oppoſitę ſententiæ.

SECTIO III.

Explicatur diuiſio entis rationis in relationē, priuationem, & negationem.

19 **E**Ns chimęricum, ſeu nō habens fundamentum in rebus omnia tranſcendere poteſt: quia, cum ad libitum noſtrū effingatur, ad ea omnia ſe poteſt extēdere, quæ peruadere poteſt humana mens, cum ad ea omnia poſſit per voluntatem applicari: & ideo effinget ſubſtantiā rationis, ſi hominē vel lapidem concipiat; quā citatem, ſi aliquā ... examinet, quæ ex ſe petat Deum quantum reddere, & ſic de alijs. Ens rationis habens fundamētum in re cōmuniter diuiditur in negationē, priuationē, & relationē, quæ diuiſio ex Ariſt. deſumpta eſt, quia li. 5. Met. c. 15. inſinuat relationē rationis. Deinde 4. Met. c. 2. tex. 2. & lib. 5. c. 7. tex. 14. priuationes, & negationes enumerat inter entia: cum autem non ſint entia realia, quin potiùs ſunt realiter non entia, debent eſſe entia rationis. Hæc diuiſio explicāda eſt, & deinde examinandum, an ſit bona, & adæquata? Pro explicatione:

20 Noto primò, negationē latè ſumi pro carētia entis: ſic ergo ſumpta diuiditur in carētiā rei exiſtētis in ſubiecto, vt eſt carentia albedinis; & carentiā rei non exiſtētis in ſubiecto, vt eſt carētia Angeli. Rurſus carentia rei exiſtētis in ſubiecto alia eſt negatio ſtrictè ſumpta, quæ definitur *carētia formæ in ſubiecto inepto*, qualis eſt carentia viſus in lapide, qui ineptus eſt ad vidēdum. Alia eſt priuatio, quæ definitur, *carētia formæ in ſubiecto apto*, qualis eſt carentia lucis in aere, aut uiſus in homine, quorum primus eſt aptus ad habēdam lucē, & ſecundus ad viſum. Præterea carentia rei non exiſtentis in ſubiecto poteſt etiam diuidi in priuationē, & negationē. *Priuatio eſt carentia rei poſsibilis exiſtere*: talis eſt carentia, aut nō exiſtētia Petri poſsibilis. *Negatio eſt carentia, aut non exiſtētia rei impoſſibilis*; talis carētia poſsibilitatis,

ſie diſtinguuntur. Certum eſt ſecundo, negationē, quæ quaſi per ſe exiſtens concipitur, ſpecie diſtingui ab illâ, quæ in ſubiecto exiſtens conſideratur: quia ij ſunt modi exiſtendi adeò diuerſi; vt diſtinctionem ſpecificam, imò, & pluſquam ſpecificam importent. Certum exiſtimo tertiò, priuationem & negationem eiuſdem formæ in diuerſis ſubſtantijs, vt ſunt carentia viſus in homine, & carentia viſus in lapide, eſſe etiam ſpecie diſtinctas; quia priuatio concipitur vt forma poſitiua connexa cum ſubiecto vt capaci habendi formam, qua priuat; negatio verò concipitur vt forma etiam poſitiua connexa cum ſubiecto vt incapaci habendi formam, quam remouet ab illo: ſed ſubiectum capax vt capax diſtinguitur ſpecie à ſubiecto incapaci: ergo negatio, & priuatio connectuntur cum extremis ſpecie diuerſis, ac per conſequens ipſæ etiam diſtinguentur ſpecie. Hæc de negationibus, & priuationibus, vt ſunt entia rationis. In Phyſic. agemus de illis, vt realibus.

24 Circa relationem rationis aduertendum eſt, duplicem diſtingui relationem in entibus realibus: vnam tranſcendentalem: prædicamentalem alteram. Prædicamentalis dicitur illa, cuius totum ſuum eſſe eſt ad aliud ſe habere, hoc eſt, quæ nullam aliā perfectionem tribuit ſubiecto præter hoc quod eſt illud ad aliud referre, vt relatio ſimilitudinis vnius albedinis ad aliam. Relatio tranſcendentalis eſt quæ ita comparat vnum cum alio, vt aliquod aliud munus obeat; vt actio, quæ quidem comparat cauſam cum effectu; ſed taliter, vt ſit id, quo producitur ipſe effectus. Ad hunc modum diſtingui poteſt in entibus rationis duplex relatio: vna, quæ nullum alium effectum formalem præſtet ſubiecto præter hoc, quod eſt referre illud ad aliud, talis eſt relatio diſsimilitudinis facta inter animal, & rationale. Altera eſt quaſi tranſcendētalis, quę ita vnū cōparat cū alio, vt aliquid aliud præſtet: vt, vnio, quam fingimus inter animal, & rationale, quæ ita comparat hæc extrema, vt ea nectat ad conſtituēdum hominem. Hæ relationes finguntur cum fundamento in rebus: quia, eo ipſo quòd homo eſt principium ſentiendi, & ratiocinandi, præbet occaſionem intellectui, vt, & duo principia in illo diſtinguat, animal videlicet, & rationale, & ea inter ſe cōparet vt diſsimilia, quia ex diuerſitate operationū colligitur diſsimilitudo in principijs; & denique ea vniat ad componendum hominem, quia ex duabus diſtinctis non reſultat vnum, niſi per illorum vnionem.

SECTIO IIII.

Sitne ſufficiens, & adæquata præcedens diuiſio?

25 Difficultas eſt, an ens rationis cum fundamento in rebus, quod rationis ratiocinatę

dici ſolet, ſufficiẽter diuidatur in præfatas ſpecies; *negationẽ*, videlicet, *priuationẽ*, & *relationẽ*, ita vt præter iſtas nulla alia inueniri poſſit? Nonnulli aſſerunt, dari alias ſpecies ab iſtis prorſus diſtinctas. Probant: quia, quando Angelus, ac ſi ſit iuuenis, concipitur, fit ens rationis cum fundamento in re diſtinctum à tribus prædictis: ergo dantur plures ſpecies entis rationis. Antecedens probatur, & primò, quod fiat ens rationis: quia nõ datur à parte rei Angelus, qui ſit iuuenis: ergo, quando cõcipitur Angelus, ac ſi ſit iuuenis, aliquid cõcipitur, quod re verà non eſt ſed id, quod nõ eſt, dũ cognoſcitur ac ſi re verà ſit, eſt ens rationis, quia quoad illud eſſe eſt tantũ obiectiuè in intellectu: ergo, quãdo Angelus cõcipitur vt iuuenis, fit ens rationis.

26 Deinde probatur, quòd ſit cum fundamento in re: quia ideò concipio Angelum vt iuuenem, & nõ vt ſenem, quia noui eſſe ſpecioſum, fortẽ viribus, & velocem, in quibus aſsimilatur iuueni, & nõ ſeni: ergo habeo fundamentum in ipſis obiectis, vt Angelum cõcipiam, vt iuuenem potius, quâm vt ſenem. Cõſequentia probatur: nam quando concipio tenebras quaſi nigredinem, ex eo facio ens rationis cum fundamẽto in re, quia ad hanc cõceptionem anſam mihi præbet ſimilitudo, & proportio, quæ datur in tenebris cum nigredine: ergo idẽ erit in cognitione Angeli quaſi iuuenis. Iã, quod hæc ſit ſpecies entis rationis diſtincta ab illis tribus videtur certum: quia hæc eſt ſubſtãtia rationis: nulla ex illis eſt ſubſtantia: ergo diſtinguitur ab illis. Antecedens probatur: quia, quãdo negationem concipio, ac ſi ſit forma poſitiua, effingo negationẽ rationis; non alia de cauſa, niſi quia negationi reali tribuo eſſe, quod illi repugnat à parte rei: ſed quãdo ſubſtantiam Angelicã concipio, ac ſi ſit iuuenis, tribuo illi eſſe corporeum, quod illi repugnat: ergo effingo ſubſtantiam quãdam rationis. Hoc argumẽtũ malè vexat authores; & ideò in varias ſunt diſtracti ſolutiones.

27 Aliqui reſpondent, quòd, quando concipio Angelum quaſi iuuenem, nõ fingo ſubſtãtiam Angeli: ſed ſolũ vnionem, mediâ quâ illi applico accidẽtia realia iuuenis; &, cum vnio ſit quid reſpectiuum, reduci poteſt ad tertiã ſpeciem, quæ eſt relatio rationis. Sed contrà: ſi fingo vnionem inter ea extrema, neceſſarium eſt, quod per cognitionem fingẽtẽ cognoſcã extrema illa vt diſtincta, quia, cum vnio ſit diſtinctorum cõiunctio, non poſſum illam fingere inter extrema, quin hæc vt diſtincta cõcipiam. Sic igitur argumẽtor: vel cognitio tẽdens in ſubſtantiã Angeli, vt diſtinctam ab accidẽtibus iuuenis, repræſentat illam vt ſpiritualem; vel ac ſi eſſet corporea. Non primum; tum quia experientia cõſtat, quod quãtũuis velimus ſubſtantiam ſpiritualem corporeis accidentibus denudare nũquâm poſſumus illam, niſi ad modum

Digitized by Google

dum rei corporeæ concipere: tum etiam quia, ſi ſubſtantiam ſpiritualem poſſemus vt ſpiritualem concipere, vt quid opus eſſet Angelũ cognoſcere ad modum iuuenis? Si dicatur ſecundum: ergo ea cognitio non ſolùm eſt fictio, prout vnionem; ſed etiam prout ipſam ſubſtantiam Angelicam repræſentat. Patet conſequentia: quia ſubſtantiam Angelicam prout ab vnione diſtinctam cõcipit, ac ſi ſit corporea: at illa reuerâ non eſt corporea: ergo fingit, illam eſſe corpoream.

28 Ex hoc infero: quòd, quando Angelum concipio quaſi iuuenem, facio ens rationis, quod conſiſtit non in vnione accidentium iuuenis cum Angelo, ſed in ſubſtãtiâ ſpirituali cognitâ, ac ſi entitatiuè ſit iuuenis: quia, cum ipſa non ſit entitatiuè materialis, dum eam vt talem concipio, confingo ſubſtantiam quandam realiter impoſſibilem, quæ ſimul ſit entitatiuè corporea, & ſpiritualis. Id, quod explicari poteſt à paritate negatione rationis: quia quãdo fingo negationẽ rationis, nõ applico illi formam realem poſitiuã, fingendo vnionem inter vtranque (alioqui hoc ens rationis reduci poſſet ad relationẽ rationis ad quã dicis reduci vnionẽ inter Angelum, & accidentia iuuenis) ſed concipiò ipſam negationem, quæ alias eſt realis ſecundùm ſe, ac ſi entitatiuè ſit forma poſitiua; & cum ſit impoſſibilis negatio, quæ entitatiuè ſit quid poſitiuum, dum eam vt talem concipio, fingo negationem rationis. Idem ergo continget, quãdo Angelum, ac ſi ſit iuuenis, concipio; nempe, quod non applico illi accidentia iuuenis per vnionem confictum; ſed illum cognoſco, ac ſi entitatiuè ſit iuuenis: atque adeo confingo Angelum quẽdam rationis: ſiquidem à parte rei eſt impoſsibilis Angelus, qui ſit iuuenis entitatiuè.

29 Dicunt aliqui, negationem cognitam, vt formam poſitiuã dici abſolutè ens rationis, quia, cum ipſa non ſit realiter ens: ſed non ens, dum cõcipitur vt forma poſitiua, abſolutè participat rationẽ entis: at Angelus, dum admodũ iuuenis cõcipitur, non ſit abſolutè ens rationis: quia, cum ipſe ſit ens reale, non tribuitur illi ab intellectu ratio entis; ſed ſolum ratio talis entis, nempè corporei. Sed contrà primò: intellectus per te tribuit Angelo hoc, quod eſt eſſe ſubſtantiam corpoream: ergo fingit ſubſtantiam Angeli eſſe ſubſtantiam corpoream: atqui hoc eſt propriè loquendo ens rationis: ergo propriè loquendo fingit ens rationis. Minor videtur mihi certa: quia Angelum eſſe ſubſtantiam corpoream propriè loquendo eſt aliquid rationis: ergo & ens rationis. Probo conſequentiam: quia, ſicut in realibus ratio entis tranſcendit in tua ſententia omnia ea, quæ ſunt aliquid realeſ: ita etiam in rebus rationis, ratio entis debet tranſcendere omnia ea quæ ſunt aliquid rationis; neque enim vlla ratio diſcriminis aſſignari poteſt. Hinc eſt, quod intelle-

intellectus non poſsit tribuere alicui rationem talis entis, quin ſimul tribuat illi rationem entis, quæ imbibita eſt in ea talitate: hoc autem ſufficiet vt propriè dicatur ens rationis; & cum in præſenti tale ens rationis non ſit priuatio, negatio aut relatio, dabitur alia ſpecies entis rationis præter illas tres. Secundò quamuis Angeli prædicata ſint realia ſecundùm ſe: at prout identificata cum ſubſtantia corporea ſunt rationis: ergo Angelus prout repræſentatus per illam cognitionē abſolutè: eſt ens rationis.

30 Alij, vt effugiant vim argumenti adducti initio ſectionis pro primà ſententià, fatentur planè, quòd quando cognoſco Angelū, ac ſi ſit iuuenis facio ens rationis; addunt tamē, tale ens rationis cōprehendi ſub negatione rationis: quia; cum à parte rei non detur ſubſtantia ſpiritualis corporea, reuerà talis ſubſtātia eſt non ens reale, ac per conſequens negatio rationis, quæ in eo conſiſtit, quod, cum ſit non ens, apprehenditur vt ens. Hinc colligunt, nō dari aliam ſpeciem diſtinctam à tribus ſuprà poſitis. Sed contrà; ſi hæc doctrina eſt vera, etiam relatio rationis comprehendetur ſub negatione rationis, ac per cōſequens expungēda erit tertia ſpecies relationis rationis. Sequelam probo: quia, quando concipio relationem inter animal, & rationale, reuerà cognoſco, quod non eſt, ac ſi ſit: ergo fingo negationem rationis: vel ſi hic non fingo negationem rationis, cur dicar eam fingere, quando concipio Angelum, ac ſi ſit iuuenis? Ratio autem, propter quam neque in vno, neque in altero caſu facio negationem rationis, eſt: quia quamuis ex parte obiecti concipiam id, quod reuerà non eſt, nihilominus nō concipio negationem ex parte obiecti; ſed ſolùm relationem, aut Angelum iuuenem, ergo nullam fingo negationem ex parte obiecti: ſed ſolum relationem, &c.

31 Alij denique dicunt, me nō cognoſcere Angelū, ac ſi ſit iuuenis; ſed ad modū iuuenis, quia illū per ſpecies iuuenis apprehēdo; & ideò non fieri ens rationis. Certè ego in hoc; quod eſt cognoſcere Angelum, ac ſi ſit iuuenis, & ad modum iuuenis, nullam inuenio diſtinctionē. Sed quidquid ſit de hoc: non aliter concipio Angelū per ſpecies iuuenis, ac cōcipio negationem per ſpecies nigredinis; ſed per te per hanc vltimā cōceptionem fingo ens rationis: ergo & per illā. Dicunt, quòd, quādo cognoſco priuationem per ſpecies nigredinis, nō apprehēdo priuationem, ac ſi ſit nigredo; ſed cognoſco nigredinē, vt mediū ducēs me in cognitionē priuationis, vt diſtinctæ ab ipſa nigredine; atque, adeò nunquam fieri ens rationis circa priuationem, niſi quādo affirmatur de illā quod ſit nigredo. Sed contrà: In primis id eſt, cōtra cōmunē ſenſum Philoſophorū, qui hucuſque ſemper aſſeruerunt, priuationē eſſe ens rationis, quia illā apprehēdimus, quaſi formā poſi-

tiuam

tiuã, neque vllus hucuſque requiſiuit iudicium falſum, vt priuatio ſiat ens rationis. Videatur P. Sua. in Met. diſp. 54. ſect. 5. n. 6. & 20. Secundò: quando nigredo, vt medium me ducit ad cognoſcendam priuationẽ, vt diſtinctã ab ipſa nigredine, vel cognitio, quatenus attingit illã, vt diſtinctã, repræſentat eã, vt eſt in ſe, vel aliter, ac eſt in ſe. Non primũ, quia in ſentẽtia omniũ cognitio attingens obiectũ per ſpecies alienas nunquã illud repręſentat, vt eſt in ſe. Si dicatur ſecundùm: ergo talis cognitio repræſentat priuationẽ, vt diſtinctã à nigredine, ac ſi ſit aliquid, quod reuerà non eſt; neque enim, vt diſtincta à nigredine) & à quauis alia entitate reali) poteſt cócipi aliter, ac eſt in ſe, niſi, quia concipitur ac ſi ſit, quod reuerà non eſt: ergo priuatio per talem cognitionem fit ens rationis, quia quod repreſentatur eſſe non eſt, niſi obiectiuè in intellectu.

32 Præiactæ rationes me mouent ad aſſerendum, prædictam diuiſionem entis rationis cum fundamẽto in re; in tres illas ſpecies non eſſe adæquatam; ſed dari plures alias ſpecies omnino diſtinctas ab iſtis cum fundamento in ipſis rebus. Pro cuius explicatione noto primò, intellectum noſtrum hanc habere excellentiam præ cœteris potentijs materialibus; nempè quòd per ſpecies aliquorum obiectorũ proprias, aliorum, quorum ſpecies non habet, cognitionem eliciat. Hæ tamen ſpecies ita deſeruiunt intellectui ad cognitionem obiecti alieni, vt illud faciant cognoſci, non vt eſt in ſe, ſed ad modum obiecti, vel vt proprius loquar, ac ſi ſit obiectum, cuius ſunt ſpecies propriæ. Hinc prouenit, quod tenebras cognoſcimus quaſi nigredinẽ; quia videlicèt eas per ſpecies nigredinis apprehẽdimus. Patrem Æternum vt ſenem; quia per ſpecies ſenis illum cognoſcimus, &c. quapropter, quotieſcunque obiectũ aliquod cognoſcimus per alienas ſpecies, ens rationis cõfingimus quia tale obiectum obijcitur nobis, ac ſi ſit aliud, per cuius proprias ſpecies adiuuamur ad eius cognitionem. Neque ex hoc licet inferre talem cognitionẽ non ſolùm attingere obiectũ, per cuius ſpecies elicitur: nam etiam attingit aliud, quod intendimus cognoſcere; vt probo in lib. de Ani. cæterum, quia illud attingit, ac ſi ſit vnum quid cum obiecto proprio ſpecierum, ideò dicitur efficere ens rationis. Vnde hoc ens rationis non cõſiſtit in eo, quod prædicata intrinſeca rei, quæ cócipiũtur per alienas ſpecies omnino fingantur ſecundum intrinſecã eorũ connexionem inter ſe; ſed in eo, quod ipſa prędicata realia, quę reuerà attinguntur, attingantur vt vnum, & idem cum re, per cuius ſpecies cognoſcuntur.

33 Noto ſecundo, intellectum nõ vti ſpeciebus alienis pro libito voluntatis ad cognoſcẽda quęlibet obiecta: neque enim vtimur ſpecieb⁹ albedinis ad tenebras cognoſcẽdas, ſed aliquod fundamẽtum

tionem eſſe nigrediné: ergo, ſicut fingo negationem rationis; quia cognoſco illá vt idem cum nigredine, ſic etiam fingo nigredinem rationis, cum cognoſcã illam vt idem cum negatione. Idem dicito in reliquis, quæ ad modũ aliorum cognoſcuntur. His poſitis. Probatur cōcluſio: nempè quod dentur plures ſpecies entis rationis præter tres communiter enumeratas quia, quando cognoſco Angelum per ſpecies iuuenis, facio ſubſtantiam rationis; & quando cognoſco ſubſtãtiam corpoream per ſpecies quantitatis (diſtinctio enim partium, quæ in materiali ſubſtantia reperitur, per ſpecies quãtitatis agnoſcitur) facio quantitatem rationis; & quãdo tenebras apprehẽdo *quaſi* nigredinem, qualitaté rationis effingo: deinde relationé rationis inter extrema realiter indiſtincta, qualia ſunt animal, & rationale, formo: prætereà corruptionem, ac ſi actio eſſet, & paſsio, conſidero: & in Angelo quaſi iuuene cognito præſentiam, & durationem corporeas agnoſco: demũ ad hæc omnia habeo fũdamentum in rebus, vt ex dictis conſtat: ergo dãtur entia rationis cum fundamento in rebus correſpondentia decem prædicamentis entitatum realium.

36 Quid ergo dicemus de cõmuni ſententià logicorum, qui tres tantum ſpecies entis rationis habentis fundamentum in rebus enumerant? Reſpondeo, aliarum non meminiſſe; quia hæc tria tantum conducunt ad doctrinam de vniuerſalibus tradendã circa vnitatem (quam plures in negatione, ſeu priuatione conſtituunt) & relationem naturæ ſuperioris ad ſua inferiora. Cum autem non aliã de cauſa agant logici de entibus rationis, niſi quia ad naturam vniuerſalis melius cognoſcendã conducunt, & hæc tria tantùm, ad id conducant; hinc eſt quod non immerito de his tantum, alijs relictis, diſputationem inſtituerint.

SECTIO V.

An denominationes extrinſecæ ſint entia rationis?

37 Denominationes extrinſecæ dicuntur illæ, quæ rei adueniunt ab aliqua formà extrinſecà: vt eſſe viſum dicitur denominatio extrinſeca parieti, quia illi prouenit à viſione extra illum exiſtẽte. Porrò in denominatione extrinſeca inuenitur, & impoſitio nominis illã ſignificãtis, & res ſignificata. In præſenti non agimus de impoſitione nominis; ſed de re ſignificata: an videlicet hoc, quod eſt eſſe viſum parieté ſit ens reale, vel rationis? Et ſanè negari nequit quod dum parietem v.g. cognoſcimus eſſe viſum, frequenter apprehẽdimus in illo aliquid intrinſecum, ratione cuius hunc effectũ formalem participet à viſione, quod quidẽ eſt quid rationis, cum nihil reale intrinſecum adueniat parieti ex eo, quod per viſionem percipiatur: hoc autẽ rationis intrin-

trinſecum, vel eſt relatio aliqua in pariete ad viſionem, vel vnio cum ipſa viſione. Eſt tamen diffi cultas: an hoc, quod eſt eſſe formaliter viſum, includat formaliter hoc ens rationis inter parietẽ & viſionem confictum, vel viſionẽ, & parietem tantùm?

38 Prima ſententia docet, omnes denominationes extrinſecas pro formali eſſe entia rationis. Itaque viſio non eſt forma ſe ipſa cõſtituens parietem formaliter, viſum; ſed vel eſt fundamentũ præſuppoſitum ad relationem confictam immediatè tribuentem parieti effectum formalem viſi; vel ſaltem ipſa viſio præſtat hunc effectum formalem media vnione in pariete conficta. Ita nõnulli Thomiſtæ, & adducitur pro ea P. Vazquez 1. par. diſp. 115. cap. 2. Alij dicunt, ſolas denominationes extrinſecas prouenientes obiectis ab actibus intellectus eſſe entia rationis pro formali; reliquas verò eſſe entia realia. Ita Durãd. in 1. diſt. 33. num. 10. Sot. & alij adducti à P. Hurtad. in Logic. diſp. 1. ſect. 4. Argumenta harum ſententiarũ obijciemus infra.

39 Dico primò omnes denominationes extrinſecæ prouenientes ſubiecto reali à forma reali ſunt reales ſecundùm ſe. Ita P. Suarez in Meta. diſput. 54. ſect. 2 num. 20. P. Hurt. in Met. diſput. 19. ſect. 1. & 2. & communiter recentiores. Probatur: quia ens rationis eſt, cuius eſſe eſt tantùm obiectiuè in intellectu: ſed eſſe parietem formaliter viſum, & hominem formaliter cognitum (& ſic de cæteris) non eſt tantum obiectiuè in intellectu: ergo non eſt ens rationis. Minorẽ probo; quia eſſe parietẽ formaliter viſum nihil aliud eſt, quam parietẽ repræſentari formaliter per realẽ viſionẽ; & eſſe hominẽ cognitũ nihil aliud eſt, quam hominem repræſentari formaliter per realem cognitionẽ intellectus; atqui hoc, quod eſt parietẽ repræſentari formalitèr per viſionem realẽ; & hominẽ repræſentari formalitèr per realem cognitionem, non eſt tantũ obiectivè in intellectu; quia homo per ſuam entitatem realem eſt id, quod repræſentatur, & cognitio per ſuã entitatem realem eſt formalis hominis repræſentatio; ergo hoc, quod eſt hominem eſſe cognitum, non eſt tantum obiectiuè in intellectu. Idem eſt de pariete viſo.

40 Confirmatur: quia de conceptu formali cognitionis realis, aut ſpeciei expreſſæ exiſtentis in intellectu eſt repræſentare formalitèr obiectum: ergo, poſita cognitione reali obiecti realis realiter exiſtẽtis, datur tale obiectum formalitèr repræſentatum, etiamſi quæcumque alia auferantur: ergo datur formalitèr cognitum ſine aliquo ente rationis. Hic addendum eſt, quod, ſi denominationes extrinſecæ proveniant, vel ſubiecto rationis; vel à forma extrinſeca rationis, erũt quid rationis: quia denominatio extrinſeca eſt complexum quoddã ex ſubiecto, & forma extrinſeca coaleſcens: cõplexũ autẽ eſt quid rationis,

nis,

Digitized by Google

nis, quando vna ex partibus illius eſt quid rationis, quia in tali caſu non poteſt dari totum illud à parte rei.

41 Obijcies: denominationes extrinſecæ de nouo adueniunt, & remouentur à ſubiecto, ſine mutatione ipſiꝰ ſubiecti; ſed id, quod advenit, & remouetur à ſubiecto, ſine mutatione ipſius ſubiecti non poteſt eſſe aliquid reale: ergo debet eſſe quid rationis. Minor eſt certa: quia, ſi eſſet aliquid reale, adueniret ſubiecto per verã actionẽ receptã in ipſo ſubiecto; atque adeò mutaretur ipſum ſubiectũ. Diſtinguo minorẽ: denominationes extrinſecę de nouo adueniunt intrinſece ſubiecto ſine mutatione ſubiecti, nego maiorẽ, de nouo adueniũt extrinſecè ſubiecto ſine mutatione ſubiecti, cõcedo maiorẽ. Et diſtinguo ſimiliter minorẽ: ſed id, quod aduenit intrinſecè ſubiecto ſine mutatione ſubiecti, non poteſt eſſe quid reale, cõcedo: id, quod aduenit extrinſecè, &c. nego minorẽ: quia id quod extrinſecè aduenit ſubiecto, non eſt, aut producitur in illo; ſed extra poſitũ tribuit ſuam denominationẽ.

42 Obijcies ſecundò: hominẽ eſſe cognitũ eſt tantum obiectiuè in intellectu: ergo eſt ens rationis. Antecedens probatur: quia eſſe cognitũ eſt obijci, ſeu eſſe obiectũ intellectui: ſed eſſe obiectũ intellectui eſt eſſe obiectiue in intellectu ergo eſſe cognitũ eſt eſſe obiectiuè in intellectu. Nego primũ antecedens: quia hominẽ eſſe cognitũ duo dicit, & entitatẽ hominis, & cognitionẽ: atqui neq; entitas hominis, neq; cognitio ſunt tãtũ obiectiuè in intellectu, quia entitas hominis datur in rerũ naturã, etiã ſi nõ obijciatur intellectui, vt patet; & idẽ eſt de cognitione hominis; quæ licet poſsit obijci intellectui per aliã cognitionẽ reflexam, nihilominùs datur in rerũ naturâ, etiã ſi nõ obijciatur per talẽ cognitionẽ: ergo eſſe hominẽ cognitũ, nõ eſt tãtũ obiectiuê in intellectu. Ad probationẽ antecedẽtis cõcedo totũ ſyllogiſmũ: indè tamẽ nõ probatur antecedens: quia licèt homo cognitus ſit obiectiuè in intellectu; nihilominùs dici non poteſt, quod totũ reſultans ex homine, & cognitione nõ habeat aliud eſſe, niſi quod obijcitur intellectui; quia tã entitas hominis, quã cognitio erunt in rerũ naturà, etiã ſi non obijciantur intellectui per cognitionem aliquam reflexam.

43 Dico ſecũdo: denominationes extrinſecæ, prout à nobis cognitæ, ſunt entia rationis. In hunc ſenſũ explico authores primæ ſententiæ. Probatur: quia parietẽ eſſe viſum (idẽ eſt de reliquis) concipitur à nobis vt aliquid intrinſecum ipſi parieti: ſed à parte rei nihil eſt intrinſecũ in pariete, ratione cuiꝰ cõſtituatur viſus: ergo eſſe viſum, prout à nobis concipitur eſt quid rationis. Maior eſt nota experiẽtià. Minor cõſtat ex primà cõcluſione. Id tãtũ voluit P. Vaz. ſupra adductꝰ, vt cõſtat ex ratione, quã infra ex illo obijciemꝰ. Solũ differt à nobis, quia putat, parietẽ nõ denominari formaliter viſũ, quouſq

fin-

fingatur in illo relatio aliqua rationis, ratione cuius illi tribuatur effectus formalis viſi. In hoc tamẽ illi nõ cõſentio quia revera obiectum eſt formaliter viſum ante illã relationẽ rationis, vt probatũ eſt in primâ concluſione. Nec relatio rationis quid aliud præſtat, niſi tribuere intrinſecè ſubiecto denominationem, quam ante illâ & independenter ab illâ extrinſecè tribuit viſio extrinſeca.

44 Sed obijcit P. Vazq. per nomina ſignificam' exteriùs ea, quæ interiùs concipimus per cognitiones: ſed parietem eſſe viſum concipitur â nobis vt aliquid intrinſecum ipſi parieti: ergo hoc nomen viſus ſignificat in pariete aliquid intrinſecum, ratione cuius conſtituatur viſus: ergo effectus formalis per hoc nomen ſignificatus, eſt quid rationis. Reſpondeo, nomina ſignificare ea, quæ interius cognoſcimus; ſed non ſemper ſignificant ea eodem modo, ac illa cognoſcimus. Id, quod manifeſtũ eſt in Angelo; qui à nobis ſignificatur hoc nomine *Angelus*; & tamẽ nõ ſignificatur eo modo, quo illũ cõcipimus: quia ſubſtantiã eius concipimus vt corpoream; & nihilominus ſignificatur eo nomine ſecundùm ſe vt ſpiritualis. Alioqui hæc prædicatio, *Angelus eſt ſpiritus*, eſſet falſa: quia ſẽſus eſſet, *ſubſtãtia Angelica vt corporea; eſt ſpiritus*, quod quis nõ videat eſſe falſum? Idẽ ergo dicendũ eſt de hoc nomine *viſus*, quod, licet ſignificet parietem repræſentari per viſionem; non tamen ſignificat relationẽ, quam fingimus intrinſecam in pariete, cuius ſignum clarum eſt, quod, ſi ab homine huius quæſtionis de denominationibus extrinſecis ignaro roges, quid ſignificent hæc verba, *Paries eſt viſus?* nullâ mentione factâ de relatione rationis, reſpondebit, ſignificare, parietẽ repræſentari per viſionẽ: ergo in cõmuni omniũ acceptione non ſignificat hoc nomen aliquid rationis; ſed ſolum id, quod realiter datur ex parte obiecti.

SECTIO VI.

De cauſis entis rationis.

45 Non inquirimus cauſas, quæ per verum, & phyſicum influxum ens rationis efficiant: quia cum ipſum non habeat eſſe phyſicũ, efficiẽtiam, aut influxũ phyſicum non admittit; ſed inquirimus cauſas, quæ ſuo modo ad illud efficiendum concurrunt. Et quidem certum eſt, aliquam cauſam efficientem habere: quia ens rationis habet eſſe obiectiuum, quod aliquando exiſtit, aliquando non exiſtit: ergo eius exiſtentia in aliquod efficiens referenda erit. Patet conſequentia: quia non exiſtit à ſe: ergo ab alio. Hoc ergo aliud, à quo exiſtit, cauſam efficientem appellamus.

46 Secundo certum eſt, intellectum eſſe cauſam efficientẽ entis rationis: intellectus enim illud effingit, dum id, quod nõ eſt, cognoſcit, ac ſi reuerà ſit: ergo eſt cauſa efficiens entis rationis; neque enim rei efficta aliud dari

poſ

poteſt efficiens, niſi effingens. Illud tamẽ efficit media cognitione vt cauſalitatẽ; quia cum mediâ illâ repræſentet id, quod non eſt, ac ſi reuerà ſit; mediâ illa fingit. Propter hanc rationem dicitur intellectus cauſa intentionalis entis rationis; quia videlicet non alia ratione illud cauſat, niſi id, quod nõ eſt, ac ſi reuera ſit, repræſentando per cognitionem, quæ intentio, ſeu attentio dicitur; ratione cuius, intellectus intentionalis cauſa nuncupatur. Pręterea, ſi ens rationis effingitur ad modum formæ ſubiectum aliquod informantis, tale ſubiectũ erit cauſa materialis receptiua entis rationis, & ipſa forma rationis erit cauſa formalis entis rationis completi ex ipſa, & ſubiecto, in quo recipitur, reſultãtis. Finis intrinſecùs entis rationis incompleti eſt totum, quod conſtituit, aut componit. Finis extrinſecus erit ille, quem agens intellectuale, dum efficit ens rationis, intendit.

47 Hic eſt difficultas; per quam operationem cauſet intellectus ens rationis? Triplex datur intellectus operatio, videlicèt ſimplex apprehenſio, quæ obiectum cognoſcit ſine affirmatione, aut negatione iudicium, quod obiectum repræſentat affirmando, aut negando: & diſcurſus, qui obiectum attingit inferẽdo vnum ex alio. Dico primò: per ſimplicem apprehenſionem poteſt fieri ens rationis, quod abſolutè, & ſimpliciter ſit tale. Probatur: quia per ſimplicem apprehenſionem attingimus ſæpè relationem inter animal, & rationale; tenebras quaſi nigredinem; chimæram, & alia ſimilia, vt experientia conſtat: ſed hæc abſolutè, & ſimpliciter ſunt entia rationis ex vi talis apprehenſionis: ergo per hanc fit ens rationis ſimpliciter. Minor videtur mihi certa: quia apprehenſio attinges relationem inter hominem, & animal; aut tenebras quaſi nigredinem, repræſentat, quod non eſt, ac ſi reuerà ſit, ergo fingit eſſe, quod abſolutè, & ſimpliciter eſt tantùm obiectiuè in intellectu media illa apprehenſione, ſed id, quod abſolute, & ſimpliciter eſt tantùm obiectiuè in intellectu, eſt abſolutè, & ſimpliciter ens rationis: ergo, &c.

48 Dices: apprehenſio non eſt repræſentatio ſimpliciter: ſed ſolùm ſecundum quid: ergo non fingit ſimpliciter obiectum, quod repræſentat aliter, ac eſt in ſe. Patet conſequentia: quia eatenus eſt fictio: quatenus repræſentatio: ergo ſi non eſt repræſentatio rei aliter, ac eſt in ſe, niſi ſolùm ſecundùm quid, non erit fictio, niſi ſolùm ſecundùm quid: atqui id, quod ſolùm eſt fictum ſecundùm quid, eſt tantum ens rationis ſecundùm quid: ergo, &c. Nego primum antecedens: quia apprehenſio eſt repræſentatio quatenus eſt cognitio: atqui eſt cognitio ſimpliciter: ergo & repræſentatio. Maior eſt indubitata. Minor probatur: quia in ſententia omnium apprehenſio conue

nit cum iudicio, & reliquis cognitionibus vniuocè in ratione cognitionis: ergo ſimpliciter eſt cognitio; neque enim ea ratio, quæ ſimpliciter inuenitur in vno, & ſecundùm quid in altero, eſt vniuoca reſpectu illorum, vt nullus non fatetur. Secundo, demus, quod apprehenſio repræſentet ſecundùm quid tantùm, adhuc in hoc caſu nõ poteſt negari, quod relatio ficta per talem repræſentationẽ eſt exiſtens ſecundùm ſe totam ex vi illius taliter, vt ea perſeuerãte nõ poſſit non exiſtere tota relatio: quid ergo illi deeſt, vt ſit ens rationis ſimpliciter? Neque enim deeſt illi aliquid ſuæ entitatis: neque exiſtẽtia propria: ergo nihil deeſt illi ad hoc, vt tã ſimpliciter dicatur ens rationis; ac relatio ſimilitudinis inter duos homines dicitur ens reale.

49 Obijcies: in entibus realibus non poteſt contingere, quòd effectus, qui hic, & nunc exiſtit ab vnâ cauſâ pro eodem tempore deſtruatur ab aliâ, quia iam daretur ſimul eſſe, & non eſſe eiuſdem entitatis realis: ergo neque in entibus rationis poteſt id contingere propter eandem rationem: ſed ſi fieret ens rationis per ſimplicem apprehenſionem, poſſet pro eodem tempore fieri ab vnâ cauſâ, & deſtrui ab aliâ: ergo, &c. Minor probatur: quia, exiſtente ſimplici apprehenſione hominis, lapidis, poteſt dari iudicium negans hominem eſſe lapidem, vt experientia docet: ergo in tali caſu fiet exiſtens ens rationis per apprehenſionem, & deſtruetur exiſtentia eius per iudicium. Hoc argumentum, ſi quid probaret, euinceret quidem, nec per iudicium poſſe fieri ens rationis: quia, exiſtente in me iudicio aſſerente, hominem eſſe lapidem, poteſt dari in alio iudicium negans idem obiectum: ergo iam in eodem tempore, in quo exiſtit ens rationis per vnum iudicium, deſtruitur per aliud.

50 Reſpondeo ergo, in præſenti duo eſſe diſtinguẽda nempè & quòd ens rationis factum per vnam cognitionem, non fiat per aliã; & quòd deſtruatur per iſtã. Primùm contingit in caſu argumenti: non verò ſecundùm; quia iudicium ſuperueniens apprehenſioni, cum cognoſcat rem, vt eſt in ſe, negando hominem eſſe lapidem, nõ facit ens rationis. Cæterùm non deſtruit illud, quod factum eſt per apprehẽſionem, quia illud ens rationis eatenus eſt, quatenùs repræſentatur per apprehẽſionem id, quod non eſt, ac ſi reuerà ſit: at iudicium ſuperueniens non facit; quod per apprehenſionem non repræſentetur id, quod non eſt, ac ſi reuerà ſit: ergo non tollit de medio eſſe entis rationis. Hinc eſt, verificari de facto in præſenti caſu, ens rationis, quod fit per vnam cauſam, non fieri per aliam; non vero verificatur, quòd ens rationis ſimul fiat, & non fiat; exiſtat, & non exiſtat: quia, cum negatio diſtribuat terminũ, quem afficit, quia abſolutè dicit, *nõ fieri* aut *nõ exiſtere* ens rationis, negat

om-

Digitized by Google

omnem efficientiam, aut exiſtentiam entis rationis: quæ quidem negari non poſſunt, ſi detur vna cauſa actu efficiens ens rationis, etiam ſi de facto plures aliæ non efficiant.

51 Dico ſecundò: non ſolùm fit ens rationis per ſimplicem apprehenſionem; ſed etiã fit per iudicium, quod ſubſequitur apprehenſionẽ, & repræſentat idem obiectum. Ex. gr. apprehendit quis relationem in natura vniuerſali; poſteà per iudicium affirmat illam relationẽ de naturâ. In hoc caſu non ſolùm cauſatur relatio rationis per apprehẽſionem: ſed etiam per iudicium. Hæc eſt communis inter authores, ſi vnum, vel alterũ recentiorem excipias. Probatur: quia ens rationis fit per cognitionem repræſentantem id, quod nõ eſt, ac ſi reuerà ſit; ſed per iudiciũ affirmans eſſe in natura vniuerſali relationẽ ad inferiora, repræſentatur relatio, quæ reuerà non eſt, ac ſi reuerà ſit: ergo fit ens rationis per tale iudicium. Secundò, quia ſi ſemel poſito iudicio repræſentãte relationem vniuerſalis in naturâ, auferret Deus apprehenſionem conſeruando iudicium: tale iudicium eſſet tunc efficientia entis rationis; ſiquidem tunc relatio haberet eſſe, & nõ eſſet alia cognitio per quam illud haberet: ergo nunc etiam quãdo eſt coniunctum cum apprehenſione eſt efficientia ipſius entis rationis. Probo conſequentiam: quia ablatâ apprehenſione nõ repræſentaret alia ratione, ac nunc repræſentat: ergo, ſi tunc eſſet efficiẽtia entis rationis, nunc etiam erit. Iiſdẽ rationibus probari poteſt ens rationis fieri poſſe per diſcurſum.

52 Obijcies: ea cognitio eſt efficientia entis rationis, quæ illud reducit de nõ eſſe ad eſſe; ſed prædictum iudiciũ nõ reducit relationẽ vniuerſalitatis de non eſſe ad eſſe: ergo nõ eſt efficiẽtia illius. Minor probatur: quia cum apprehenſio ſupponatur ad iudiciũ, illa reducet relationem de nõ eſſe ad eſſe, atque adeò iudiciũ non poterit id præſtare. Reſpondeo nõ ſolùm cognitionẽ reducentẽ ens rationis de non eſſe ad eſſe dici efficientiam illius, ſed etiã illam, quę ita illud repræſentat, vt non eſſet exiſtens; poneretur de facto per ipſam. Id, quod in cauſis realibus admittũt omnes, qui dicunt, vnũ, & eundẽ effectum poſſe produci ſupernaturaliter à duplici cauſa: in quo caſu nõ ſolùm eſt cauſa efficiens illa, quæ effectum reducit de nõ eſſe ad eſſe; ſed etiã illa quæ effectũ ipſum attingit per actionẽ ex ſe ſufficientẽ ad illũ adæquatè cauſandũ, etiamſi deficeret prior cauſa. Idem dicito de ente rationis. Et ſanè, ſi argumentũ vim aliquam haberet, probaret quidem, quod, ſi poſtquam ego apprehendi relationem inter animal, & rationale, alter illam etiam apprehenderet, non efingeret ens rationis, quod nullus concedet; quia per accidens ſe habet ad apprehẽſionem alterius, quod mea tempore præceſſerit.

Digitized by Google

53 Ex dictis colligo, ens rationis fieri per quamlibet cognitionem repræſentantem rem aliter, ac eſt in ſe; ſiue antea factum fuerit per aliam, ſiue non. Eſt tamen aduertendum, duplici modo poſſe cognoſci rem aliquam aliter, ac eſt in ſe; negatiuè, videlicet, & poſitiuè. Cognoſcitur aliter, ac eſt in ſe, negatiuè quando, licèt non cognoſcatur in re aliquid, quod reuerà non ſit: nihilominus non exprimuntur omnia, quæ ſunt idem cum ipſa re. Hac ratione cognoſcitnr natura hominis per cognitionem, qua præſcinditur ab inferioribus; per hanc enim cognitionem attinguntur prædicata eſſentialia hominis ſecundùm ſe non cognitis expreſsè differentijs inferioribus, cum quibus identificantur. Cognoſcitur verò res aliter, ac eſt in ſe poſitiuè, quando in ipſa cognoſcitur aliquid, quod reuera non eſt: vt quando cognoſcitur natura hominis cum intrinſecâ relatione ad inferiora, quæ reuerà non eſt in illâ. Dum autem dicimus ens rationis fieri per cognitionem repræſentantem rem aliter, ac eſt in ſe, non loquimur de priori cognitione; ſed ſolùm de poſteriori. Prior enim, licet non exprimat omnia prædicata rei nihil tamen cognoſcit in illâ, quod non ſit, & ideo nihil fingit. Per poſteriorem vero effingitur, quod non eſt, & ideò fit ens rationis.

54 Dices: per priorem cognitionem, nempè per mere præſciſiuam cognoſcitur natura ſine differentijs inferioribus; ſed eſt impoſsibilis natura ſine differentijs inferioribus: ergo cognoſcitur id, quod eſt impoſsibile, ac ſi ſit poſsibile, ac per conſequens fit ens rationis per talem cognitionem. Diſtinguo maiorem: per priorem cognitionem cognoſcitur natura ſine differentijs ex parte cognitionis, concedo: ex parte obiecti, nego maiorem. Eſt dicere: cognoſcitur natura per cognitionem, quæ non exprimat differentias; non verò per cognitionem, quæ cognoſcat in naturâ negationem differentiarum. Deinde diſtinguo minorem eodem modo: eſt impoſsibilis natura ſine differentijs ex parte obiecti, concedo: ex parte cognitionis, nego minorem: hoc eſt, impoſsibilis eſt naturà, quæ entitatiuè non ſit identificata cum differentijs; non verò natura, cuius identitas cum differentijs nō attingatur expreſsè per cognitionem, per quam expreſsè attingitur ipſa natura. Et denique nego cōſequētiā: quia ex parte obiecti nihil attingitur in caſu poſito, quod repugnet; attingûntur enim prædicata eſſentialia ſecundum ſe (quæ quidem nullatenùs repugnant) licèt non attingantur cum omnibus, cum quibus identificantur.

(.✠.)

SECTIO VII.

Vtrum ens rationis fiat per cognitionẽ directam, aut per reflexam.

55 COgnitio directa dicitur illa, quà res diſtincta à cognitione cognoſcitur ſecundùm ſe; non prout cognita per aliā cognitionē: vt cognitio, qua homo, aut paries ſecundum ſe cognoſcitur. Cognitio reflexa eſt illa, quà cognoſcitur alia cognitio, ſeu obiectum aliquod vt cognitū per aliā cognitionem, vt cognitio attingens cognitionē hominis, aut hominem vt cognitum. Hæc dicitur reflexa, quia per illam quaſi reflectitur intellectus ſupra ſuam operationem, vel ſupra ſe ipſum vt operantem. Inquirimus ergo in præſenti: an ad ens rationis effingendum ſufficiat cognitio directa; vel neceſſaria ſit reflexa, quæ aliam directam ſupponat erga obiectum, circa quod effingitur ens rationis.

56 Nonnulli recentiores docent, nullum ens rationis ad ſui exiſtentiam requirere cognitionē reflexam. Probatur: quia cognitio reflexa eſt, qua intellectus cognoſcit, ſe aliquid cognouiſſe; vel ergo per priorem cognitionē factum eſt ens rationis; vel non eſt factum. Si hoc vltimum: ergo nec fiet per reflexam: quia cognitio reflexa præter obiectum directæ nihil aliud attingit, niſi ipſam cognitionem directam: ſed cognitio directa non eſt ens rationis fictū: ergo ſi obiectum cognitionis directæ non eſt ens rationis nullum ens rationis attinget cognitio reflexa. Si factū eſt ens rationis per cognitionem directam: ergo ante cognitionem reflexam habet iam eſſe illud ens rationis: ergo ad ſui exiſtentiam non indiget cognitione reflexa.

56 Secunda ſententia aſſerit, omne ens rationis fieri per cognitionem reflexam. Ita P. Rub. hic num. 7. circa finē. P. Suar. in Met. diſp. 54. ſect. 2. num. 16. adducūtur etiam pro hac ſententia PP. Connimbr. quæſt. 6. Vniuerſaliū art. 1. & P. Tolet. quæſt. 1. de ſecundis intentionib⁹; immerito tamē, vt dicā infra. Pro huius ſententiæ probatione ſupponitur primò actum intellectus dici intentionem, ſeu attentionem, quia per illum attendit, ſeu intendit intellectus in obiectum. Supponitur ſecundò, cognitionem directā dici primam intentionem, quia per illam quaſi primò intendit intellectus in obiectum, cum non ſupponat illud cognitum per aliam cognitionem: cognitio verò reflexa dicitur ſecunda intentio, quia per illam intellectus ita intendit in obiectum, vt ſupponat aliam intentionem circa illud, cùm illud ſupponat iam cognitum per aliam priorem cognitionem. Hæc diſtinctio intententionū refunditur etiā in obiecta: nam obiectum cognitionis directæ, ſeu primæ intentionis dicitur prima intentio obiectiua; obiectum verò cognitionis reflexæ, ſeu ſecundæ intentionis

dicitur ſecũda intẽtio obiectiua. Vſus tamen iam obtinuit in ſcholis, vt prima, & ſecunda intentio abſolutè ſumantur pro obiectis, quæ ſunt intentiones obiectiuæ, potiùs, quàm pro cognitionibus, quæ ſunt intentiones formales. Hâc ergo ſuppoſitâ doctrinâ, quę ab omnibus admittitur.

58 Probatur hæc ſententia primò: quia entia rationis appellantur ſecundæ intentiones; ergo ſunt obiecta ſecundarũ intẽtionũ formalium: ergo, cum ſecundæ intentiones formales ſint cognitiones reflexæ, per has fient entia rationis. Patet conſequentia: quia ens rationis fit per illam cognitionem, cuius eſt obiectum, ſeu per quam obijcitur intellectui. Secundo: quia ens rationis eſt, aut fit per cognitionem, per quã cognoſcitur: atqui non cognoſcitur per directam cognitionem, ſed per reflexam: ergo per hanc fit, & non per illam. Minor probatur quia relatio ſubiecti, & prædicati non cognoſcitur per cognitionem, per quam prędicatum affirmatur de ſubiecto: ſed per cognitionem aliam reflectentem ſupra talem affirmationem; ergo, &c.

59 Dico primò: non eſt neceſſarium, quod omnia entia rationis fiant per cognitionem reflexam. Probatur: quia plura entia rationis fiunt per cognitionẽ, quæ non tendit in obiectũ prout cognitum per aliam cognitionẽ: ergo fiunt per cognitionem non reflexam. Antecedens probatur inductione, nam hyrcoceruum fingo per cognitionem, quæ non repræſentat illum vt cognitũ per aliam, quia ad cognitionem effingentem identitatem hyrci, & cerui non ſupponitur alia prior cognitio attingens eandem identitatem: alioqui per hanc priorem cognitionem fingeretur. Deinde cognitio repræſentans priuationem, ac ſi ſit nigredo, non habet pro obiecto aliam cognitionem: vt experientia docet: neque cognitio, quâ, dum cognoſco parietem viſum, fingo relationem inter parietem, & viſionem, habet pro obiecto aliam cognitionem intellectus; cùm per eandem cognitionem, quâ illum vt viſum cognoſco, effingam talem relationem, vt docet experientia: ergo plura dantur entia rationis, quæ per cognitionem non reflexam effinguntur.

60 Dices: ad hoc, vt hyrcoceruus cõfingatur, eſt neceſſariũ, quod præcedat cognitio vna hyrci, & alia cerui; neque enim intellectus poteſt duo extrema cõiungere quin prius illa apprehenderit: & idem dicendum eſt de cognitione priuationis quaſi nigredinis: ergo cognitio factiua hyrcocerui ſupponit alias duas cognitiones circa ſuum obiectũ, atque adeò erit reflexa. Sed contra in primis cognitio ſupponens aliam cognitionem circa obiectum non dicitur reflexa, niſi habeat pro obiecto illam aliam cognitionẽ. Id eſt certum apud omnes: quia in omnium ſententiâ, nullum habe-

mus

mus iudiciū pro hoc ſtatu, quod nos ſupponat apprehenſionē terminorum; & tamē nullus eſt, qui dicat, omnia iudicia eſſe cognitiones reflexas; certè nō alia de cauſa, niſi quia iudicium nō ita attingit obiectum, vt habeat etiā pro obiecto apprehenſionem præcedentem: ergo, licèt ad fictionem hyrcocerui ſupponantur apprehēſiones hyrci, & cerui, non dicetur effingi per cognitionem reflexam, cum talis fictio non habeat pro obiecto alias cognitiones. Secūdò, ad hoc, vt ego cognoſcam parietem vt viſum, non eſt neceſſarium, quod præceſſerint aliæ cognitiones parietis, & viſionis; ſed per eandem cognitionem, per quam attingo viſionem parietis, cognoſco parietem vt viſum; quia eo ipſo, quòd cognoſco viſionem parietis, cognoſco parietem terminare viſionem, & hoc eſt, eſſe viſum: atqui per cognitionem, qua cognoſco parietem vt viſum, fingo [illegible]nem, vt dictum eſt: ergo non [illegible] illam per reflexam cognitionem.

61 Dico ſecundò; plura dantur entia rationis, quæ non fiunt niſi per cognitionem reflexam. Ita P. Tolet. & PP. Cónimbr. adducti pro ſecundâ ſententiâ: qui quidêm ſolùm loquuntur de ſecundis intentionibus vniuerſalis, & prædicabilis; quę fiunt per cognitionem reflexam; non verò loquūtur de omnibus entibus rationis. Probatur: quia eo ipſo, quod cognoſcimus obiectum aliquod vt directè cognitū ab intellectu, fingimus in illo relationē rationis inter ipſum, & cognitionem: ſed hęc relatio nō poteſt fingi niſi per cognitionem reflexā: ergo datur aliqua relatio, quę nō fiat, niſi per cognitionem reflexam. Maior eſt certa ex ſect.5. in qua probauim⁹, omnem denominationem extrinſecam prout à nobis cognitam inuoluere ens rationis. Minor probatur quia hæc relatio non fingitur, niſi per cognitionem attingētē obiectū vt cognitum per priorem aliam cognitionem: ſed cognitio attingens obiectum vt cognitum nō poteſt non eſſe reflexa: ergo non fingitur niſi per cognitionem reflexam.

62 Hinc noſces quare vniuerſalitas, & prędicabilitas appellētur ſecundæ intētiones: quia videlicet, vniuerſalitas, & prædicabilitas, vel ſunt cognitiones poſſibiles, per quas natura poteſt cōſtitui in multis, & de illis prædicari, vt diximus diſp.5. ſect.3.p.3. & ſic vniuerſalitas, & prædicabilitas, vt potè quę cognoſci poſſūt per alias cognitiones, ſunt obiecta cognitionis reflexæ, aut ſecūdæ intentionis formalis; ac perconſequens erunt ſecundæ intentiones obiectiuæ: vel ſunt relationes rationis (vt volunt alij) quas fingimus in naturâ vniuerſali vt abſtractâ ab inferioribus per cognitionem præſciſiuam; & ſic ſunt etiam obiecta cognitionis reflexæ, aut ſecundæ intentionis formalis fingentis tales relationes in naturâ prout cognitâ per præſciſiuā cognitionem, ac perconſe-

repræſentare montem aureum, & hominem leonē: ergo poteſt facere ens rationis. Secundo: quia potentia imaginatiua comitatur intellectū in omni intellectione, imaginando ea, quæ intellectus intelligit: ergo, quando intellectus effingit ens rationis per ſuam intellectionem, imaginatio etiā illud effingit per ſuum actum. De ſenſibus externis poſſet idem probari: quia viſus percipit colores, qui reuerà non exiſtunt, vt conſtat in ijs, qui videntur in Iride. Deinde per vitrum triangulare videmus arbuſta diuerſis coloribus depicta, quæ reuerà nō inueniuntur in rerum naturâ: ergo confinguntur per ſenſus entia rationis.

66 Dico primò: voluntas non eſt effectiua entis rationis, (idem dicito de appetitu ſenſitiuo) Ita P. Suar. & P. Rub. vbi ſupra, & P. Vazq. 1. p. diſp. 115. cap. 2. & alij plures. Probatur primo: quia voluntas non poteſt dare eſſe enti rationis: ergo non poteſt illud cauſare. Antecedens probatur: quia cauſa non aliter dat eſſe effectui, niſi ponendo illum in rerum naturâ phyſicè, aut intētionaliter: ſed voluntas non poteſt in rerum naturâ ponere phyſicè ens rationis, vt patet: Neque intentionaliter: quia poni aliquid intentionaliter in rerum naturâ nihil aliud eſt, quàm fieri intētionaliter præſens in rerum naturâ: atqui obiectum non fit intentionaliter præſens per actum voluntatis: ergo non ponitur in rerum naturâ per actū voluntatis. Minor eſt certa: quia obiectum fieri intentionaliter præſens per actum eſt repræſentari per actum; atqui actus voluntatis non repræſentat obiectum; ſed eſt pondus voluntatis in illud, vt fatentur omnes ad lib. 3. de Anim. ergo obiectum non fit intentionaliter præſens per actum voluntatis: ergo quando voluntas tēdit per ſuum actum in obiectū, quod reuerá non eſt, nūllū eſſe tribuit illi; ac per cōſequens nō poteſt efficere ens rationis. Confirmatur cōcluſio: quia ens rationis, ſeu fictum dicitur illud, cuius eſſe eſt tantum obiectiuè in potentia, â qua cauſatur: ſed nullum ens poteſt eſſe obiectiuè in volūtate ratione proprij actus: ergo nullum ens rationis poteſt fingere, aut cauſare volūtas per ſuum actum. Minor eſt certa: quia rem eſſe obiectiue in potentia eſt obijci, ſeu repræſentari potentiæ: atqui obiectum voluntatis non obijcitur, ſeu repræſentatur voluntati per proprium ipſius actum, vt concedunt omnes: ergo non eſt obiectiuê in voluntate per actum ipſius voluntatis.

67 Ad rationem adductā pro ſententiā Scoti diſtinguo maiorem: ideò dicimus, intellectum fingere ens rationis, quia ea, quæ inter ſe nō ſunt ordinata, cognoſcit vt ordinata, ponēdo in illis talem ordinationem, concedo: non ponendo in illis talem ordinationē, nego maiorē, Deinde diſtinguo minorē: ſed voluntas poteſt ordinare ea, quæ nō ſūt ordinata, ponendo in illis aliquid, nego: no

po-

ponẽdo aliquid in illis, concedo minorem & nego conſequẽtiam. Itaque id eſt diſcriminis inter voluntatem, & intellectum, quod hic cum verſetur circa obiectum illud repræſentando, præſens facit obiectum per ſuum actum; atque adeò, licet obiectum aliàs non ſit, aliqualiter ponitur in rerum naturâ per talẽ actum; quod ſufficit, vt dicatur, eſſe aliquod accipere ab intellectu. At verò volũtas nõ facit obiectum præſens per ſuum actum; ſed potius illo quaſi pondere quodam fertur ad ipſum obiectum. Hinc eſt, quod licèt amet bonitatem, quæ reuerà non eſt in obiecto, non cauſat illam; quia nullatenus illam ponit in rerum naturâ. Ex hoc conſtat ad confirmationem.

68 Dices: voluntas poteſt iuxta ſententiã probabilem ferri de potẽtiâ Dei in obiectum incognitum. Ponamus ergo, quod feratur in bonitatem, quæ reuera non datur. In hoc caſu bonitas illa non habet eſſe ab intellectu, cum illã non cognoſcat, vt ſupponimus: ergo habet eſſe à voluntate illam amante. In primis dici poſſet, voluntatem ſine cognitione præcedente non poſſe ferri in bonitatẽ, quæ reuera non eſt: quia non poteſt ferri niſi in bonum verũ, vel apparens: ſed talis bonitas nõ eſt vera, vt conſtat, neque apparens, quia non apparet per cognitionẽ, vt ſupponimus: ergo non poteſt eſſe obiectũ voluntatis. Hinc eſt, quod, ſi voluntas poſſit ferri ſine prævia cognitione in bonum, id præſtabit circa bonum, quod iam eſt tale, quia hoc ante cognitionẽ habet rationem formalẽ obiecti voluntatis; non verò circa bonum fictum, quia hoc non habet rationem formalem boni, quouſque illi tribuatur ab intellectu.

69 Vel ſecundò reſponderi poteſt, voluntatẽ in eo caſu amaturã bonitatem illam, quæ fingeretur ab intellectu, ſi actu cognoſceretur. Neque ad hoc eſt neceſſariũ, quod actu ſit conficta; ſed ſolùm, quod fingi poſsit. Ratio huius eſt quia ad hoc, vt bonitas ſit intra ſphæram obiecti voluntatis, ſufficit, quod ſit poſsibilis. Id eſt certum in bonitate reali, quæ, antè quã ſit exiſtẽs, amatur ſæpe à volũtate, vel per cõplacentiã poſsibilitatis illius, vel per deſiderium exſtentiæ. Pergo. Sed, licèt non cognoſcatur actu bonitas rationis, eſt poſsibilis: quia antè quàm de facto cognoſcantur, poteſt fingi: ergo ante cognitionẽ habet id, quod ſufficit [illegible] ſit intra ſphæram obiecti volũ[illegible] ergo ſicut volũtas poteſt de potentia Dei amare bonitatẽ realem abſque præuiâ cognitione, quia ante iſtam eſt intra ſphæram obiecti voluntatis; ſic etiam poterit amare bonitatẽ rationis; ſi quidem ante cognitionem eſt intra ſphæram obiecti voluntatis. Hoc magis explicabitur in lib. de Ani. dum agam de ſenſibus externis; an poſsint percipere obiectum non exiſtens?

70 Dico ſecũdò: neq; ſenſus externi, neq: interni poſſunt fingere entia rationis. Ita P. Hurtado

in

in Met. diſp. 19. ſect. 5. quoad ſenſus externos conſentit P. Suarez. Probatur: quia tam ſenſus interni, quàm externi cognoſcunt ſua obiecta per ſpecies ex ipſis obiectis prouenientes, vt concedunt authores ad lib. de Anim. ſed neque poſſunt ſpecies prouenire ſenſibus ab entibus rationis, neque eis, quas à realibus accipiunt, poſſunt vti ad alia confingenda: ergo non poſſunt entia rationis efficere. Minor eſt certa quoad priorem partem: quia, cum ens rationis nihil ſit, nullam actionem poteſt habere, per quam producat ſpecies in potētijs ſenſitiuis. Poſterior pars probatur: quia non poſſunt vti ſpeciebus proprijs vnius entitatis realis ad cognoſcendū aliam omnino diſtinctam, id enim ſoli intellectui conceditur in lib. de Anim. neque poſſunt vti ſpeciebus plurium obiectorum ad cognoſcēda; vt coniuncta, quæ non poſſunt cō iungi ex parte obiecti (vt multi dicunt de imaginatiua, poſſe ſcilicet vti ſpeciebus montis, & auri ad cognoſcendū montem aureū, & ſpeciebus hyrci, & cerui ad cognoſcendū hyrcoceruum) quia huiuſmodi vſus ſpecierum non eſt poſsibilis ſenſibus externis in ſententia omnium; neque imaginatiuæ, aut alicui alteri ſenſui interno, in mea ſententia, quam probo in lib. de Anima.

71 Secundò: dato, quod imaginatiua poſſet vti ſpeciebus pluriū diſtinctorū ad cognoſcendū vnū quaſi compoſitum ex illis, adhuc non poſſet fingere ens rationis: quia in tali caſu nō poſſet vti talibus ſpeciebus ad cognoſcēdā ſubſtantiam montis aurei, aut hyrco cerui; (neque enim ſenſus attingit cognitionem ſubſtantiæ, vt fatentur communiter authores ad lib. de Anim.) ſed ſolùm ad cognoſcenda accidētia montis, & auri; hyrci, & cerui taliter, vt ex eis coaleſcat figura hyrcocerui, & magnitudo montis colore aureo circumfuſa: atqui hec non eſt ens rationis: ergo non fingit imaginatiua ens rationis. Minorem probo, quia ex vna parte neque magnitudo montis colore aureo circumfuſa, neque figura hyrco cerui ſunt impoſsibiles, cum poſsit à pictore depingi; ex alia parte imaginatiua non concipit eas vt exiſtētes in aliqua determinatâ temporis differentiâ, quia ſenſus non attingunt differētias temporum, vt probo in lib. de Ani. ſed ſolùm cō cipit exiſtentiam, quam haberēt, ſi de facto ponerentur in rerum naturâ, in quo nulla datur fictio, cū eam non applicet tempori, in quo non exiſtit: ergo ex nullo capite fingit ens rationis. Patet cōſequētia: quia, ſi ex aliquo capite illud fingeret, maximè vel quia idquod eſt impoſsibile concipit vt poſsibile, aut exiſtēs; vel quia id, quod eſt poſsibile, & non exiſtens, cognoſcit vt exiſtens in aliqua differē tia temporis determinata: ergo cum nihil horū cognoſcat, non faciet ens rationis. Ex his ſoluitur primum argumentum ſecundę ſententiæ circa imaginatiuam.

72 Ad ſecundum nego antecedens

dis, nempè, quod imaginatiua comitetur intellectum, imaginando ea, quæ intellectus intelligit; ſufficit enim, quod vel ea concipiat, vel aliud ad cuius ſimilitudinem, vel per cuius ſpecies intellectus intelligit ea, quę fingit. Ad id, quod adducitur de ſenſibus externis, reſpondeo, potentiam viſiuā videre in Iride aut veros colores, aut veram lucem tali modo attemperatam, vt intellectus exiſtimet, eſſe veros colores. In vitro verò triangulari ideo apparēt arbuſta, & colores varij, quia colores aliqui, & nōnullæ arbores pręſentes mittūt ſpecies ad potētiam viſiuam, quę in vitro illo ob oculos poſito taliter recipiuntur, vt per varias reflexiones, & per diuerſas lineas repręſentēt eas arbores, & colores, ita vt intellectus exiſtimet eſſe in pluribus locis id, quod per viſum reverà concipitur in vno ſolùm. Id explicabo in lib. de Ani. quia logicorum capacitatem excedit.

SECTIO IX.

An Deus cognoſcat, & faciat entia rationis?

73 DVobus modis poteſt intelligi, quod Deus cognoſcat & faciat entia rationis. Primò ita vt ex ſe, & independenter ab intellectu aliquo creato illa cognoſcat & faciat. In quo caſu, & ſi nullus intellectus creatus eſſet poſsibilis, ipſe Deus ex ſe, & per ſe confingeret ens rationis. Secundò, ita vt Deus non ex ſe, & independenter ab intellectu creato; ſed ex occaſione cognitionis creatę, quam Deus cognoſcit neceſſario, cognoſcat etiam ens rationis à creatâ cognitione formatū, & illud per ſuam ipſe cognitionem etiam effingat. De vtroque modo procedit præſens difficultas.

74 Prima ſententia tenet, Deū ex ſe, & omnino independēter ab intellectu creato entia rationis cognoſcere, & effingere. Ita Henr. quodlib. 1. q. 1. Canar. 1. p. q. 28. art. 2. diſp. 2. dub. 2. P. Molin. 1. p. q. 18. art. 2. diſp. 3. concl. 5. P. Val. 1. part. ad quęſt. 14. punct. 7. §. *Hoc autem* P. Fonſec. 4. Met. c. 2. quæſt. 6. ſect. 14. & nonnulli recentiores. Secunda ſententia tenet, Deum neque facere, neque cognoſcere entia rationis, adhuc prout facta ab intellectu creato. Ita P. Vazq. 1. p. diſp. 118. ca. 4. & plures ex eius diſcipulis. Tertia ſententia docet, Deum cognoſcere entia rationis nō ex ſe primariò, ſed vt & facta vel factibilia ab intellectu creato, ac per cōſequēs ea ipſa facere dependenter ab intellectione creatâ, quā cognoſcit facere ens rationis. Ita P. Suar. in Met. di. 54. ſect. 2. n. 19. P. Arrub 1. part. 54. c. 5. & alij plures. Quarta ſententia eſt, Deum non cognoſcere entia rationis, niſi dependēter ab intellectione creatâ ipſa entia rationis effingente, & nullatenus ea efficere. Hanc tenent P. Faſol. 1. q. 14. art. 9. diſp. 2. num. 8. P. Ruiz. de Scient. diſp. 17. ca. 2. P. Heric. 1. p. diſp. 8. P. Hurt. in

in Mat. diſp. 19. ſect. 6. P. Arriag. diſp. 6. ſect. 5. P. Rub hic n. 17. & plures recentiores. Hæc eſt vera, & tenenda. Pro maiori tamen explicatione, & clariori probatione.

75 Dico primò: Deus ex ſe, & ſine ordine ad intellectionẽ creatam neque facit ens rationis, neq; illud cognoſcit. Ita authores ſecũdæ, tertiæ, & quartæ ſentētię Probatur: quia, ſi Deus ex ſe faceret ens rationis, deberet cognoſcere rem aliter, ac eſt in ſe à parte rei: ſed nulla cognitio rei aliter, ac eſt in ſe dari poteſt in Deo, ergo nulla cognitio dari poteſt in Deo, quà ex ſe faciat ens rationis. Maior eſt certa: quia, vt ex ſuperioribus conſtat, ens rationis nõ fit niſi per cognitionẽ attingentẽ rẽ, quę non eſt, ac ſi reuerà ſit; aut rẽ, quę eſt, ac ſi reuerà nõ ſit, quod eſt attingere rẽ aliter, ac eſt in ſe à parte rei. Minorẽ probo: quia cognitio rei aliter, ac eſt in ſe, eſt imperfecta in ratione cognitionis; ſed in Deo nullatenùs admittẽdaeſt cognitio imperfecta in ratione cognitionis: ergò neq; cognitio rei aliter, ac eſt in ſe. Maior videtur mihi certa: quia quæuis cognitio eſt repręſentatio ſui obiecti: repręſentatio autẽ, quę nõ repręſentat ſuũ obiectum, vt eſt, nõ poteſt nõ eſſe imperfecta in ratione repræſentationis: ſicut imago Petri v. g. quæ non repræſentat Petrum, ut eſt in ſe, in conſenſu omnium eſt imperfecta in ratione imaginis.

76 Dicũt nonnulli ex aduerſarijs, Deum non poſſe per iudiciũ cognoſcere rem aliter, ac eſt in ſe, quia tale iudicium eſſet falſum & nullatenùs admittendum eſt iudicium falſum in Deo, qui nec falli poteſt, neque fallere: bene tamen poſſe per apprehenſionem; quia cum apprehenſio rei aliter, ac eſt in ſe, ſit idem in Deo cum iudicio rem ipſam attingente, vt eſt in ſe, nullam imperfectionem poteſt importare Deo. Idque confirmāt ex eo, quod Deus debet cognoſcere res omni modo quo ex ſe ſunt cognoſcibiles: atqui ex ſe non ſolùm ſunt cognoſcibiles, vt ſunt in ſe, ſed etiam aliter, ac ſunt in ſe: ergo Deus cognoſcet illas vtroque modo: atqui non poteſt illas cognoſcere aliter ac ſunt in ſe per iudicium, quia eſſet falſum: ergo per apprehenſionem eas cognoſcet.

77 Hæc ſolutio multa continet mihi difficillima. Et in primis in Deo concedit ſimplicem apprehenſionem, quam puto prorſus à Deo relegandã; quia eſt cognitio indiſtincte, & ſine diſcretione attingens obiectũ, ac per cõſequēs eſt valdè imperfecta in ratione cognitionis: etenim de cõceptu cognitionis eſt rẽ exprimere, & proptereà dicitur eſſe ſpecies expreſſa obiecti, ſeu illã importare: ſed cognitio indiſtinctè, & confusè rẽ attingens nõ eãm exprimit perfectè, vt conſtat: ergo non eſt perfecta in ratione cognitionis: ergo Deo prorſus denegãda. Secundo: admittamus in Deo ſimplicẽ apprehenſionem. Vel hæc repræſentat rem, vt eſt in ſe à parte rei, vel non

non. Si primum, non fiet per illam ens rationis, ſicut neque per iudicium fit, quia repræſentat rem, vt eſt in ſe. Si ſecundum, neceſſarium eſt, quod ſit imperfecta in ratione cognitionis: ex eo enim iudicium falſum, eſt imperfectũ in ratione cognitionis, quia non cõformatur ſuo obiecto, vt eſt in ſe: ergo, cum ea apprehenſio per te non conformetur ſuo obiecto, vt eſt in ſe, erit etiam imperfecta in ratione cognitionis. Et quidẽ imago depicta Petri nõ aliter ad illũ refertur, niſi tanquàm ſimplex repræſentatio ipſius; & tamen, ſi illum non exprimit perfectè, vt eſt in ſe, cenſetur eſſe imperfecta in ratione repræſentationis: ergo idem dicendum eſt de ſimplici apprehenſione, licèt hæc non aliter referatur ad obiectum, niſi tanquàm ſimplex repræſentatio illius.

78 Tertio mihi diſplicet id, quod addunt, Deum, videlicet, debere cognoſcere res aliter, ac ſunt in ſe, quia ex ſe ſunt cognoſcibiles aliter, ac ſunt in ſe. Sic igitur argumentor. Ex eo dicis, res ex ſe eſſe cognoſcibiles aliter, ac ſunt in ſe, quia vides à nobis ita cognoſci; neque enim aliundè potes id colligere: ſed non ſolùm per apprehenſionem cognoſcimus res aliter, ac ſunt in ſe; ſed etiam per iudicium: ergo ex ſe ſunt cognoſcibiles per iudicium aliter, ac ſunt in ſe. Patet conſequentia: quia per te Deus debet res cognoſcere omni modo, quo ex ſe ſunt cognoſcibiles: ergo, cum ex ſe ſunt cognoſcibiles per iudicium aliter, ac ſunt in ſe, vt probatum eſt Deus illas cognoſceret per iudicium aliter, ac ſunt in ſe. Dices, non poſſe; quia tale iudicium inuoluit imperfectionem. Bene. Ergo, cum ſimplex apprehenſio attingens rem aliter, ac eſt in ſe, inuoluat imperfectionem, vt probatum eſt, non poterit concedi Deo talis apprehenſio.

79 Deinde falſum omnino eſt quòd res ex ſe ſint cognoſcibiles aliter, ac ſunt in ſe; quia, licet ſæpè cõtingat, quod ex parte rerum detur fundamentũ aliquod, vt intellectus imperfectus eas attingat aliter, ac ſunt in ſe; nunquam tamen concedẽdum eſt, eas eſſe ex ſe cognoſcibiles aliter, ac ſunt in ſe: quia cognoſcibilitas intrinſeca rerum nihil aliud eſt, quàm ipſa entitas earum ſecundùm ſe, vt nullus non fatetur: ergo illa ſola cognitiò attingit cognoſcibilitatem intrinſecã rerum, quæ repræſentat earum entitatem ſecundùm ſe: atqui cognitio repræſentans res aliter, ac ſunt in ſe, non repræſentat illarum entitatem ſecundùm ſe; ſed vt identificatam cum aliâ, ſeu vt habentem entitatem aliam, quam confingit intellectus per talem cognitionem: ergo non repræſentat earum cognoſcibilitatem; ſed aliam, quam confingit intellectus, quod, cum non poſsit propter ſui imperfectionem attingere propriam rei cognoſcibilitatem, vt eſt in ſe, fingit aliam illi extrinſecùs aduenientẽ, vt quo quomodo illam entitatem attingat.

gat.

gat. Hinc eſt, quod cognitio rei aliter, ac eſt in ſe non eſt tribuenda exigentiæ obiecti; ſed imperfectioni intellectus verſantis circa illud. Cum autem in intellectum Diuinum nulla cadere poſſit imperfectio; nullatenùs dicendum eſt cognoſcere res aliter, ac ſunt in ſe.

80. Secundò probatur noſtra concluſio: quia, ſi Deus ex ſe, & ſine ordine ad intellectionem fingeret ens rationis, id præſtaret per cognitionem exprimentem repugnantiam, ſeu negationem realẽ alicuius rei impoſſibilis; hyrcocerui v.g. hanc aſsignant authores oppoſitæ ſententiæ: quia, cùm Deus hanc habet cognitionem, *hyrcocerauus non eſt poſsibilis, ſeu non exiſtit*, non ſolũ cognoſcit negationẽ, ſeu repugnantiam hyrcocerui; ſed etiam ipſum hyrcoceruum, atque adeò hyrcoceruus aliquod eſſe habet in cognitione Dei, quod non habet extra cognitionem, cum ex parte rerum nihil omninò ſit) atqui Deus non fingit ens rationis per hanc cognitionẽ: ergo per nullã. Minorem probo: quia hyrcoceruus nõ repræſentatur per hanc cognitionem vt habens aliquod eſſe ex parte obiecti, ſed potiùs vt carens omni poſſibilitate, & exiſtentia: ergo nullum eſſe accipit per talem cognitionem, quod ipſe non habeat ante illam: atqui cognitio nullum dans eſſe rei præter id, quod ipſa rei ex parte ſui habet ante talem cognitionem, non facit ens rationis: cum nullum eſſe fingit; ergo nullum ens rationis cauſat Deus per illam cognitionem.

81. Dicunt per hoc iudicium, quo Deus dicit, *hyrcocerauus nõ eſt exiſtens, ſeu non eſt poſsibilis*, præter negationem exiſtẽtiæ, aut poſſibilitatis cognoſcitur etiã hyrcoceruus, quia cognoſci non poteſt negatio, quin res oppoſita cognoſcatur: eo autem ipſo quod hyrcoceruus cognoſcitur, eſt obiectiue in intellectu, atque ideò habet aliquod eſſe in intellectu, quod non habet extra intellectum. Sed cõtra primò: vel negatio poſsibilitatis, & exiſtẽtiæ hyrcocerui diſtinguitur ex parte obiecti ante cognitionẽ Dei ab ipſo hyrcoceruo, vel non. Si hoc vltimũ; ergo ex parte obiecti nihil aliud cognoſcit Deus niſi negationẽ hyrcocerui, quia, ſicut ipſa eſt non eſſe hyrcocerui, quin vllo modo ab illo diſtinguatur, ſic etiam poterit cognoſci à Deo vt talis, quin vt diſtincta ab hyrcoceruo cognoſcatur. Si dicatur primũ: vel hyrcoceruus diſtinguitur â ſua negatione tanquàm quid poſitiuum; & ſic, licet Deus illum cognoſcat vt quid poſitiuũ diſtinctum â negatione, non faciet ens rationis, quia nihil aliud repræſentat ex parte obiecti, niſi quod in illo datur ante eius cognitionem: vel diſtinguitur tanquã quid negatiuum: & in tali caſu Deus cognoſcet etiam hyrcoceruum, vt quid negatiuum, cum debeat illum cognoſcere eo modo, quo à parte rei datur: ergo nullũ eſſe tribuit Deus tali obiecto, præter id, quod datur à parte rei, ergo nõ

fingit

fingit ens rationis, quia hoc ita debet eſſe in intellectu, vt non ſit à parte rei.

82 Dices: per illã cognitionem hyrcoceruus, qui nihil eſt extra intellectum, eſt obiectiuè in intellectu: ergo iã datur illi aliquod eſſe per cognitionẽ, quod non habet ante illam: hoc autẽ eſſe eſt rationis. Sed cõtra: vel hyrcoceru' ita eſt obiectiuè in intellectu per illã cognitionem, vt ex parte obiecti repræſẽtetur aliquid, quod reuerà non ſit à parte rei; vel ita, vt nihil aliud repræſẽtetur præter id, quod reuerà eſt. Primũ dici non poteſt; quia Deus nõ poteſt obiectum repræſentare aliter, ac eſt in ſe à parte rei, vt probatũ eſt in ſuperioribus. Si dicatur ſecundũ: ergo nullum eſſe aduenit per illam cognitionem hyrcoceruo præter ipſam cognitionem extrinſece denominantem illum cognitum, & repræſentatum: ſed cognitio nõ eſt ens rationis: ergo nullum eſſe denuò ponitur, quod poſsit dici ens rationis. Cõfirmatur: quia negatio hyrcocerui prout diſtincta ab ipſo hyrcoceruo eſt obiectiuè in intellectu per illã cognitionẽ: & tamẽ in tua ſententia non eſt ens rationis: non aliâ de cauſa, niſi quia nihil obijcitur ex parte ipſius negationis, quod non ſit in ipſa ante cognitionem: ergo, licet hyrcoceruus ſit etiam obiectiuè in intellectu ſimul cum ipſa negatione, non erit ens rationis, ſi quidem nihil obijcitur ex parte hyrcocerui quod nõ ſit in illo ante cognitionem vt probatum eſt.

83 Id ergo, quod dicitur in obiectione, nempe hyrcoceruũ eſſe obiectiuè in intellectu per illã cognitionem, diſtinguendum eſt: eſt obiectiuè in intellectu ita, vt obijciatur aliquid, quod à parte rei non ſit ex parte ipſius hyrcocerui, nego: ita, vt nihil obijciatur præter id, quod à parte rei eſt ex parte illius, cõcedo. Et diſtinguo conſequens: ergo iam datur illi per cognitionem aliquod eſſe indiſtinctum ab ipſa cognitione, cõcedo: diſtinctum à cognitione, nego conſequentiam. Itaque ea cognitio Dei repræſentat negationem hyrcocerui tanquàm quid remouens illum à rerum naturâ; & ipſum hyrcoceruum vt quid remotum per talem negationem: cum autem negatio reuerà remoueat hyrcoceruum; & iſte ſit reuerà remotus per illam, nihil fingit Deus per talem cognitionem, ac per conſequens nullum ens rationis efficit.

84 Obijcies: Deus ex ſe poteſt attributa ſua, quæ ſunt idem realiter, cognoſcere vt diſtincta: ergo ex ſe poteſt efficere diſtinctionem rationis. Antecedens probatur ex S. Th. 1. p. q. 15. art. 2. ad 3. & 4. Vbi docet, *reſpectus, quibus multiplicantur ideæ, nõ cauſari à reb' ſed ab intellectu Diuino cõparãte eſſentiã ſuã ad res*. Sed multiplicatio idearũ in Deo non eſt realis, quia nihil reale datur in Deo multiplicatũ præter Perſonas: ergo eſt rationis: atqui S. Th. aſſerit hãc multiplicationẽ fieri ab intellectu diuino; ergo ex mẽte Angelici Doct. Deus

Deus efficit ens rationis. Nego primum antecedens. Ad probatio nem dico, S. Tho. attribuere mul tiplicationem idearum intellec tui Diuino non tanquã cauſæ immediatæ; ſed tanquã cauſæ funda mentali; quia, dum Deus cognoſcit ſuam eſſentiam vt imitabilem per plures creaturas; vel plures creaturas vt producibiles ad imitationẽ eſsẽtię Diuinæ, occaſionẽ præbet intellectui noſtro, vt plures ideas in ipſo Deo diſtinguat. Propterea dicit S. Thom. multiplicationem idearum cauſari ab intellectu Diuino; non à rebus; quia, videlicet, intellectus Diuinus, & nõ res ad extra, eſt fundamentum immediatum ad hoc, vt noſter intellectus tales ideas formaliter inter ſe diſtinguat.

85 Obijcies 2. Deus independenter omnino ab intellectu creato cognoſcit hanc propoſitionẽ, *ſi equus eſſet rationalis, eſſet riſibilis*: ergo indepẽdẽter omnino ab intellectu creato cognoſcit identitatẽ inter equũ, & rationale: atqui hæc identitas eſt quid fictum: ergo independenter ab intellectu creato fingit, ac per conſequens facit ens rationis. Reſpõdeo, duobus modis poſſe cognoſci identitatem inter equum, & rationale. Primò ſub cõditione, ſeu in hypotheſi, quod, ſi eſſet, ſequeretur hoc, aut illud. Secũdò, abſolutè, ac ſi reuerà detur in rerũ natura. Quando cognoſcitur hoc ſecũdo modo, fingitur, quia tribuitur illi per cognitionem eſſe abſolutum, quod reuera nõ habet. Sec⁹, quãdo cognoſcitur primo modo: quia cũ conditionalis in conſenſu omniũ nihil ponat in eſſe, nullum eſſe tribuit intellectus per talẽ cognitionem illi identitati, ſed ſolũ affirmat, quod, ſi daretur, ſequeretur hoc, aut illud, &c. Hinc eſt, quod Deus per prędictã cognitionem nihil fingit. Vnde ad obiectionem in forma, conceſſo primo antecedenti, diſtinguo conſequens, cognoſcit identitatem inter equũ & rationale cõditionaliter, ſeu in hypotheſi, cõcedo: cognoſcit talẽ identitatem eſſe reuera abſolutè, nego cõſequentiã. Deinde diſtinguo minorẽ: hæc identitas eſt ficta, ſi cognoſcatur, ac ſi reuerà ſit abſolutè cõcedo: ſi cognoſcatur tantũ in hypoteſi, ſeu cõditionaliter, nego minorem. Et deniq; nego conſequentiam.

86 Dico ſecũdo: Deus cognoſcit entia rationis prout facta, vel factibilia ab intellectu creato. Hæc eſt cõtra P. Vazq; & eam tenent authores tertiæ, & quartæ ſententiæ. Probatur: quia Deus cognoſcit clarè, & perfectiſsimè cognitionem, per quã intellectus creatus fingit ens rationis: ergo cognoſcit ens rationis fictũ. Patet conſequentia: quia cognitio: quæ eſt fictio entis rationis eſt repræſentatio illius: ergo ſi Deus perfectè cognoſcit talem cognitionẽ, perfectè cognoſcit eſſe repræſentationem entis rationis: atqui non poteſt talis cognitio cognoſci perfectè vt repræſentatio entis rationis, quin cognoſcatur ipſum ens rationis: ergo neceſſariũ eſt, quod

Deus cognoſcat ens rationis. Minor eſt certa, quia in hoc obiecto, *repræſentatio entis rationis*, inuol uitur ſaltē vt cōnotatū ens rationis ergo cognitio attingens illud obiectum, attingit ſaltem in obliquo ens rationis. Confirmatur primo: quia Deus cognoſcit hanc cognitionem expreſsè vt diſtinctā à cognitione alterius obiecti, Ioannis v. g. ſed hæ cognitiones diſtinguūtur ex eo, quod vna eſt repræſentatio Ioannis, & alia entis rationis: ergo cognoſcit expreſsè vnam vt repræſentationē Ioannis, & alterā vt repræſentationem entis rationis: atqui non poteſt expreſsè cognoſci, vt repræſentatio entis rationis, quin ipſum ens rationis attingatur, vt ex ipſis terminis videtur conſtare: ergo, &c.

87 Reſpōdent authores oppoſitæ ſententiæ, quòd, dū Deus cognoſcit meā cognitionē: quā fingo hyrcocerū, cognoſcit quidē entia realia, ex quib⁹ coaleſcit hyrcoceruus, hyrcū videlicet, & ceruū; non verò cognoſcit ens rationis ex illis extremis coaleſcens. Sed cōtra: ideò cognoſcit hyrcū, & ceruum, dum attingit cognitionē hyrcocerui, quia hæc eſt repræſentatio illorum extremorū: atqui etiā eſt repræſentatio identitatis, quæ inter illa extrema fingitur: ergo attingit etiā Deus talem identitatem: ergo cùm hæc identitas ſit ens rationis, attingit ens rationis per talem cognitionem. Confirmatur: quia intellectus Diuinus, vt potè infinitè cognoſcitiu⁹ extēditur ad omnem veritatem cognoſcendam: ſed hæc eſt vera propoſitio, *hyrcoceruus eſt ens fictum ab intellectu humano*: ergo illam cognoſcet Deus.

88 Obijcies: ens rationis eſt nō ens cognitū, ac ſi reuerà ſit: ergo, qui cognoſcit ens rationis, cognoſcit non ens, ac ſi reuerà ſit: ergo cognoſcit rē aliter, ac eſt in ſe: ſed implicat, Deū cognoſcere rē aliter, ac eſt in ſe, quia, vt probatū eſt in ſuperioribus, talis cognitio eſſet imperfecta, imò, & falſa; ergo nō poteſt Deus cognoſcere ens rationis. Reſpōdeo dupliciter poſſe cognoſci nō ens, ac ſi reuerà ſit. Primò, per cognitionē quaſi exiſtimātē, rem eſſe ex parte obiecti. Secūdò, per cognitionē nō quidē exiſtimantē, rem eſſe ex parte obiecti, ſed ſolū eſſe per fictionē intellectus. Cognitio exiſtimans rem, quæ nō eſt reuerà eſſe, dat eſſe enti rationis, quia fingit eſſe, quod non eſt, & ideo dicitur cognitio practica entis rationis. Cognitio verò repræſentans rē, quæ nō eſt à parte rei, eſſe per fictionē intellectus, nō dat eſſe enti rationis, quia nullum eſſe fingit; ſed potius cognoſcit eſſe fictū, & propterea dicitur cognitio merè ſpeculatiua entis rationis. Deus ergo nō cognoſcit practicè ens rationis; ſed ſpeculatiuè tātū; quia nunquā cognoſcit rē, quæ reuerà nō eſt, eſſe ex parte obiecti, quaſi exiſtimans eſſe; ſed vlterius tranſit cognoſcendo, tale eſſe ex parte obiecti non dari, niſi per fictionem intellectus creati. In hoc autem modo cognoſcendi nulla datur imperfectio, quando

Digitized by Google

quidem id nō eſt cognoſcere rem aliter, ac eſt; ſed potius, vt eſt.

89 Hic eſt difficultas: an Deus ens rationis à me factū cognoſcat per diſſensū, an per aſſensū? Aſſenſus dicitur iudiciū affirmatiuum, vt, *homo eſt animal*. Diſſēſus iudiciū negatiuū, vt, *homo nō eſt lapis*. Reſpō leo, duo eſſe in ente rationis, in chimæra v.g. nēpè, & quod nō ſit ens reale, & quod ſit quid fictū ab intellectu. Illud ergo pri° attingit Deus per diſſensū, quo dicit, *chimera nō eſt à parte rei*. Hoc poſterius attingit per aſſēsū, quo dicit, *chimæra eſt facta ab intellectu*. Quod autē hęc ſint duo iudicia diſtincta, patet, quia primum habet Deus independenter à cognitione creatâ. Poſtremum vero habet dependenter ab ipsâ creatâ cognitione: ergo duo ſunt diſtincta iudicia, quorum primum dari poteſt ſine ſecundo.

90 Dico tertiò: etſi De° cognoſcat ens rationis factum ab intellectu creato, illud tamen nullaten° cauſat. Hęc eſt cōtra authores tertiæ ſententiæ, & eam tenent authores quartæ. Probatur primo: quia id, quod eſt cauſa entis rationis, fingit illud, vt omnes concedunt ſed Deus nō poteſt fingere ens rationis: ergo neque cauſare. Minorem probo, quia is, qui fingit, attingit rem aliter, ac eſt in ſe ex eo enim fingit, quia repræſentat in obiecto id, quod non eſt ex parte obiecti: ſed Deus nō poteſt attingere rē aliter, ac eſt in ſe: ergo neq; fingere. Cōfirmatur: quia is, qui cauſat ens rationis, tribuit illi aliquod eſſe intrinſecum ipſi enti: at qui Deus nullū eſſe tribuit enti rationis: ergo non cauſat illud. Minorem probo: quia intellectio Diuina non attingit ens rationis, niſi vt quid fictum ab intellectu humano: at qui hoc, quod eſt eſſe fictū ab intellectu humano nō accipit ens rationis ab intellectione Diuina; ſed potiùs ſupponitur ad illam: ergo nullum eſſe tribuit Deus enti rationis.

91 Dices: licèt ens rationis habeat ſuum eſſe per ſimplicē apprehenſionem præſuppoſitā ad iudicium, poteſt fieri etiam per iudicium illā ſubſequēs, vt conſtat ex dictis ſect. 6. concl. 2. ergo licèt ens rationis habeat ſuum eſſe per cognitionē creatā præſuppoſitam ad Diuinā, poteſt denuo fieri per Diuinā. Nego cōſequentiā. Diſparitas eſt, quia iudicium non attingit ens rationis ex parte obiecti, vt quid cognitum, ſeu fictum per ſimplicē apprehenſionem præcedērē; ſed repræſentat illud ex parte obiecti eodē modo, ac repræſentatum eſt per ſimplicē apprehenſionē præcedentē, nempè cognoſcendo illud, ac ſi reuerà ſit aliquid reale in ſe. At Deus non cognoſcit ens rationis, ac ſi ſit aliquid reale in ſe; ſed cognoſcit illud, vt quid fictum per cognitionē creatam: cumq; verum ſit, ens rationis eſſe quid fictum per cognitionem creatam, cognoſcit illud, nō quidem aliter, ac eſt in ſe ſed vt eſt in ſe, & propterea licèt iudiciū prædictum cauſet ens rationis; Deus tamen illud non cauſat.

92 Obijcies primò: Deus cognoſcit entia rationis à nobis facta: ergo etiã facit. Conſequentia probatur: nam ideo fit ens rationis ab intellectu creato, quia ab eo cognoſcitur: ergo ſi à Deo cognoſcitur fiet à Deo. Confirmatur: quia ens rationis à nobis factum, dum denuo cognoſcitur à Deo, accipit ab illo nouũ eſſe obiectiuũ diſtinctũ ab eſſe obiectiuo, quod habet ab intellectu creato: ergo denuo fit à Deo. Antecedens videtur certũ: quia Deus cognoſcit ens rationis per cognitionẽ diſtinctã à cognitione creata: ergo diſtinctũ eſſe obiectiuũ illi cõmunicat. Ad obiectionẽ nego cõſequẽtiã. Ad probationẽ diſtinguo antecedẽs: ideò fit ens rationis ab intellectu creato, quia ab eo cognoſcitur, vt quid fictũ ab alio intellectu, nego: quia ab eo cognoſcitur, ac ſi reuerà ſit ens reale in ſe exiſtimãdo, eſſe ens reale, cõcedo antecedẽs. Deinde diſtinguo cõſequens eodẽ modo: ergo, ſi à Deo cognoſcitur ens rationis, ac ſi reuerà ſit ens reale, exiſtimãdo eſſe ens reale in ſe: fiet à Deo concedo: ſi à Deo cognoſcitur vt quid fictum ab alio, fiet à Deo, nego conſequentiã. Cum autem Deus non cognoſcat ens rationis, niſi vt quid fictum iam ab alio, non facit ens rationis.

93 Ad confirmationẽ diſtinguo antecedẽs: ens rationis à Deo cognitum accipit à Deo eſſe obiectiuũ nouũ ex parte cognitionis, cõcedo: nouũ ex parte rei cognitæ, nego antecedens. Eſt dicere ens rationis, cum à Deo cognoſcitur repræſentatur, & obijcitur intellectui Diuino per cognitionem diſtinctam ab intellectione creata illud fingẽte, quod eſt habere eſſe obiectiuũ nouũ ex parte cognitionis: at veró per illã nouã cognitionem non repræſentatur aliquod eſſe nouũ intrinſecũ in ipſo obiecto, quod repręſentatũ eſt per cognitionem creatã. Imò neque illud idem repræſentat Deus exiſtimando eſſe verum ens reale; ſed illud cognoſcit vt quid fictũ per cognitionem creatã: atq; adeò neq; illi cõmunicat nouũ eſſe ex parte obiecti, neq; denuò cauſat illud idẽ, quod anteà erat cauſatũ per cognitionẽ creatã. Itaq; hoc eſt diſcrimen inter Deũ, & nos, quod nos cognoſcimus id, quod nõ eſt, ac ſi reuerà ſit, quaſi exiſtimãtes reuerà eſſe; De⁹ vero nõ cognoſcit illud quaſi exiſtimãs, reuerà eſſe, ſed potius iudicando nõ eſſe reuerá, eſſe tamen per fictionem noſtrã. Et propterea nos per noſtrã cognitionem tribuimus aliquod eſſe enti rationis; Deus verò nullum.

94 Obijcies 2. ab æterno cognoſcit Deus ens rationis à creaturà faciendũ in tempore; imò, & ꝙ poteſt facere, & nõ eſt factura: ergo tale ens rationis, antequam fiat à creaturà, habet eſſe obiectiue in intellectu: ergo ante quã habeat eſſe à creatura illud habet à creatore: ergo fit à Deo. Cõceſſo antecedenti, diſtinguo primum conſequens: ergo tale ens rationis ante quàm fiat à creaturà, habet eſſe obiectiue in intellectu creatoris tanquàm quid factibile, ſeu

ſeu faciendum ab intellectu creato, concedo: tanquam id, quod reuerà eſt ex parte ſui, nego conſequentiam. Deinde diſtinguo minorem: eſſe entis rationis eſt eſſe obiectiue in intellectu per cognitionem exiſtimantem id, quod non eſt, re verà eſſe, concedo: per cognitionem attingentem ens rationis, vt eſt in ſe, nego minorem. Et deinde conſequentiam: quia, cum à creatore non cognoſcatur, vt re verà habens eſſe in ſe; ſed vt faciendum, vel factibile à creaturà, nullum eſſe illi communicat creator: ſed cognoſcit ex parte obiecti illud, quod habebit, vel habere poteſt à creaturà, vt habendum, vel potens haberi ab ipſa creaturà. Hæc ſufficiant de ente rationis.

TRACTATVS QVARTVS DE PRAEDICAMENTIS.

EXPLICVIMVS iam quid ſit Vniuerſale, & Particulare, quid Genus, Species, Differentia, Proprium, & Accidens. Explicandum reſtat, qua ratione hæc coordinanda, & diſponenda ſint in ſingulis entitatibus tam quoad ea, quæ ipſis ſunt intrinſeca, & eſſentialia, quàm quoad alia, cum quibus extrinſecè comparari poſſunt. Id præſtitit Ariſtoteles in lib. de Prædicamentis, in quo vniuerſa entia ad decem capita reduxit. In quorum ſingulis ita ſingulorum prædicata diſpoſuit, vt per ſubordinationem ſuperiorum, & inferiorum deſcenſus fieret ab vno genere ſupremo vſque ad vltima indiuidua. Hunc librum Ariſtoteles in tres partes diſtribuit. In prima quædam præmiſit neceſſaria ad rectam prædicamentorum intelligentiam, & propterea Antepraedicamenta vocauit. In ſecunda egit de decem prædicamentis ſeorſim. In tertia denique nonnulla ſubiunxit omnibus communia. Hæc omnia diſcutiemus in præſenti tractatione.

Digitized by Google

DISPVTATIO XIII.

De Vniuocis, Æquiuocis, Denominatiuis, & Analogis.

TRiplex dari poteſt in prędicamentis cōparatio. Vna omniū ad rationem entis, quæ ſub ſe omnia cōprehēdit. Altera prædicatorū cuiuslibet inpropria ſerie. Tertia deniq; vnius prędicamēti ad alia. Prima dicitur cōparatio æquiuocorum, ſeu analogorū. Secunda vniuocorū. Tertia deniq; denominatiuorum, quæ materia erunt huius diſputationis.

SECTIO I.

Explicatur definitio vniuocorū.

1 VNniuoca definiūtur ab Ariſ. hic c. 1. Vniuoca ſunt, *quorū nomē eſt cōmune, ratio vero ſubſtātiæ ſignificata per nomen eſt eadē.* Prioribus verbis, *quorū nomē eſt cōmune,* ſignificatur ad rationē vniuocorū requiri, & plura ſignificata, & vnū nomen, quo ſignificentur. Deinde additur, *ratio vero ſubſtantiæ eadē,* vt denotetur, debere ſignificari tum illa plura; tū aliquā rationē, quę ſit eadē in omnibus, & pręterea rationē hanc in omnib⁹ eandē debere eſſe eſſentialē, quia *To ſubſtantiæ* ſumitur pro *eſſentia* in præſenti: Græcè enim habetur, *Tis Vſias,* quod eſt idē, ac *eſſentiæ*. Cæterū, cùm hæc ratio, quæ dicitur eſſe eadē in omnibus, nō ſit eadē à parte rei, ſed per cognitionē cōfuſā intellect⁹, vti dictū eſt in tract. de Vniuerſ. requiritur præterea ad rationē vniuocorum conceptus formalis, ſeu cognitio repræſentās illa plura ſecundū eam rationē, ſecūdū quam ſunt eadē, nō repræſentatis differētijs, ratione quarū illa plura inter ſe ſunt diuerſa. Per hanc enim cognitionem fit vna, & eadem illa ratio, quæ dicitur eſſe eadem in vniuocis, vt diximus loco citato diſp. 5. Hæc definitio ſic explanata eſt bona, & admittitur ab omnibus. Per priora verba, *quorū nomē eſt cōmune,* cōueniunt vniuoca cum æquiuocis, & analogis, per poſteriora vero diſcrepant ab illis vt conſtabit ex dicendis.

2 Vniuoca quædā ſunt vniuocātia, quędā vniuocata. Vniuoca vniuocantia dicūtur nomina, quæ plura ſignificant ſub eadē ratione. Vniuoca vniuocata dicuntur illa plura, quę ſub eadē ratione ſignificantur eodem nomine. Exēplo rem declaro, Petrus, Paulus, & Franciſcus ſunt plura, quæ hoc nomine, *homo* ſignificātur, in quātum in ſe cōtinent formalē rationē hominis, quæ per cognitionē præſcindentem illam à differentijs, fit vna, & eadē. In his vniuoca vniuocata ſunt Petrus, Paulus & Franciſcus, ſecundùm quod rationem hominis participant. Vniuocū vniuocans eſt nomen, *homo,* in quātum illa plura ſignificat ſub ratione hominis. Cognitio, per quam ratio hominis fit vna, & eadem poteſt reduci ad vniuocū vniuocans, quia ſicut iſtud ſignificat plura ſub eadē ratione, ita ea cognitio plura concipit ſub eadē ratio-

ratione. Ratio verò hominis, quæ per cognitionẽ fit eadẽ, & ſecũdũ quã vniuoca ſignificantur per nomẽ vniuocũ, *homo*, poteſt dici etiã vniuoca vniuocata; quia ſignificatur per nomen vniuocans. Vnde ortum duxit, quod apud dialecticos ratio ſignificata per nomen vniuocum vocetur abſolutè conceptus obiectiuus vniuocus, hoc eſt, conceptus obiectiuus, ratione cuius plura vniuoca vniuocante nomine ſignificantur.

3 Obijcies: ſine cognitione, per quã ratio hominis cõſtituitur vna, poſſet ſtare tota ratio vniuocorum: ergo fruſtra requiritur illa cognitio ad rationẽ vniuocorum. Antecedẽs probatur: quia ſine illa cognitione poſſent ſtare plura ſignificata eodẽ nomine ſub eadem ratione, quæ eſſet vna per ipſum nomẽ: ergo nõ requiritur talis cognitio. Cõſequẽtia eſt bona: quia ad nihil aliud poteſt eſſe neceſſaria cognitio, niſi vt ratio; ſub qua plura ſignificantur, ſit vna. Antecedens probatur: nã cognitio hominis ex eo rationẽ hominis conſtituit vnã, quia attingit expreſsè plura ſub ratione hominis, nõ cognitis eorũ differẽtijs: atqui per vocem *homo*, ſignificãtur illa plura, prout habent rationẽ hominis, nõ ſignificatis proprijs eorũ differentijs: ergo nõ minus per vocẽ, *homo*, quã per cognitionẽ fit vna ratio hominis, ac per cõſequens neceſſaria nõ eſt ea cognitio ad perfectam rationem vniuocorum.

4 Reſpondeo, voces ſubſtitui pro cognitionibus, vt dixi in inſtitutionib⁹ Dialecticis lib. 2. c. 1 n. 5. Nam cum non poſsimus alij alijs conceptus noſtros aperire, niſi medio aliquo ſigno externo, inuentæ ſunt voces, quibus ex intentione hominũ ſignificaremus alijs, quæ nos mente cõcipimus. Vnde ante quãlibet vocẽ ſignificatiuã prȩſupponitur in mẽte cognitio rei ſignificatȩ pro qua cognitione ſubſtituitur vox ad ſignificãdã rationẽ cognitã. Hinc eſt, quod licet vox *homo* rationem hominis vnã formaliter conſtitueret; id tamen præſtaret, vt ſubſtitutũ quoddam cognitionis. Cũ autẽ ſubſtitutũ ſupponat neceſſario id, pro quo ſubſtituitur, neceſſariũ eſſet, quod vox *homo* ſignificãs naturã hominis ſecũdũ ſe, ſupponeret cognitionẽ eiuſdẽ hominis. Et ideo nõ eſſet impertinẽs cognitio ad rationẽ vniuocorũ. Ad obiectionẽ ergo nego primũ antecedẽs. Ad probationẽ nego antecedens. Ad probationẽ huius diſtinguo minorẽ: per vocẽ *homo*, tãquã per ſubſtitutũ cognitionis ſignificãtur illa plura, &c. cõcedo: per vocẽ *homo* tãquã per quid non ſubſtitutũ, nego minorẽ. Et deinde nego cõſequentia: quia ratio hominis fit vna per cognitionẽ, ita vt hȩc nõ ſit ſubſtitutũ alterius. Secus contingit per vocem *homo*, & ideo poteſt fieri vna ratio hominis per cognitionẽ ſine voce *homo*, ſecus è contra per vocem *homo* ſine cognitione.

5 Addo vocem homo, prout ſignificantem hominem ſecundũ ſe nõ ſubſtitui determinatè, quatenus eſt ex ſe, pro cognitione præ-

ſcindente rationẽ hominis ab indiuiduis, ſed ex ſe eſſe indifferentẽ, ad hoc vt ſubſtituatur, vel pro cognitione præſcindente, vel pro contrahente rationem hominis, nam ex ſe eſt indifferens, vt vel ſola proferatur, vel ſimul cum alijs, cum quibus vnam orationẽ cõſtituat. Quãdo ergo ſola profertur, ſubſtituitur pro cognitione præſcindente rationẽ hominis ab indiuiduis, & in eo caſu poteſt dici ipſa etiã præſcindere rationẽ hominis, & vnã cõſtituere, quia ex vna parte ſignificat hominẽ expreſsè, non ſignificatis expreſsè differentijs: & ex alia non cõſtituit vnam orationẽ cum vocibus ſignificantibus identitatẽ hominis cum indiuiduis. Quando verò profertur ſimul cum alijs, cum quibus conſtituit vnam orationẽ affirmantẽ hominẽ de indiuiduis, ſubſtituitur pro cognitione; contrahente ipſum hominem ad indiuidua, quia licet ipſa præſciſsè ratione ſui non ſignificet rationẽ hominis contractam, conſtituit tamen ſimul cum alijs orationẽ ſignificantẽ eam rationem iam cõtractã: in hac enim orationem *Petrus eſt homo* (& idẽ eſt de alijs ſimilibus) non ſignificantur omnes homines ſecundum rationem hominis, ſed homo tantum, qui eſt identificatus cum Petro; quia is ſolũ affirmatur de Petro per actualem prædicationem, vt dicebamus in tract. de Vniuer.

6 Hinc eſt, quod vox *homo* quatenus eſt ex ſe, neque determinatè ſignificat rationem hominis cõmunem inferioribus, neque determinatè ſignificat eam rationẽ contractam: ſed ex ſe eſt indifferens, vt ſi ſola proferatur, hoc eſt, cum carentia aliarum vocũ ſignificet rationem ſe extendentem ad omnia indiuidua, non ſignificatis eorum differentijs; ſi vero proferatur ſimul cum alijs vocibus ſignificantibus identitatem hominis cum Petro, ſolum ſignificet hominem, qui eſt identificatus cum Petro. In quo differunt voces à cognitionibus; nam cognitio attingẽs hominẽ ſecundùm ſe, ſine expreſſione differentiarũ, cum nõ poſsit cõtingi cum alijs cognitionibus, cum quibus conſtituat vnam propoſitionem affirmantẽ identitatẽ hominis cum indiuiduis (quia vt dicemus in lib. de Anima propoſitio affirmans identitatem ſubiecti nõ coaleſcit ex cognitionibus, quæ antea erant ſubiecti, & prædicati ſeorſim, ſed eſt alia cognitio ſimplex omnino diuerſa à præcedentibus) nunquã poteſt attingere hominem cõtrahendo illum ad indiuidua; ſed ſemper attingit præſcindẽdo illum. Hanc doctrinam accuratè obſerua; quia valde neceſſaria eſt ad entis analogiã dignoſcendam.

7 Ex dictis colliges, plura requiri ad rationẽ vniuocorũ, quam ad rationẽ vniuerſalis. Ad rationem enim vniuocorũ requiritur, quod plura conueniant in aliqua ratione eſſentiali, quę ſit eadem in omnibus, & vno nomine ſignificẽtur. Ad rationẽ verò vniuerſalis, licet neceſſarium ſit, quod plura coueniant in vna ratione cõmuni,

quæ ſit eadẽ in omnibus, tamẽ neque requiritur, quod vno nomine ſignificẽtur; quia per cognitionẽ ſufficienter conſtituitur vna apta eſſe in pluribus: neque requiritur, quod hæc ratio ſit eſſentialis inferioribus, reſpectu quorũ eſt vniuerſale, vt patet in Proprio, & Accidenti, quæ quidẽ ſunt vniuerſalia, & tamen non ſunt eſſentialia inferioribus, reſpectu quorũ ſunt vniuerſalia. Vnde ex quinque vniuerſalibus tria tãtũ priora participare poſſunt rationem vniuocorum.

8 Si verò vna particula definitionis mutaretur, omnia vniuerſalia eſſent vniuoca: vt ſi diceretur: vniuoca ſunt, *quorum nomen eſt cõmune; ratio verò ſignificata per nomen omnino eadẽ.* Id enim, quod ſignificatur nomine *albũ*; & nomine *riſibile*. Idem omnino eſt in Petro, Ioanne, & Franciſco, qui habent albedinem, & riſibilitatem. Album enim ſignificat habens albedinem & riſibile habens riſibilitatẽ. Quod quidẽ idem eſt in inferioribus participãtibus albedinẽ, & riſibilitatẽ. Neque enim hoc habens albedinẽ ab alio habẽte albedinem diſtinguitur per hoc, quod eſt habere albedinẽ, ſed per differentiã propriã, ratione cuius cõſtituitur hoc habens. Hinc eſt, quod licèt Propriũ, & Accidens nõ ſint vniuoca ſtrictè, laxè tamen appellari poſſunt vniuoca, in quo diſtinguũtur ab æquiuocis, & analogis, quæ nullatenus appellari poſſunt vniuoca, quia non conueniunt in ratione aliqua omnino eadem, vt conſtabit ex dicendis.

SECTIO II.

Explanatur definitio æquiuocorũ.

9 Æquiuoca definiuntur ab Ariſt. in eodem capite Æquiuoca ſunt, *quorum nomen eſt cõmune; ratio verò ſubſtantiæ ſignificata per nomẽ omnino diuerſa.* Per priora verba, *quorũ nomen eſt cõmune*, exprimitur & quod æquiuoca debent eſſe plura; & quod dari debet vnũ nomẽ, quo illa plura ſignificẽtur, in quo cõueniunt æquiuoca cũ vniuocis. Per poſteriora verba denotatur, ita deberi ea plura vno nomine ſignificari, vt eo ſignificẽtur ſecũdũ rationes eſſentiales omnino diuerſas, in quo differunt æquiuoca ab vniuocis, & denominatiuis. Eſt tamen aduertendum, ad rationem æquiuocorum non requiri ex parte intellectus, quod illa plura ſignificata per nomen repræſententur ſecundum diuerſas rationes eſſentiales per vnam ſolam cognitionẽ: ſiue enim per vnam ſolam cognitionem: ſiue per plures illa plura repræſententur integra, & perfecta erit ratio æquiuocorum dummodo dentur illa tria ſupra poſita.

10 Æquiuoca, alia dicuntur æquiuocata; alia æquiuocantia. Æquiuocata dicũtur res, quæ eodem nomine ſignificãtur ſecundũ diuerſas rationes eſſentiales, aut ſubſtantiales. Æquiuocãtia dicuntur nomina: quæ plura ſignificant ſecũdùm diuerſas rationes eſſentiales, aut ſubſtantiales. Ex. gr. hoc

hoc nomen, *Petrus* ſignificat hoc indiuiduum, & illud indiuiduum hominis ſecundùm proprias rationes indiuiduales. Nomen ergo, *Petrus* eſt æquiuocum æquiuocās; hoc verò, & illud indiuiduū ſunt æquiuoca æquiuocata. Si autem ex parte intellectus præſupponatur vna cognitio illa duo repræſentās, vt diuerſa ſunt, poteſt etiā dici æquiuocans, quia plura repræſentat, vt plura eſſentialiter, vel ſaltem ſubſtantialiter. Secus ſi ex parte intellectus præſupponantur duæ cognitiones quarū quælibet vnum ſolùm indiuiduum attingat, tunc enim nulla cognitio dabitur repræſentans plura vt plura.

11 Ex dictis colligo, quod, ſi per vnum, & idem nomen ſignificantur plura ſecundùm diuerſas rationes, quarum vna, aut vtraque ſit accidentalis, nō erunt propriè, & ſtrictè æquiuoca prout talī nomine ſignificata. Quia non ſubſunt tali nomini ſecundùm rationes eſſentialiter diuerſas: erunt tamen latè æquiuoca, vt in ſimili dicebamus de vniuocis. Sic ſe habent homo Francus, & mas Gallinaceus, prout hoc nomine *Gallus*, ſignificati; quia, licèt hoc nomen ſignificet marem Gallinaceum ſecundùm propriam illius rationem eſſentialem, aut ſubſtantialem; hominem tamen Francum non ſignificat ſecundum rationem eſſentialem, aut ſubſtantialem hominis; ſed prout eſt incola talis prouinciæ, Galliæ videlicet.

12 Rurſus æquiuoca alia ſunt à caſu, alia à conſilio. Æquiuoca à caſu dicuntur, quæ eodem nomine ſignificantur, nulla interueniente ratione ad idem nomen illis imponendum: vt quando duobus hominibus, quorum vnus naſcitur Romæ, alius Matriti imponitur nomen, *Petrus*; nulla habita ratione vnius ad idē nomen alteri imponēdū. Æquiuoca à conſilio dicuntur, quæ eodem nomine ſignificātur aliqua ratione mouēte ad eiuſdē nominis impoſitionē. Et ex his alia ſunt purè æquiuocā, quia licèt à conſilio, nihilominùs ſignificātur eodem nomine ſecundùm rationes ſubſtantiales omnino diuerſas, nulla habita ratione proportionis, aut ſimilitudinis inter illa: vt quando quis filium recens natum appellat Antonium, vel in memoriā patris, aut amici; vel in honorem Sancti, qui eodem nomine appellabatur. Alia verò ſunt æquiuoca non purè; ſed analoga: quia à conſilio eodem nomine ſignificātur ſecundùm rationes, quæ licèt ſimpliciter diuerſæ ſint, aliqualem tamen vnitatē habent ratione ſimilitudinis, connexionis, aut proportionis quā cū eo, quod principalitèr ſignificatur per nomen, habent reliqua, quæ eodem nomine gaudent. Sic ſe habent homo, *pictus*, & *verus*, prout ſignificātur hoc nomine *homo*: quia tale nomen impoſitū eſt homini picto propter ſimilitudinem, quam habet cum homine verò principaliter ſignificato per idem nomen. Sic etiam ſe habent *medicina*,

pulſus & *homo* valetudine gaudẽs prout ſignificãtur hoc nomine *ſanum*: quia tali nomine appellantur medicina, & pulſus propter cõnexionem, quam habent cum homine ſano, in quo propriè, & formaliter ſanitas inuenitur. Hæc non tam æquiuoca, quàm analoga dicuntur, & de eis agemus ſectione quarta.

13 Contra definitionem æquiuocorum obijcitur primò æquiuoca ſunt omnino diuerſa: ergo non poſſunt definiri vnâ definitione. Reſpondeo, æquiuoca & poſſe ſumi ſecundùm ſe; & prout vno nomine ſignificata. Si ſumantur ſecundùm ſe, non poſſunt vnâ definitione definiri; quia omnia ſunt primò diuerſa. Si ſumantur prout vno nomine ſignificata, poſſunt vna definitione definiri, quia omnia conueniunt in hoc quod eſt ſubeſſe eidem nomini diuerſa ſignificanti. Ad eum modum, quo ſuprà diximus, genus poſſe vnica definitione definiri, quia licèt naturę genericæ ſecundũ ſe ſumptæ ſint primò diuerſæ, attamẽ, prout genera ſunt, conueniunt in hoc, quod eſt ſubeſſe ſecundę intentioni generis, & ideò ſub hac ratione poſſunt vnica definitione comprehendi. In præſenti autem definiuntur æquiuoca non ſecundum ſe; ſed prout ſubſunt eidem nomini plura ſignificanti, & ideò poſſunt explicari vnâ definitione. Vnde ad obiectionem diſtinguo antecedens: ęquiuoca ſunt omninò diuerſa ſecundùm ſe conſiderata, concedo antecedens: prout ſubſunt eidem nomini, nego antecedens. Deinde diſtinguo conſequens: Ergo non poſſunt definiri vnica definitione, ſi ſecundum ſe ſumantur, concedo: ſi ſumantur prout ſubſunt eidem nomini, nego conſequentiam. Inſtabis: prout ſubſunt eidem nomini ſunt diuerſa; ſiquidem ſignificantur vt diuerſa: ergo prout ſubſunt eidem nomini non poſſunt definiri. Diſtinguo antecedẽs. Prout ſubſunt eidem nomini ſunt diuerſa in eſſendo concedo in hoc, quod eſt ſubeſſe eidem nomini, nego antecedens. Et ſimiliter diſtinguo conſequens: ergo prout ſubſunt eidẽ nomini non poſſunt definiri ſecũdùm proprias rationes eſſendi, cõcedo: ſecundùm hoc, quod eſt ſubeſſe eidem nomini, nego conſequentiam.

14 Obijcies ſecundò: nomen, quo ſignificãtur æquiuoca, habet plures ſignificationes: ergo nõ eſt vnum; ſed plura. Conſequentia eſt bona, quia ſignificatio eſt forma, qua nomen conſtituitur in eſſe nominis, atque adeo, multiplicatâ formâ, debet multiplicari nomẽ. Antecedẽs probatur: quia nomẽ *Franciſcus* impoſitũ fuit ad ſignificandum Beatum Franciſcum independenter omnino ab hominibus poſteà futuris: ergo, quando poſtea imponitur ad ſignificandũ alium hominẽ, noua illi adijcitur ſignificatio: ergo habet plures ſignificationes. Concesſo antecedenti, nego conſequentiam: quia nomen, eſt cõcretũ accidẽtale quaſi adiectiuum (ſicut *artifex*, & alia ſimi-

ſimilia) quod dicit vocem dearticulatam in recto, & ſignificationē in obliquo (nomen enim idem cēſetur eſſe, ac vox ſignificās, ſeu habens ſignificationem, &c. concreta autem accidentalia non multiplicantur ratione eorum, quæ inuoluunt in obliquo: ſed ſolum ratione eorum, quæ dicunt in recto; & propterea homo habens plures artes non dicitur eſſe plures artifices: certè non alia de cauſa, niſi quia hoc concretū *artifex*, vt hoc nomine ſignificatur, ſolùm hominem dicit in recto, & artes in obliquo: ergo idem dicendum eſt de nomine; nempè, quod licet plures ſignificationes in vnâ voce inueniantur, vnum nomen cēſendum erit. Hic obſerua ea, quæ prout vno nomine ſignificata ſunt æquiuoca, poſſe eſſe vniuoca prout ſignificata per aliud; vt, *homo Francus*, & *mas Gallinaceus*, quę prout ſignificata hoc nomine *Gallus* ſūt æquiuoca; & vniuoca prout ſignificat hoc nomine *animal*.

SECTIO III.

Definitio denominatiuorum explicatur.

15 POſt definitiones vniuocorū, & æquiuocorū ſubiunxit Ariſtoteles denominatiuorum definitionē. Denominatiua ſunt, *quæcunq; ab aliquo differētia caſu ſecundum nomen habent appellationē*: vt à *grammatica grāmaticus*, & à *fortitudine fortis*. Obſcura ſanè definitio. Pro eius tamē explicatione noto primò, in hoc denominatiuo, *album*, (& idem eſt de quouis alio) duo eſſe diſtinguenda, nempè, rem ſignificatam, & nomē ſignificans. Ex parte rei ſignificatæ datur *obiectum, forma, & cōcretum* ex hac, & illo coaleſcens. Ex parte verò nominis datur nomē, *albedo*, quod ſignificat formā, & nomē *album*, quod ſi ſumatur ſubiectiuè ſignificat totum concretū in recto, ſubiectum videlicet, & formam; ſi verò ſumatur adiectiuè, ſignificat ſubiectū in recto, & formā in obliquo; quia eſt idē ac, *habens albedinem*.

16 Noto ſecundò, denominationē ſumi dupliciter. Primò pro effectu formali prouenięte ab aliqua forma, à qua etiā ſumitur nomen ſignificans talem effectū formalem. Et ſecundū hanc acceptionem ſolemus dicere, aliquas eſſe denominationes extrinſecas; aliquas intrinſecas. Extrinſecas appellamus effectus formales prouenientes à formis extrinſecis ſubiecto; vt, *parietē eſſe viſū*, quod prouenit parieti, à viſione extrinſeca. Intrinſecas appellamꝰ effectꝰ formales prouenientes à formis intrinſecis ſubiecto; vt, *hominē eſſe album*, quod prouenit homini ab albedine intrinſecè vnita illi. Secundo ſumitur denominatio pro nominis impoſitione: dum enim hoc nomen *album* aſſumimus ad ſignificandū ſubiectū habens albedinem, dicimus denominare, ſeu appellare illud tali nomine; & ſecundùm hanc acceptionem denominatio dicit in recto nomen appel-

pellans, aut nominans, & in obliquo rem ſignificatam, ſeu nominatam.

17 Noto tertiò, ad denominatiuorum rationem duo requiri ex parte nominũ, & alia duo ex parte rerum ſignificatarum. Ex parte nominum ſignificātium formam, & concretum requiritur, & quod in prioribus ſyllabis conueniant, & quod diſcōueniant in poſterioribus: vt *album*, & *albedo*, quæ in prioribus, ſeu in priori ſyllaba cōueniunt; & diſconueniũt in poſterioribus. Id, quod explicatur illa particula definitionis, *differentia caſu*, hoc eſt, differētia ſecundũ cadentiã, ſeu terminationē vocabuli, quod quidem intelligēdum eſt de cadentiâ vocũ, nō materialiter ſumptarum; ſed formaliter prout ſignificantium; nam reſpectu fœminę, quę *grammatica* denominatur ab arte grammatica in ipſa exiſtente, eandem cadentiam habēt, quoad materialem vocis prolationem nomen concretum: & abſtractum. Cęterum, quia vnũ ſignificat ſcientiam grammatices ſecundum ſe, & aliud ſcientiam illã in ſubiecto, cenſentur caſu, ſeu cadentia differre. Ex parte rerũ ſignificatarum requiritur etiã quod concretum, & forma conueniant in aliquo, & in aliquo differant. Conueniunt in eo, quod vtrunque dicit entitatem formæ; differunt tamē in eo, quod forma dicit ſolã ſuam entitatem; cōcretũ verò vltra entitatē formæ dicit etiã ſubiectũ, quod effectum aliquem formalem participet ab ipſa formâ,

18 His poſitis facile erit definitionem denominatiuorũ explicare. In primis ea conuenit cōcretis accidentalibus, quæ appellantur nomine deſumpto ab ipſorum forma; vt *concretum* reſultans ex albedine, & ſubiecto. Huic enim conuenit, quod ab aliquo, ab *albedine* ſcilicèt, â qua ſolo caſu differt ſecũdũ nomē habeat appellationem quando quidem appellatur *albũ* ex eo, quod *albedine* tanquam forma in eſſe albi conſtituitur. Deinde prædicta definitio eſt accidentalis prædictis cōcretis, ſi ſecundùm ſe conſiderentur: quia illis ſecundùm ſe conſideratis per accidens omnino eſt, quod hoc, aut illo nomine appellentur; ipſis tamen prout ſubſunt nomini deſumpto ab eorum forma, eſt eſſentialis prędicta definitio, quia albedo, prout hoc nomine *album* deſumpto ab albedine appellatur, eſſentialiter cōuenit habere appellationem ſecundùm nomen ab ipſa albedine, vt ex ſe cōſtat. Vndè definitum prædictæ definitionis eſt cōcretum coaleſcens ex ſubiecto, & forma, vt ſubeſt nomini deſumpto ab ipſa forma: ita tamen vt cōcreto, *vt quod* cōueniat habere appellationem ſecundum nomen, & nomini cōueniat, *vt quo*, quia cōcretum eſt, quod appellatur tali nomine, & nomen id, quo appellatur. Vide quæ diximus circa definitũ definitionis Generis ſuprà diſp. 6. ſect. 2.

19 Obijcies: per definitionem explicatam definiuntur quæcunque ab aliquo ſunt differentia caſu:

ſu, ſed quæ caſu differunt ſunt nomina, & non res ſignificatæ per illa: ergo nomina definiuntur per eam definitionem, & non res ſignificatæ. Diſtinguo minorē: quæ differunt caſu ſunt nomina, & non res ſignificatæ ſecundùm ſe ſumptæ cōcedo; & nō res ſignificatæ, prout nominib⁹ ſubſunt, nego minorem: & deinde conſequentiam: quia hic definiūtur ea, quę ita differunt caſu, vt apellentur nomine deſumpto à ſua forma; hoc autem non conuenit ſolis nominibus; ſed rebus ſignificatis per talia nomina, vt ſubſunt ipſis nomibus, vt explicatum eſt.

20 Hic eſt difficultas; an concreta ſubſtātialia phyſica, (vt ſūt homo, equus, &c. prout ex naturà ſubſtantiali, & ſubſiſtētia coaleſcūt) dicēda ſint denominatiua? Et ratio dubitādi eſt, quia *homo* habet appellationē ſecūdū nomē ab *humanitate*, ita vt partim cū illa cōueniat in nomine, & partim ab ea differat: ergo conuenit illi definitio denominatiuorū. Nihilominus dicendū eſt, ſola concreta accidētalia adiectiuè ſumpta vocāda eſſe denominatiua. Primò, quia cū Ariſtoteles nō cognouerit ſubſiſtētiam diſtinctam realiter à natura ſubſtantiali (hanc enim non cognouerunt philoſophi vſque ad myſterium Incarnationis) neque potuit cognoſcere concretū phyſicum ex naturà ſubſtantiali, & ſubſiſtētia coaleſcens, ac per conſequens neque illud comprehendit ſub ea definitione.

21 Secundò, quia ſi vis propria vocis *denominatiuū* attendatur, ſic vocatur illud: quod nō ſolū ſumit ab alio denominatio: *E*; ſed etiā eā tribuit alteri, ſubiecto videlicet, ex quo coaleſcit, & in hoc ſē ſu acceptū eſt ſēper *Tò denominatiuū* apud philoſophos; atqui denominare ſubiectū, ex quo coaleſcūt, ſolū cōuenit cōcretis accidētalib⁹ adiectiuè, vel quaſi adiectiue ſumptis; neq; enim *albū* ſubſtātiuè ſumptū dicitur de Petro habēte albedinē: benè tamē *albū* adiectiuè ſumptū, vt cōſtat ex dictis circa quintū prædicabile: Neque cōcretū ſubſtanciale *homo, equus, &c.* dicitur de aliqua ex partib⁹, ex quib⁹ coaleſcit, vt in cōfeſſo eſt apud omnes: ergo ſoli cōcreto accidentali adiectiuè ſumpto cōuenit eſſe denominatiuū. Ariſtoteles autē in definitione denominatiuorū ſuprà traditā nō expreſsit vim denominādi ſubiectum, quæ concreto accidētali adiectiuè ſumpto prę alijs cōuenire ſolet, quia, cū in cōfeſſo eſſet apud omnes, illā ſupponebat vt certā, & ſolùm curabat explicare differentiā, quà denominatiua differunt ab alijs cōcretis accidentalibus adiectiuis, quæ non ſunt denominatiua.

22 Dices hæc cōcreta ſubſtātialia, *animatū informatū*, & alia ſimilia adiectiuè ſupta dicūtur de ſubiecto, ex quo coaleſcūt, de materia videlicet: & aliàs habēt reliqua omnia, quæ in definitione denominatiuorū cōtinētur: ergo non ſolū cōcreta accidētalia; ſed etiam ſubſtātialia adiectiuè ſumpta ſunt denominatiua. Reſpōdeo, hęc cō-

cre-

creti, licèt ſint phyſicè ſubſtátialia, eſſe tamen accidentia prædicabilia reſpectu materiæ primæ, & ideò quoad prædicationẽ habent rationem concreti accidentalis reſpectu ipſius materiæ.

23 Ex dictis colliges primò, nõ omnia cócreta àccidẽtalia adhuc adiectiue ſumpta eſſe denominatiua: quia *ſtudioſus* eſt concretum accidentale adiectiuum, & nihilo minus non eſt denominatiuum, cũ nõ ſumat appellationem ſecundũ nomen à *virtute*, quæ eſt forma cõſtitutiua talis concreti. Colliges ſecundò, ad rationem denominatiui nõ requiri plura, quæ eodem nomine ſignificentur ſicut requiruntur ad rationem æquiuocorum, & vniuocorum, quia omnia, quæ de ratione formali denominatiuorum eſſe diximus, poſſũt vni ſoli conuenire, vt cõſtat ex dictis. Hoc tamen non tollit, quod denominatiuum poſsit admittere æquiuocationem, & vniuocationem; *ſanũ* enim adiectiuè ſumptũ (qua ratione eſt denominatiuum) poteſt cõparari ad medicinã pulſum, & hominẽ ſanũ, & ſic erit æquiuocũ: poteſt etiã comparari ad hũc, & illũ hominẽ ſanũ prout habẽtes ſanitatẽ, & ſic erit vniuocũ, quia ſe habet vt ſpecies reſpectu illorum. Si verò comparetur ad hunc, & illum hominẽ ſanum non reduplicatiue prout habẽtes ſanitatẽ; ſed ſolùm ſecundum ſe, non erit ſtrictè vniuocum reſpectu illorum, quia comparatur ad illos tãquã accidẽs prædicabile ad ſua ſubiecta; erit tamẽ late vniuocum iuxta dicta ſuprà n.6.

SECTIO IV.

Analoga definiuntur.

24 LIcèt Ariſ. in hoc loco nõmẽ minerit analogorũ, quia cũ ſint æquiuoca à cõſilio ſub nomine æquiuocorũ illa cõprehendit; alijs tamen in locis ea tradidit (licèt rarò ea analoga appellauit) vt conſtat ex 4. Met. 2. textu 2. vbi hæc habet. *Ens autẽ multipliciter quidẽ dicitur verũ ad vnũ, & non æquiuocè? ſed quẽadmodũ omne ſanũ ad ſanitatẽ.* Et lib. 7. Met. cap. 4. circa finẽ textu 15. vbi tractat; qua ratione *eſſe*, aut *eſſentia* cõueniat ſubſtãtiæ, & accidẽti, hæc habet: *Nã rectius eſt neq; æquiuocè dicere neq; eodẽ modo* (hoc eſt vniuocè) *ſed quẽadmodũ medicinale, eo quod ad idẽ quidẽ, & vnũ; nõ autẽ idem, & vnum* (hoc eſt vniuocũ) *nõ tamen etiam æquiuocè, nullum etenim medicinale corpus, opus & vas* (prout ſignificantur nomine, *ſanum*) *dicitur æquiuocè neque ſecundũ vnum: ſed ad vnum.* In quibus locis manifeſtè concedit dari medium inter hoc, quod eſt dici vniuocè, & æquiuocè, & hoc medium in eo conſtituit, quod plura dicantur ad vnum.

25 Hinc deſumpta eſt definitio analogorũ, quæ communiter traditur à dialecticis, & philoſophis, *Analoga ſũt, quorũ nomẽ eſt cõmune, ratio verò ſubſtãtiæ ſignificata per nomẽ, neq; omnino eadẽ, neq; omninò diuerſa.* Conueniunt cũ æquiuocis, & vniuocis in hoc, quod eſt

eſt vno nomine ſignificari, differũt tamen ab vniuocis in eo, quod ratio ſignificata nõ eſt omnino eadẽ ab æquiuocis verò in eo, quod ratio ſignificata nõ eſt omnino diuerſa. Dicitur in definitione; *ratio ſubſtãtia*, quia ſicut vniuoca, & æquiuoca adhoc, vt ſint ſtrictè talia requirunt, quòd ratio ſignificata per nomẽ ſit eſſentialis, vel ſubſtãtialis illis, quę dicuntur vniuoca, aut æquiuoca; ita etiã, vt analoga ſtrictè ſint talia, requiritur, quod ratio ſignificata per nomẽ ſit eſſẽtialis, aut ſubſtãtialis illis, quæ dicũtur analoga; ſi verò nõ ſit eſſẽtialis, aut ſubſtantialis erunt lato modo analoga, vt diximus de vniuocis, & ęquiuocis. Vſu tamẽ receptũ eſt, vt indiſcriminatim tã ea quorũ ratio ſignificata per nomẽ eſt eſſentialis, quã ea, quorũ eſt accidẽtalis, abſolutè dicãtur analoga, atq; adeò de omnibus indiſcriminatim loquemur in ſequẽtibus.

26 In exẽplũ analogorũ poſſũt adduci *animal, medicina, & pulſ⁹* prout ſignificãtur hoc nomine *ſanũ*. Etenim nomẽ, *ſanũ*, ſignificat hæc tria ſecundũ rationes partim diuerſas: animal enim dicitur *ſanum*, quia intrinſecè participat ſanitatẽ, medicina verò, quia eſt cauſa ſanitatis; pulſus denique, quia eſt ſignũ ſanitatis, quæ quidẽ ſunt rationes diuerſæ. Cæterum, quia tã pulſus in ratione ſigni, quã medicina in ratione cauſæ dicunt ordinem ad ſanitatẽ intrinſecè exiſtentem in animali, ideò dicuntur habere aliquam conuenientiam, ſaltem ſecundum quid, cum animali in ratione ſani, ac per conſequens prout hoc nomine *ſanũ* ſignificãtur, nõ ſunt omnino eadem, neque omnino diuerſa; ſed partim eadem, & partim diuerſa.

27 Ex dictis colligitur, ad rationem analogorũ, primò requiri plurá, quæ eodẽ nomine ſignificẽtur. Secundò vnũ nomẽ; quod ea plura ſignificet. Tertio quod nomen ſignificèt illa plura ſecundũ aliquã rationẽ formalẽ, ſeu aliquã formalitatẽ ſingulorũ, quę partim ſit diuerſa, & partim eadem: Quartò, quod præcedat vna cognitio, vel plures cognitiones, quæ illam rationẽ, ſecundũ quam ſunt partim diuerſa, & partim eadem attingat. An vero ab analogatis poſſit abſtrahi vnus conceptus communis omnibus, dicemus infrà. Deinde analoga alia ſunt analogãtia; alia analogata. Analogantia ſunt nomina ſignificãtia plura ſecundùm eam rationẽ; ſecundùm quam ſunt partim eadẽ, & partim diuerſa. Analogata ſunt plura illa per nomen ſignificata. Deinde ſi datur vna cognitio plura illa repræſentans, reducetur talis cognitio ad analoga analogantia; & ſi per talem cognitionem abſtrahitur vnus conceptus cõmunis omnib⁹ analogis, pertinebit talis cõceptus ad analoga analogata, iuxta ſupra dicta de vniuocis.

SECTIO V.

Quot ſint analogorum ſpecies.

28 Caietanus in opuſ. de Analog. nomin. c. 1. 2. & 3. ex D. Tho.

D. Thoma, & alijs triplicem analogorum ſpeciem aſsignauit. Primam vocauit inæqualitatis. Secũdam proportionis ſeu attributionis. Tertiam proportionalitatis. Quib⁹ quartã addiderunt alij, quã vocant analogiã tranſcendentiæ. Analoga inæqualitatis dicuntur eſſe, *quorũ nomẽ eſt commune, & ratio ſignificata per nomen eadẽ: inæqualiter tamẽ perfecta in inferioribus*. Hãc analogiam dicit Caietanus inueniri in genere reſpectu ſuarum ſpecierum, ratio enim generica eſt eadem in ſpeciebus; inæqualiter tamen perfecta ratione differentiarum, per quas contrahitur ad ſpecies: differentia enim hominis eſt perfectior differentiã equi, & differentia huius perfectior differentiã lupi, & ideo maior accreſcit perfectio animali, dũ contrahitur ad hominem, quam dum ad equum, &c. Cæterũ, cùm hęc maior perfectio non ſit de ratione formali animalis exiſtentis in homine; ſed illi adueniat per formalitatem aliam ſuperadditã, non tollit, quod ratio animalis ſit omnino eadem ſecundùm ſe, ac per conſequens neque tollit vniuocationem illius. Propter hanc rationem addit Caietanus, eam non eſſe propriè analogiam, quia, quę eſt propriè talis, excludit vniuocationem. Pręterea, licèt ratio ſignificata per nomẽ genericum, *animal*, v.g. ſit inæqualis in ſpeciebus; hæc tamen inæqualitas, neque in illã datur ratione ſui; ſed ratione differentiæ illi adiunctæ, neque ſignificatur per nomẽ *animal* atque adeò nullam rationem analogię participare poteſt, ſiquidem ad analogiã eſt neceſſarium: quod plura ſignificentur eodem nomine ſecundum rationem, quæ ſit partim eadem, & partim diuerſa ratione ſui, vt conſtat ex definitione analogorum ſuprà traditã.

De Analogis attributionis.

29 Analoga attributionis, ſeu proportionis dicũtur, *quorũ nomẽ eſt cõmune; ratio verò ſignificata ſimpliciter diuerſa*, & *eadẽ ſecũdũ terminũ*. Hęc definitio deſũpta eſt ex S. Tho. 11. Met. lect. 3. Explicatur. Animal, medicina, & pulſus ſunt analoga attributionis, prout ſignificãtur hoc nomine, *ſanũ*, quod quidẽ rationes diuerſas ſignificat in ſingulis: animal enim dicitur ſanum, quia in ſe habet ſanitatem; medicina, quia eſt cauſa; & pulſus, quia eſt ſignum ipſius ſanitatis. Cùm autem habere in ſe ſanitatẽ, ac eſſe cauſam, & indicium ſanitatis ſint rationes ſimpliciter diuerſæ, ratio ſignificata per nomen *ſanum* erit ſimpliciter diuerſa. Cæterum; quia medicina, & pulſus habent proportionem aliquam, & ordinem ad ſanitatem exiſtentem formaliter in animali, dicuntur non eſſe omnino diuerſa; ſed habere aliquam cõuenientiã cum animali vt ſano, prout hoc nomine ſignificata & cum illa conuenientia in eo conſiſtat, quod ordinentur tanquam ad terminum realem, ad ſanitatem formalẽ animalis, dicitur eſſe identi-

tas ſecũdũ terminũ, & eſt tãtũ idẽtitas ſecũdũ quid, & imperfecta.

30. Dicuntur autem hæc analoga attributionis, & proportionis, vel quia res, qua nomen ex prima ſui intentione ſignificat, inuenitur ſolum in vno, à quo reliqua ſumũt eandem appellationẽ propter aliquam proportionem, ſeu ordinẽ realem, quem dicunt ad rem primariò ſignificatam (vt contingit in medicina, & pulſu, quæ dicuntur ſana propter ordinẽ, quem habent ad ſanitatem exiſtentem in animali, quę quidem ex prima nominis intentione ſignificatur per nomen *ſanum*) vel quia, ſi res per nomen analogum ſignificata ex prima inſtitutione inuenitur intrinſecè in vno, & in alio analogato, aliquando tamen pro nata occaſione ſignificatur per idem nomen vt perfectior in vno, & imperfectior in alio cum proportione, ſeu ordine aliquo ad perfecti°. Sic ſe habet *ens* reſpectu Dei, & creaturarum, ac reſpectu ſubſtantiæ, & accidentis: quia, licèt ratio formalis entis, quam nomen *ens* ex prima ſui intentione ſignificat, inueniatur intrinſecè tam in creaturis, quam in Deo; & tàm in accidenti, quam in ſubſtantia, vt dicemus infra: in Deo tamen eſt formaliter perfectior, quàm in creaturis; & in ſubſtantia, quã in accidenti, ita tamen, vt aliquãdo per idem nomen immediatè ſignificetur vt perfectior in Deo: & vt imperfectior in creaturis cum ordine aliquo ad ipſum Deum, & ſimiliter etiam ſignificetur vt perfectior in ſubſtantia, & vt imperfectior in accidenti cum ordine, ſeu attributione aliqua ad ſubſtantiã. Id explicabitur ſect. 6.

31. Ex his analogis attributionis ea, in quibus ratio ex prima nominis inſtitutione ſignificata per ipſum nomen eſt omnibus intrinſeca, dicũtur analoga propria; ea uerò in quorũ vno ſolũ inuenitur intrinſecè, dicũtur impropria. Et de omnibus illis verificatur commune proloquiũ: *Analogũ per ſe ſũptũ ſtat pro famoſiori ſignificato*; quia *ens* abſolutè prolatũ in creatis ſumitur pro *ſubſtantia*, vt paſſim docet Ariſt. in Metaph. certè non alia de cauſa, niſi quia, licet intrinſecè etiam inueniatur in *accidenti*; perfectius tamen inuenitur in *ſubſtantia* tanquam in eo, ad cuius perfectionem ordinatur *accidens*, & propterea hoc, *entis ens* appellari ſolet. De hoc latè agemus ſect. 6. Deinde *ſanum* abſolutè prolatum ſumitur pro *animali* habente ſanitatem: quia forma primario importata per nomen inuenitur intrinſecè in *animali*: in *medicina* verò, & *pulſu* ſolùm extrinſecè. Præterea analogiam attributionis diuiſit D. Thomas in analogiam attributionis vnius, vel plurium ad vnum, quod ſignificetur eodem nomine cum illis, quæ ad ipſum ordinantur, (vt *ſanum* reſpectu *medicinæ*, *pulſus*, & *animalis*) & in analogiam attributionis plurium ad illud tertium, quod non ſignificetur eodem nomine cum illis; ſed ſolùm connotetur: vt *accidens*, quod ſigni-

cà plura diuerſa, omnia, videlicet *accidentia*, prout dicunt ordinem ad *ſubſtantiam*, quæ non ſignificatur; ſed ſolùm connotatur hoc nomine, *accidens.*

32 Hic eſt aduertēdū ad hoc, vt aliqua ſint analoga analogia attributionis non ſufficere, quod quædam ex illis dicant ordinem ad vnum, & quod ſignificētur, vtcunque eodem nomine; ſed eſſe neceſſarium, quod nomen ſignificet ea ſecundùm eam rationem: ſecundùm quam quædam dicunt ordinem ad vnū, & hoc vnum terminat ordinē aliorum. Explico. *Ens* ſignificat rationem entis, quæ eſt in ſubſtātiā, & rationem entis, quæ eſt in accidenti: ſi ergo accidens non ſignificaretur per nomē *ens*, vt dicit ordinem ad ſubſtātiā & ſubſtantia prout terminat ordinem accidētis, *ens* non eſſet analogum analogia attributionis reſpectu ſubſtantiæ, & accidentis, quia iam ratio ſignificata per nomen *ens*, non haberet identitatem requiſitam ad analogiam attributionis: hæc enim identitas, vt cōſtat ex ſuprà dictis, in eo cōſiſtit, quod ratio ſignificata per nomen analogum in quibuſdam dicat ordinem ad vnum, & in hoc vno terminet aliorū ordinem, & propterea dicitur *identitas ſecūdū terminum*: atqui in caſu poſito ratio ſignificata per nomen *ens* in accidenti non diceret ordinem ad ſubſtātiam, neque in ſubſtantia terminaret ordinem accidentis, vt ſupponimus: ergo ratio ſignificata per nomen non eſſet eadem, identitate requiſitā ad analogiā attributionis. Idem dicito de *animali, medicina*, & *pulſu*, prout ſignificātur nomine *ſanum.*

33 Hinc colliges, nomen *qualitas* (& idē eſt de alijs ſimilibus) non eſſe analogum reſpectu qualitatum, quarum vna dependet, ſeu dicit ordinem ad aliam, vt reſpectu primarum, & ſecundarū qualitatum, quarum iſtæ dependent ab illis. Ratio eſt, quia hæc dependentia non ſignificatur per illud nomen; ſed ſolùm ſignificaturr ratio qualitatis, quæ ſecūdùm ſe eſt eadem in omnibus, & ſit diuerſa in ſingulis ratione differētiarum, per quas contrahitur ad ſingulas ſpecies. Dices, accidens non dicit ordinem ad ſubſtantiam ſecundū rationem entis; ſed ratione differentiæ propriæ: ergo nomen *ens* non eſt analogum reſpectu ſubſtātiæ & accidentis. Cōſequentia videtur bona: quia nomē *ens* ſolùm ſignificat rationem entis, & non differentias proprias ſubſtantiæ, & accidentis. Antecedens probatur: quia accidens dicit ordinem ad ſubſtātiam, vt eſt accidēs: atqui non conſtituitur in ratione accidentis per rationem entis, cum hæc ſit communis ſubſtantiæ; ſed per propriam differentiam: ergo ratione huius refertur ad ſubſtantiā, & nō per rationē entis. Nego primum antecedēs, quia ratio ſignificata per nomen *ens* imbibitur formaliter in differentia accidentis, atque adeò, ſi differentia accidentis dicit ordinem ad ſubſtantiam, neceſſarium eſt, quod

ratio ſignificata per nomen *ens* in accidenti dicat ordinē ad ſubſtantiam. Secundò, falſum eſt dicere, quod per nomen *ens* non ſignificātur differentię proprię ſubſtantię, & accidentis, vt dicemus ſect. 6.

De Analogis proportionalitatis.

34 ANaloga proportionalitatis dicuntur, *quorū nomē eſt cōmune, ratio verò ſignificata per nomē partim diuerſa, & partim eadē ſecūdū proportionē.* Proportio eſt ſimilitudo vnius ad aliud, qualis eſt inter quatuor, & octo, quæ eſt proportio dimidij ad duplū. Proportionalitas eſt cōparatio, ſeu ſimilitudo duarū proportionū inter ſe, propterea analoga proportionalitatis dicuntur eſt eadē ſecūdū proportionē, hoc eſt, ratione cōparationis duarum proportionū inter ſe. Exēplū huius analogiæ ſint *riſus* veri hominis, & *viriditas* prati prout ſignificātur hoc nomine, *riſus*: hæc enim habent idē nomē; ratio verò ſignificata per illud partim eſt diuerſa, quia in homine ſignificat verum riſum: in prato veró viriditatem, quæ quidem diuerſa ſunt, vt patet; partim tamen eſt eadem ipſa ratio ſignificata, ſiquidem eſt eadem ſecundum proportionem: quia, ſicut ſe habet riſus hominis ad hominem, ita ſe habet viriditas prati ad pratum: ſicut enim riſus hominis oſtentat rectam corporis diſpoſitionem, & veram eius hilaritatem; ac gaudium elicitum, ſic etiam viriditas prati oſtentat rectam prati diſpoſitionem, & quaſi gaudium innatum de illà bonà diſpoſitione præſenti.

35 Hinc fit primò, proportionalitatem eſſe veram ſpeciē analogiæ; quia vt ex definitione conſtat illi conueniunt omnia, quæ ad veram analogiam requiruntur. Fit ſecundo, eſſe ſpeciem analogorum diſtinctā ab analogia attributionis, quia licèt vtraque conueniat in hoc, quod eſt inuoluere aliquā rationem ſignificatam per nomen vt partim diuerſam, & vt partim eandem; at identitas requiſita ad analogiam attributionis eſt diuerſæ rationis ab identitate requiſita ad analogiam proportionalitatis; ergo diſtinguuntur ſpecie. Antecedens probatur: quia identitas requiſita ad analogiam attributionis eſt ordo intrinſecus vnius, vel multorum ad vnum; identitas verò requiſita ad proportionalitatē eſt ſimilitudo diuerſarum proportionum: atqui ordo vnius, vel multorum ad vnum, & ſimilitudo diuerſarum proportionū ſunt identitates diuerſę rationis: ergo identitas requiſita ad vnam eſt diuerſæ rationis ab identitate requiſitâ ad aliam, cur ergo non diſtinguētur ſpecie?

36 Obijcies: proportionalitas non ſolùm inuenitur in analogis; ſed etiam in vniuocis, & æquiuocis: ergo non eſt ſpecies analogiæ; ſed quid commune vniuocis æquiuocis, & analogis. Antecedens probatur: quia ſicut ſe habet animal hominis ad rationale, ita ſe habet animal equi ad equum; & ſicut ſe habet canis marinus ad

ſuum

Digitized by Google

ſuum eſſe, ita ſe habet canis latrabilis ad ſuum: ſed *homo*, & *equus*, prout hoc nomine *animal* ſignificantur, ſunt vniuoca, & *canis marin*°, & *latrabilis*, prout hoc nomine *canis* ſignificantur ſunt æquinoca: ergo proportionalitas non ſolùm conuenit analogis; ſed etiam æquiuocis & vniuocis. Diſtinguo primum antecedens, proportionalitas non ſolùm inuenitur in analogis; ſed etiam in vniuocis, & æquiuocis, prout ſignificantur nomine vniuoco, & æquiuoco, nego: prout alio nomine ſignificantur, admitto antecedens. Ad probationem antecedentis admitto, quòd ſicut ſe habet animal hominis ad rationale; ita ſe habet animal equi ad hinnibile. At hæc ſimilitudo proportionum nõ ſignificatur per nomen *animal*; nam proportionalitas, ſeu ſimilitudo duarum proportionum, quarum vna ſit animalis ad rationale, & alia animalis ad hinnibile inuoluit aliquid diuerſum in vnâ, & aliâ proportione, cum in vnâ inuoluat rationalitatem, & hinnibilitatem in aliâ: atqui hæc diuerſitas non ſignificatur per nomen *animal*, (ratione cuius ſunt vniuoca) ſed ſolùm identitas, quam habent in rationale animalis: ergo non conuenit illis talis proportionalitas, prout ſignificantur nomine vniuoco. Idem dicito ſuo modo de nomine *cannis*: hoc enim non ſignificat ſimilitudinem canis latrabilis, & marini in proportionibus; ſed ſolùm diuerſitatem, aut diſsimilitudinem inter rationes formales vtriuſque; & ideò ſunt æquiuoca, prout hoc nomine ſignificata, & non analoga proportionalitatis. Alia omitto; quæ circa analogiam proportionalitatis adduci ſolent, quia confuſionem potiùs, quàm lucem aliquam afferent legentibus.

De Analogis tranſcendentiæ.

37 Analoga tranſcendentiæ dicuntur ea, *quorũ nomen eſt commune*; *ratio verò ſignificata ita imbibitur in differentijs proprijs ſingulorũ, vt non poſsit ab illis abſtrahi ſimpliciter; ſed tantũ ſecundũ quid*. Hanc analogiam dicitur habere *ens* reſpectu *ſubſtantiæ*, & *accidentis*, & reſpectu eorum omnium, quæ ſub accidenti, & ſubſtantia continentur: quia ita imbibitur ratio *entis* in differentijs ſingulorum, vt non poſsit ab illis abſtrahi ſimpliciter; benè tamen ſecundùm quid. Circa hanc analogiam eſt magna controuerſia inter recentiores, vtrùm concedenda ſit, atque adeò ex profeſſo nobis examinanda eſt in præſenti: &, quia præcipua controuerſia eſt de *ente*, de illo in terminis agemus, & quidquid de illo dixerim dictum cenſeatur de reliquis tranſcendentibus.

(✠)

SECTIO VI.

An ratio formalis entis realis trã. ſcendat omnes differentias entium particularium.

38 TVnc dicitur ratio aliqua traſcendere differentias, quando hę nõ poſſunt expreſsè cõcipi, quin per eandẽ cognitionem expreſsè cõcipiatur illa ratio tã quàm quid intrinſecũ ipſis differẽtijs, & propterea dicitur talis ratio pertinere ad cõceptũ formalẽ ipſarũ differentiarũ. Porro *ens* poteſt ſumi *participialiter* prout eſt participiũ verbi *ſum, es, fui*, quo pacto idẽ valet ac *exiſtẽs*, hoc eſt habens eſſe in rerũ natura excludẽdo negationẽ ſui. Deinde poteſt ſumi *nominaliter*, quo pacto idẽ valet, ac nõ repugnãs, ſeu poſsibile, hoc eſt aptum ad exiſtendũ. Deinde ens *nominaliter* ſumptũ, quod eſt idem, ac ens poſsibile, primò diuiditur in creatum, & increatũ. Prętereà creatum in ſubſtantiã & accidens. Denique ens, quod eſt ſubſtantia diuiditur per particulares differentias in varias ſpecies, & idem eſt de accidenti.

39 Eſt tamẽ obſeruandum, rationẽ entis non ſolùm inueniri intrinſecè in ſubſtãtia; ſed etiã in accidenti. Id eſt contra Caiet. Ochamum, & alios oppoſitũ aſſerẽtes. Probatur, quia accidens reale reuera eſt aptum ad exiſtendum, & prætereà verè eſt exiſtens, quando producitur à ſuis cauſis: ergo reuera eſt ens. Cõſequẽtia eſt bona: quia ens creatũ vel eſt poſsibile, & ſic ratio formalis eius eſt aptitudo ad exiſtendũ: vel actuale, & ſic ratio formalis eius eſt exiſtentia terminans actionẽ ſuæ cauſæ. Antecedẽs probo: quia accidẽs reale reuerâ non implicat cõtradictionẽ: ergo reuerà eſt aptum ad exiſtendum, quia nõ implicare cõtradictionẽ nil aliud eſt, quã poſſe exiſtere. Cõfirmatur quia id, quod immediatè opponitur chimæræ eſt ens: ſed accidẽs opponitur immediatè chimæræ, ergo eſt ens. Maior eſt certa. Minor probatur: quia chimæra implicat cõtradictionẽ: ergo, quod non implicat cõtradictionem, opponitur illi immediatè: ſed accidens reale nõ implicat contradictionem: ergo opponitur immediatè chimæræ,

40 Dices, accidẽs eſſe ens prout opponitur chimęrę: nõ verò prout dicitur de ſubſtantià. Sed contrà: ens prout opponitur chimęræ, dicitur de ſubſtãtià, quia reuerâ nõ implicat cõtradictionẽ: ergo ſaltẽ hac ratione ens eſt intrinſecũ ſubſtantiæ, & accidenti. Cõfirmatur: quià, ſi propter aliquã rationẽ cõceptus entis non eſſet intrinſecè in accidenti maximè, quia ſubſtantia dicitur ab Ariſtotele abſolutè, & ſimpliciter ens; accidens uerò ens ſecundùm quid: ſed hæc ratio, ſi vim haberet, probaret etiam, ſubſtantiam creatam non eſſe intrinſecê ens, quia Deus in ſacrâ paginà dicitur abſolutè, & ſimpliciter eſſe, & reliqua omnia eſſe quaſi nihilum in conſpectu eius: atqui, hòc non obſtante, dicis, non ſolum Deum; ſed ſubſtantiam etiam creatam eſſe intrinſece

ens;

ens: ergo fateri etiã teneris, non ſolũ in ſubſtantiam creatam; ſed etiã accidens eſſe intrinſecè ens.

41 Dices: analogum per ſe ſumptum ſtat pro famoſiori ſignificato iuxta cõmune proloquium, & propterea Ariſtoteles frequenter dicit, *ſubſtãtiã* eſſe abſolute, & ſimpliciter ens; *accidẽs* verò ſecundũ quid: ergo id, quod ſignificatur nomine *entis*: eſt ſolùm ſubſtãtia: ergo ratio entis non eſt intrinſece in accidẽti. Si quid probaret hoc argumentum, probaret quidem *ens* non eſſe nomen analogum reſpectu *ſubſtantiæ*, & *accidẽtis*, quia nomen analogum debet ſignificare omnia analogata: at ens per ſe ſolam ſubſtantiam ſignificat: ergo non eſt analogum reſpectu ſubſtãtiæ, & accidentis.

42 Pro reſponſione ergo obiectionis noto, nonnulla eſſe nomina, quæ licet ex prima ſui inſtitutione plura aliqua ſignificent ſine diſtinctione: poſteà tamen vſu introducitur, quod, poſitis quibuſdã circunſtãtijs, primario nos ducãt abſolutè prolata in cognitionẽ alicuius, quod inter omnia ſignificata eſt præcipuum, & ſecundario in minus præcipua. Ita contingit frequenter in his nominibus, *Marchio*, *Dux*, & alijs ſimilibus, quę licèt ex primà ſui inſtitutione ſignificent omnes duces, & Marchiones, vſu tamẽ introductũ eſt, quod dũ alicubi ſunt plures, inter quos vnus eminet ſuper alios; vel potẽtià, vel nobilitate, vel gratià apud Regẽ, abſolutè prolata ea nomina primariò nos ducãt in cognitionẽ ſupereminẽtis; & ſecundariò in reliquos inferioris ſortis, non quia nõ ſit in omnib⁹ ratio, quã ex prima ſui inſtitutione ſignificãt ea nomina; ſed quia ratione circunſtantiarum ſignificant immediatè eam rationẽ in aliquo cum aliquà excellentià, ratione cuius antecedit reliquis; & in alijs cum rationibus particularibus, ratione quarum ſunt illi inferiores.

43 Sic ergo accidit in hoc nomine, *ens*, quod quidẽ ex prima ſui inſtitutione aſſumptum fuit ad ſignificãdum, quod nõ implicat contradictionẽ, ſeu eſt aptum ad exiſtẽdum; & propterea ex prima ſui inſtitutione ſignificat ſine diſtinctione, tã accidẽs, quã ſubſtantiã, ſecundùm quod nõ implicant cõtradictionem ſeu apta ſunt ad exiſtendum poſteà tamen vſu introductum eſt, quod, dum de Deo agimus relatè ad creaturas, vel de ſubſtantia relatè ad accidentia; vtamur hoc nomine abſolutè prolato ad ſignificandum primario Deum, vt ſupereminentem, & abſolutum à reliquis, & ſecundario reliqua, vt inferiora, & ab illo dependentia. Et ſimiliter aſſumamus illud ad primario ſignificandam ſubſtantiam vt primum, & præcipuum ens reſpectu accidentium & ſecundariò accidẽtia, vt minus præcipua, & ad ſubſtantiæ perfectionem ordinata.

44 In hoc ſenſu explica cõmune proloquiũ: *Analogũ per ſe ſumptũ ſtat pro famoſiori ſignificato*, quod intelligẽdum eſt de analogo attributionis, non quidem, quia ſolùm

ſignificat præcipuũ ſignificatũ, neque enim eſſet analogũ, niſi etiam minus præcipua ſignificaret; ſed quia id, quod præcipuũ eſt, vt tale primario ſignificat, & ſecundariò reliqua vt ad illud ordinata. Et in eodẽ ſenſu explicãdus eſt Ariſt. dũ dicit *ſubſtãtiã eſſe abſolutè & ſimpliciter ens; accidens ſolũ ſecũdũ quid*: quia dũ de ſubſtãtia loquitur relatè ad accidẽtia, eo nomine vtitur ad ſignificãdũ *ſubſtãtiã*, vt ens primũ; cuius perfectioni inſeruit accidẽs, & *accidẽs* vt ens quaſi ſecũdũ, quod ad ſubſtãtiæ perfectionẽ ordinatur. Hoc tamẽ nõ tollit, quod ens ex prima ſui inſtitutione ſignificet; quòd nõ repugnat; ſeu aptũ eſt ad exiſtẽdũ, ac per cõſequẽs quod ratio entis non ſolũ in ſubſtantia; ſed etiam in accidenti reperiatur.

45 Hoc ergo ſuppoſito, inquirimus in præſẽti: an ratio entis, quę in Deo & creaturis; ſubſtantia, & accidẽti intrinſecè reperitur; non ſolũ idẽtificetur realiter cũ illis; ſed etiã pertineat ad cõceptũ formalẽ differẽtiarũ, quę ſũt propriętã ipſorũ; quã omnium inferiorum quę ſub illis cõtinẽtur, ita vt tales differẽtię cõcipi nequeãt, quin per eãdẽ cognitionẽ ratio entis cõcipiatur tãquã quid intrinſecũ illis? Negat Scot. in 1. diſt. 3. q. 3. §. *Ad quæſt. igitur*, cui ſubſcribũt Scotiſtę, & nõnulli alij è recentioribus.

Vera ſententia probatur.

46 VEra tamẽ ſentẽtia eſt rationẽ entis trãſcẽdere omnes differẽtias vſq; ad vltimas cuiuſcũq; rei; ita vt ſit de cõceptu formali illarum. Ita P. Suar. in Met. diſp. 2. ſect. 5. n. 16. vbi pro ſe adducit S. Thom. & plures alios P. Hurt. in Met. diſp. 2. ſect. 4. & nõ nulli recẽtiores. Pro eius probatione noto, ab ente poſſibili, & exiſtẽte nõ poſſe abſtrahi vnum cõceptum entis cõmunẽ vtriq;. Ratio eſt quia cõmuniſsima ratio entis, eſt illa, per quã ens diſtinguitur à chymęra; ſed ab hac diſtinguitur per hoc quod eſt eſſe poſſibile ergo cõmuniſsima, & abſtractiſsima ratio entis eſt eſſe poſſibile; atq; adèo non datur alia ſuperior abſtracta à poſſibili, & exiſtenti. Minor eſt certa; quia chimęra eſt impoſſibilis: ergo id, quod immediatè ſeparatur ab illa, eſt eſſe poſſibile. Idẽ dicẽdum eſt de qualibet differẽtia, de rationali v.g. nẽpè quod à rationali poſſibili, & exiſtente non poteſt abſtrahi vna ratio rationalis vtriq; cõmunis: quia ratio cõmuniſsima rationalis eſt illã, per quam rationale ſeparatur à ſui repugnantia: atqui ab hac repugnantia ſeparatur immediatè per non repugnãtiam ergo ratio cõmuniſsima rationalis eſt non repugnare (quod eſt idẽ, ac eſſe poſſibile) atq; adeò à rationali poſſibili, & exiſtentẽ non poteſt abſtrahi alia ratio ſuperior rationalis.

47 Noto 2. ad hoc, vt inter cõceptꝰ reales vnius, & eiuſdẽ rei vnus diſtinguatur formaliter ab alio, eſſe neceſſariũ, quod poſsit expreſſe cõcipi, quin expreſſe cõcipiatur ille alius tanquã quid ei intrinſecũ: quia, cũm diſtinctio formalitatum ſeu cõceptuum realium vnius rei

ſo-

Digitized by Google

ſolũ detur per cognitioné intellectus exprimentem vnum ſine expreſsione alterius, vt dictum eſt in tract. de Vniuerſ. neceſſarium eſt, quod, ſi vnus nõ poſsit expreſſe concipi, quin expreſſe concipiatur alius cum quo alias identificatur realiter) tanquam quid intrinſecum illi, non diſtinguatur formaliter ab illo alio. His poſitis.

58 Probatur noſtra ſentẽtia: quia rationale v. g. (& idẽ eſt de reliquis differentijs) ex vnà parte eſt idẽ realiter cũ ratione entis conuenientis homini, vt fatentur omnes: ex alia parte nõ poteſt cõcipi expreſsè, quin expreſsè cõcipiatur eſſe ens: ergo ratio entis pertinet ad cõceptũ formalẽ rationalis. Conſequentia eſt bona: quia in omniũ cõſenſu tũc aliquid pertinet ad cõceptũ formalẽ alteri', cũ quo realiter idẽtificatur, quando hoc non poteſt expreſsè concipi, quin expreſsè cõcipiatur vt idem cum illo. Antecedens probatur quoad ſecũdã partẽ: quia rationale formaliter vt tale eſt principiũ ratiocinãdi, quod quidẽ nõ poteſt expreſsè cõcipi vt tale; quin cõcipiatur, vt principiũ poſsibile, vel vt exiſtẽs vt cõſtat ex n. 46 ſi autẽ cõcipiatur vt principiũ poſsibile, concipitur vt ens poſsibile, quia principium poſsibile, vt tale eſt aptum ad exiſtẽdum, & hoc eſt ens poſsibile, vt conſtat ex n. 38. Si concipiatur vt principium exiſtens concipitur vt ens actuale, & exiſtens, quia principium exiſtẽs, vt tale, eſt actu in rerum natura, & hoc eſt eſſe ens exiſtens, vt conſtat ex eodẽ n. ergo non poteſt concipi rationale, quin concipiatur vt ens: ergo hoc pertinet ad conceptum formalem illius.

49 Confirmatur, quia hæ propoſitiones: *Rationale formaliter ſumptũ implicat cõtradictionẽ: Rationale formaliter ſumptũ nõ implicat cõtradictionẽ*, ſunt cõtradictoriæ, vel æquiualẽtes cõtradictorijs: ergo vna ex illis debet eſſe vera. Nõ prima; neq; enim ex poſitione rationalis formaliter ſũpti ſequitur duplex contradictoriũ, vt cõſtat: ergo ſecũda eſt vera: ergo rationale formaliter ſũptũ eſt poſſibile, quia quod nõ implicat contradictionẽ eſt poſsibile; ſed quidquid eſt poſsibile eſt ens: ergo rationale formaliter ſũptũ eſt ens. Minor probo: quia quidquid eſt poſsibile eſt aptũ ad exiſtẽdũ: ſed ens poſsibile vt tale nil aliud eſt niſi aptũ ad exiſtẽdũ: ergo quidquid eſt poſsibile eſt ens. Dices, rationale formaliter ſumptũ eſſe poſsibile materialiter: quia idẽtificatur realiter cum tota entitate hominis, quæ eſt poſsibilis realiter, non verò eſſe poſsibile formaliter. Sed cõtrà: rationale formaliter ſumptum eſt, diſtinctum formaliter ab animali, & à reliquis prædicatis hominis: vel ergo prout diſtinctũ formaliter ab animali implicat contradictionẽ; vel non implicat. Nõ primum, vt conſtat. Si autẽ prout diſtinctum formaliter ab animali non implicat, ergo prout diſtinctum formaliter ab animali eſt poſſibile ſed quod cõuenit vni formalitati prout diſtinctæ formaliter ab alia

aliã, cõuenit illi formaliter, & nõ ſolũ materialiter; neq; enim vniformalitati prout diſtinctæ ab alia quidquã cõuenit, niſi quod eſt de cõceptu formali illius, vt nullus nõ fatetur: ergo rationale formaliter ſumptum eſt formaliter poſsibile, ac per conſequens formaliter ens.

Soluuntur obiectiones.

50 Obijcit 1. Scot. ſi ratio entis trãſcenderet vltimã differentiã, ſeu imbiberetur formaliter in illã, iam vltima differentia cõueniret cum alijs in ratione entis, & differret ab alijs in ratione talis ergo eſſet vltima, vt ſupponimus, & nõ eſſet vltima, quia vltima differẽtia in nullo debet conuenire cum alijs. Reſpondeo, vltimã differentiã conuenire cum alijs analogicè in ratione entis; non verò vniuocè. Deinde differt ab alijs in ratione talis per ſe ipſam formaliter & non per aliã ſuperadditam: quia cum ſit idẽ formaliter cum ratione entis, in qua analogicè cõuenit cum alijs, nõ indiget alia ſuperaddita ad hoc, vt ab alijs differat atque adeo hæc conuenientia non tollit, quod ſit vltima. Id magis explicabitur ſect. ſequenti.

51 Obijcit 2. partes, ex quibus cõpoſitũ phyſicũ reſultat realiter tãquã ex actu; & potẽtia phyſicis debent eſſe tales, quę mutuò nõ ſe includãt realiter: ergo partes, ex quibus cõpoſitum metaphyſicum reſultat formaliter tãquã ex actu & potẽtia metaphyſicis, debẽt eſſe tales, quę mutuò nõ ſe includãt formaliter: ſed ens ſe habet; vt pars potentialis; & differentia vt pars actualis compoſiti metaphyſici: ergo neutra debet includi formaliter in alia. Cõceſſo primò antecedenti, & cõſequẽtia: nego minorẽ abſolutè loquẽdo: neq; enim ratio entis comparatur cum differentia tanquã pars potẽtialis cum actuali, hæ enim mutuo diſtingui debent formaliter, & iam probatum eſt differentiã non diſtingui formaliter ab ente, cum non poſſit expreſſe concipi niſi vt ens.

52 Obijcit. 3. ratio formalis entis conſiſtit in oppoſitione cũ chimæra, aut nihilo, ſed poteſt expreſſe concipi rationale, quin expreſſe cõcipiatur oppoſitio cũ chimęra, aut nihilo: ergo poteſt concipi, quin expreſſe cõcipiatur ens. Minor probatur, quia non poteſt expreſſe cõcipi oppoſitio cũ chimęra quin expreſſe cõcipiatur chimęra: ſed poteſt cõcipi expreſſe rationale, quin expreſſe cõcipiatur chimęra, vt experiẽtia conſtat: ergo, &c. Admiſſa maiori, nego minorẽ quia vel rationale concipitur vt poſsibile, & ſic cõcipietur vt nõ repugnãs: quia poſsibile nihil aliud eſt, quã nõ repugnãs; ſi autẽ concipitur vt nõ repugnãs, cõcipiatur, neceſſe eſt vt oppoſitũ repugnãtię quæ eſt nõ ens, ſeu chimęra: vel rationale cõcipitur vt exiſtẽs, & cũ exiſtẽtia ſit excluſio ſuæ negationis, cõcipietur etiã vt oppoſitũ ſuę negationi, vel ſi poteſt concipi vt exiſtens, quin cõcipiatur vt excludẽs ſuã negationẽ: idẽ erit de ente exiſtẽte, atq; adeò in nullo euẽtu poterit cõcipi rationale expreſſe, quin expreſſe etiã concipiatur, vt ens.

53 Ob-

53 Obijcies 4. fundamētū, quod habemus in reb' ad diſtinguēdas diuerſas formalitates in eadē entitate reali, ſunt diuerſæ operationes, aut diuerſa connotata ſic diſtinguim' in homine animal, & rationale, quia dātur in illo diuerſæ operationes, quarum vnā attribuimus animali, & alterā rationali: ſed in homine dātur duo connotata, quorū vnū poſſum' attribuere rationali, & alterū rationi entis: ergo poſſum' diſtinguere ens, & rationale tanquā ſuas formalitates diſtinctas, ac per conſequens ens nō imbibitur formaliter in rationali. Minor probatur: quia ens cum ſit aptitudo ad exiſtēdū, habet pro connotato exiſtentia ipſi' entis: rationale verò, cum ſit principiū ratiocinandi, habet pro connotato ratiocinationē: ſed exiſtētia entis, & ratiocinatio ſunt diſtincta cōnotata: ergo dantur diuerſa connotata, per ordinem ad quæ poſſumus diſtinguere formaliter rationale ab ente.

54 Reſpondeo diuerſas operationes, aut diuerſa cōnotata eiuſdem entitatis, nō eſſe ſufficiēs fundamētum ad diſtinguēdas diuerſas formalitates, niſi quādo res poteſt cōcipi expreſſe in ordine ad vnum, quin expreſſe cōcipiatur in ordine ad aliud: quia, ſi eo ipſo quod attingitur expreſſe in ordine ad vnum connotatū attingi debet in ordine ad aliud, neceſſarium eſt, quod de cōceptu formali talis entitatis, prout attingitur per illam cognitionē, ſit reſpicere vnum, & aliud connotatū, atq; adeò nullū ex illis erit cōnotatū adæquatū illius formalitatis; ſed ex utroque coaleſcet cōnotatum adæquatum illius. Cum autē rationale nō poſſit expreſſe cōcipi in ordine ad ratiocinationē, quin expreſſe concipiatur in ordine ad cōnotatum entis, neceſſarium eſt, quod nō poſsit diſtingui formaliter ab ente. In animali verò, & rationali eſt diuerſa ratio: quia nō ſolum habent diuerſa cōnotata; ſed etiā poteſt homo concipi expreſsè in ordine ad vnum, quin expreſſe cōcipiatur in ordine ad aliud; & è cōtra. Vndè ad obiectionē diſtinguo maiorē: fundamentū ad diſtinguendas diuerſas formalitates ſunt diuerſa connotata, quando res poteſt expreſſe concipi in ordine ad vnum, quin expreſſe concipiatur in ordine ad aliud, cōcedo: quādo nō poteſt expreſſe concipi in ordine ad vnū, quin expreſſe cōcipiatur in ordine ad aliud nego maiorē: deinde diſtinguo minorē: ſed in homine dantur duo cōnotata, quorum vnum poſſumus attribuere enti, & aliud rationali, ita vt poſsit concipi expreſſe in ordine ad connotatum attributum rationali, quin expreſſe concipiatur in ordine ad connotatum attributum enti nego: ita vt non poſsit, &c. concedo minorem: Et denique nego conſequentiam.

55 Dices, cur ad hoc, vt duę formalitates diſtinguantur, nō ſufficiet, quod vna, & eadē res habeat duo cōnotata, etiā ſi nō poſsit cōcipi in ordine ad vnum expreſſe, quin expreſſe etiā in ordine ad a-

liud

Digitized by Google

liud cõcipiatur. Reſpondeo, ideò eſſe, quia ſi ad pluralitatẽ formali tatum ſufficeret pluritas cõnotatorum indepẽdenter à pluralitate cognitionum, cum à parte rei den tur in vna, & eadẽ entitate plura cõnotata realiter diſtincta, daren tur etiã plures formalitates à par te rei, quod nullus admittit: ergo dicẽdum eſt, nõ poſſe eas formalitates diſtingui, niſi per cognitiones quarũ ſingulæ attingãt expreſſe rem in ordine ad vnũ cõnotatũ, quin in ordine ad aliud, vel ad alia expreſsè attingatur ipſa res

SECTIO VII.

An ab omnib⁹ entib⁹ realib⁹ poſſit præſcindi vna ratio entis realis.

56 DIctum eſt ſect. præcedẽti, differẽtias entium realium nõ poſſe prẹſcindi formaliter ab ente. Nunc inquirim⁹, an ens poſſit formaliter prẹſcindi à differẽtijs. Pro maiori explicatione in memoriã reuoco id, quod dixi diſp. 4. ſect. 4. n. 34. nempè duplicẽ dari præſciſsionẽ; vnã poſitiuã, alterã negatiuã. Poſitiua eſt illa, quâ vnum prẹdicatum attingitur expreſsé vt diſtinctũ ab alio. Negatiua eſt illa, qua vnũ prædicatum expreſsè attingitur, nulla facta expreſſa mentione alterius. Rurſus hæc diſtinguitur à nõnullis in adẹquatã, & inadæquatã. Adæquata dicitur, quãdo ita vnũ prædicatũ poteſt expreſsè cõcipi, quin aliud expreſsè concipiatur, vt è cõtra, hoc poſsit etiã expreſsè concipi, quin illud expreſsè cõcipiatur. In adæquata dicitur, quando entitas habens duo connotata poteſt expreſsè concipi in ordine ad vnum, quin expreſsè cõcipiatur in ordine ad aliud, non tamen è contra.

57 In prẹſenti ergo; certũ eſt 1. rationẽ entis nõ poſſe præſcindi ab inferiorib⁹ prẹſciſsione poſitiua: quia, cum probatum ſit ſect. prẹcedẽti, quãcunq; differẽtiã inuoluere formaliter rationẽ entis, neceſſariũ eſt, quòd nõ poſsit hẹc expreſsè concipi vt formaliter diſtincta ab illis. Certum eſt 2. non poſſe prẹſcindi prẹſciſsione negatiua adẹquata propter eandẽ rationẽ. Certum eſt 3. ab ente reali, & rationis nõ poſſe adhuc prẹſciſſione negatiuã inadẹquãta prẹſcindi rationẽ entis. Primò, quia ens rationis reuerà nõ eſt ens: ergo nõ poteſt ab illo, & ab ente reali prẹſcindi ratio entis. Probo conſequẽtiam: quia vel illa ratio præſciſſa reuerà eſſet ens, vel non. Si primum, nõ poſſet præſcindi ab ente rationis, cum hoc non ſit reuera ens. Si ſecundum, nõ prẹſcinderetur ab ente reali, quia in hoc nõ inuenitur ratio entis cõficta; ſed quẹ reverà eſt talis: ergo, &c. Confirmatur, quia nullus eſt, qui concedat; poſſe præſcindi vnam rationem hominis ab homine picto, & veró, certè non alia de cauſa, niſi quia homo pictus reverà non eſt homo: ergo, cùm ens rationis reverà non ſit ens, non poterit præſcindi ab illo, & ab ente reali vna ratio entis. Idem propter eandem rationem dicito de analogis attributionis, in quorum vno ſolùm reperitur intrinſecè ratio pri-

ma-

mariò ſignificata per nomẽ; in reliquis verò extrinſecè, vt ſe habẽt *medicina, pulſus,* & *animal* reſpectu *ſanitatis*; ab his enim nulla tenꝰ poteſt vna ratio præſcindi. Solum ergo procedit præſens difficultas de ente reali: an videlicèt ab omnibus entibus realibus poſsit pręſciſsione negatiua inadæquata pręſcindi vna ratio entis realis? Partẽ negatiuã tuentur Caiet. lib. de Analog. nomi. c. 4. & 6. P. Vazq. 1. part. diſp. 22. n. 6. & diſp. 114. n. 5. & 6. & plures ex Thomiſtis.

58 Vera tamen ſententia eſt: ab omnibus entibus realibus præſcindi poſſe præſciſsione negatiua inadequata vnam rationem entis realis. Ita P. Suar. in Metaph. diſ. 2. ſect. 1. & 2. P. Hurtado in Log. diſp. 9. ſect. 4. ſub ſect. 3. & in Metaphyſic. diſ. 2. ſect. 2. & multi recentiores. Probatur primo ex S. Tho. q. 1. de verit. art. 1. vbi ait: *Secundũ hoc aliqua dicũtur addere ſupra ens in quantũ exprimunt ipſum modũ, qui nomine entis non exprimitur*: ergo ſentit Sanctus Doctor per conceptũ expreſſũ entis non exprimi differentias: ergo ſentit per talẽ conceptũ præſcindi rationem entis ab ipſis differẽtijs. Patet conſequẽtia: quia præſcindi vnã rationem ab alia nil aliud eſt, quam, quod exprimatur non expreſſa alia.

59 P. Hurt. probat præfatam ſentẽtiam hãc ratione: quia poſſumus concipere, dari ens vt ſic clarè, quin clarè concipiamus ſubſtãtiam, & accidens: ergo poſſumus præſcindere rationem entis à ſubſtantia, & accidenti (& idẽ eſt de reliquis differentijs) Antecedens probatur: quia omnes cognoſcimus clarè eſſe intellectum humanũ, & poſtea dubitamus an ſit accidens diſtinctum ab homine, vel potiùs ſit ipſa ſubſtantia hominis: ergo concipimus clarè illũ in ratione entis, quin formemus clarũ cõceptũ ſubſtantiæ, & accidentis. Hæc ratio eſt infirma: quia ſæpè cõtingit, quod viſo aliquo homine cognoſcimus certo eſſe hominẽ, & dubitamus, an ſit homo viuus, an homo mortuus; & tamen nullꝰ eſt, qui dicat, poſſe præſcindi vnũ cõceptũ hominis ab homine viuo, & mortuo: ergo licèt certũ ſit, quòd ſæpè cognoſcamꝰ clarè, eſſe intellectũ humanũ, & poſteà dubitemus, an ſit ſubſtantia, vel accidens; inde tamẽ non benè infertur, quod poſſumus præſcindere vnam rationẽ entis à ſubſtantia, & accidẽti. Et ratio huius eſt quia ad hoc, vt dubitemus, an aliquid ſit ſubſtantia, vel accidens, non eſt neceſſarium, quod præcedat cognitio entis præſcindens à ſubſtantia, & accidenti; ſed ſufficit, quod præcedat cognitio exprimens rationẽ entis vt ſubſtantiam, aut accidens diſiũctum; & hàc poſita procedit intellectꝰ ad examinãdũ, an ſit ſubſtãtia determinatè, vel accidẽs determinatè: ergo, licet ego anteà cognouiſſem intellectum humanũ expreſſe vt ſubſtantiã, aut accidẽs diſiunctim poſſem poſteà dubitare, & inquirere, an ſit determinate ſubſtantia, vel determinate acidens.

60 Alij

60 Alij probāt: quia, cū ens ſit aptitudo ad exiſtēdū, & ſubſtātia principiū ſubſiſtētiæ, iā habet ens diuerſū cōnotatum, ac ſubſtātia, quando quidē illud connotat exiſtentiā, & hæc connotat ſubſiſtentiā, ergo poteſt pręſcindi ens à ſubſtātia. Patet cōſequentia, quia ex eo animal pręſcindi poteſt à rationali, quia habet diuerſū cōnotatū ergo, cū ens habeat diuerſū cōnotatū, ac ſubſtantia, & accidens, & reliquæ differentiæ, poterit præſcindi ab illis. Nō magis efficax eſt hæc ratio, quā præcedens: quia, licet in ſubſtātia detur cōnotatum diuerſum à connotato entis, non poteſt pręſcindi ipſa ſubſtantia ab ente, vt probaui ſect. præcedenti: ergo, quod ens habeat diuerſum connotatū à ſubſtantia nō eſt ſufficiens fundamentum ad probandum poſſe pręſcindi à ſubſtantia, & reliquis differentijs.

61 Probatur ergo efficaciter hāc ratione: quia ratio formalis entis realis, prout à chimæra diſtinguitur cōſiſtit in aptitudine ad exiſtēdū: ergo, eo ipſo quòd expreſſe cōcipiatur aptitudo ad exiſtēdū, cōcipitur expreſſe ratio formalis entis. ſed ad hoc, vt expreſſe cōcipiatur aptitudo ad exiſtēdū, nō eſt neceſſariū, quod expreſſe cōcipiatur ſubſtātia, aut accidens, aut aliqua alia differētia: ergo poteſt expreſſe cōcipi ratio entis, quin expreſſe concipiatur aliqua differentia, ac per cōſequēs poteſt præſcindi negatiuè ab omnib⁹, quia pręſciſsio negatiua cōſiſtit in prædicta præſciſsione. Minorē brobo: quia, vt expreſſe concipiatur aptitudo ad exiſtēdū ſufficit, quod cōcipiatur expreſſe id, quod in tali aptitudine inuoluitur in recto, & obliquo; ſed neq; ratio cōſtitutiua ſubſtātię neque ratio cōſtitutiua accidētis in eſſe talium inuoluitur in recto, aut in obliquo in prædicta aptitudine: ergo ad expreſsū conceptū aptitudinis ad exiſtēdū, nō requiritur expreſſus cōcept⁹ ſubſtātiæ, aut accidentis. Minor eſt certa: quia aptitudo ad exiſtendū inuoluit in recto ipſā aptitudinē, & in obliquo exiſtētiā: ſed neq; aptitudo ad exiſtendū, neq; exiſtētia eſt ratio cōſtitutiua ſubſtātiæ, aut accidētis, cū illa præter talē aptitudinē addat perſeitatē, & hoc (videlicèt accidēs) ad hærētiā, ſeu inhærentiā in ſubiecto: ergo neq; ratio cōſtitutiua ſubſtātiæ, neque ratio conſtitutiua accidētis vt taliū inuoluitur in recto, aut in obliquo in aptitudine ad exiſtēdū. Cur ergo non poterit talis aptitudo expreſſe concipi, quin expreſſe concipiantur ſubſtantia, accidens, & reliquæ differētiæ entium realiū? Si autē ita concipitur præſcindatur neceſſe eſt ab illis negatiuè.

62 Iam, quod hæc præſciſsio ſit inadæquata, facile colligitur ex dictis ſect. præcedenti: quia per talem præſciſsionē præſcinditur à differentijs ens, à quo ipſæ differētiæ præſcindi nequeunt, vt probatum eſt loco citato: ergo non præſcinditur adæquatè ens à differentijs ſed inadæquatè tantū; vt cōſtat ex declaratione præſciſsionis inadæquatę tradita n. 53. Deinde

ratio

ratio entis ſic præciſſa ſit aliquomodò vna per talē præſciſsionē: quia per hāc præſciſsionē cognoſcūtur omnia entia expreſſe ſecundū rationē entis, non cognitis expreſſe eorū differētijs: ergo adunātur in ratione entis per talē cognitionē: neq; enim aliā ratione omnia animalia ſecundū rationē animalis adunantur per cognitionē præſcindentē animal ab inferioribus, niſi quia per illā cognoſcuntur expreſſe omnia animalia ſecūdum rationem animalis, non cognitis expreſſe eorum differentijs. Hæc tamen vnitas entis non eſt talis ſimpliciter; ſed ſolùm ſecundùm quid, vt inferius dicemus.

63 Obijcies 1. contra ſententiā poſitā: per cognitionē expreſsè attingētē rationē entis repræſentātur expreſſè omnia entia ſub ratione entis: ſed differētia ſubſtātiæ ſecūdū ſuā rationē formalē eſt formaliter ens: ergo per cognitionē expreſſam entis repræſentatur expreſſe ratio formalis ſubſtātiæ, (& idem argumentū poteſt fieri circa accidēs, & circa reliquas differentias aliorū entium) ergo nō præſcinditur ab illa ratio entis. Cōceſſa maiori, diſtinguo minorem: ſed differentia ſubſtantiæ ſecundū ſuā rationem formalē eſt formaliter ens per ordinē ad cōnotatū, quod eſt propriū, & peculiare ſubſtātiæ nego per ordinem ad connotatū propriū entis, cōcedo minorem. Deinde diſtinguo cōſequens: per cognitionem expreſſam entis repræſentatur expreſſe ratio formalis ſubſtantiæ in ordine ad connotatum proprium entis, concedo: in ordine ad cōnotatum propriū, & peculiare ſubſtantiæ, vt tale, nego conſequentiam: Et ſimiliter nego vltimam conſequentiam.

64 Itaq; ſubſtantia per eādē formalitatē eſt ens, & ſubſtantia, per ordinē tamen ad duo connotata, quorū vnum eſt propriū, & peculiare ipſius ſubſtantię, perſeitas videlicet, quā exigit, vt diſtincta eſt ab accidentia aliud verò eſt cōmune accidentibus, êxiſtentia videlicèt, ad quā ordinantur omnia entia, vt à chimęra diſtinguuntur. Ratione vtriuſque connotati, eſt formalitèr ſubſtātia: quia cum nō poſsit expreſſe concipi in ordine ad perſeitatē, quin ſimul concipiatur expreſsè in ordine ad exiſtentiam, vt probatum eſt ſect. præcedenti, ad vnam ſimpliciſsimā formalitatē ſubſtātiæ debet pertinere vtrunq; connotatū. At vero ens nō eſt niſi ratione vnius cōnotati exiſtentiæ videlicet: quia, eo ipſo quod in ordine ad iſtud concipiatur, exprimuntur in illa omnia requiſita ad rationem formalem entis. vt dictū eſt, & ideó poteſt pręſcindi ratio formalis entis à ſubſtātiā, licèt differētia huius nō poſſit præſcindi à ratione formali entis. Inſtabis: ſubſtātia; prout reſpicit perſeitatem non reſpicit connotatum entis: ergo per ordinem ad tale connotatum diſtinguitur formaliter ab ente. Nego antecedensq; quia ad hoc, vt eſſet verum, quòd prout reſpicit perſeitatē, nō reſpici cōnotatum entis, erat neceſſariū, quod poſſet expreſsê cognoſci in ordine ad illam, quin expreſſe cognoſceretur in ordine ad

SECTIO VI.

An ratio formalis entis realis trãſcendat omnes differentias entium particularium.

38 TVnc dicitur ratio aliqua traſcendere differentias, quando hę no poſſunt expreſsè cõcipi, quin per eandẽ cognitionem expreſsè cõcipiatur illa ratio tãquàm quid intrinſecũ ipſis differẽtijs, & propterea dicitur talis ratio pertinere ad cõceptũ formalẽ ipſarũ differentiarũ. Porro *ens* poteſt ſumi *participialiter* prout eſt participiũ verbi *ſum, es, fui*, quo pacto idẽ valet ac *exiſtẽs*, hoc eſt habens eſſe in rerũ natura excludẽdo negationẽ ſui. Deinde poteſt ſumi *nominaliter*, quo pacto idẽ valet, ac nõ repugnãs, ſeu poſsibile, hoc eſt aptum ad exiſtendũ. Deinde ens *nominaliter* ſumptũ, quod eſt idem, ac ens poſsibile, primò diuiditur in creatum, & increatũ. Prętereà creatum in ſubſtantiã & accidens. Denique ens, quod eſt ſubſtantia diuiditur per particulares differentias in varias ſpecies, & idem eſt de accidenti.

39 Eſt tamẽ obſeruandum, rationẽ entis non ſolùm inueniri intrinſecè in ſubſtãtia; ſed etiã in accidenti. Id eſt contra Caiet. Ocham, & alios oppoſitũ aſſerẽtes. Probatur; quia accidens reale reuera eſt aptum ad exiſtendum, & prætereà verè eſt exiſtens, quando producitur à ſuis cauſis: ergo reuera eſt ens. Cõſequẽtia eſt bona: quia ens creatũ vel eſt poſsibile, & ſic ratio formalis eius eſt aptitudo ad exiſtendũ: vel actuale, & ſic ratio formalis eius eſt exiſtentia terminans actionẽ ſuæ cauſæ. Antecedẽs probo: quia accidẽs reale reuerâ non implicat cõtradictionẽ: ergo reuerà eſt aptum ad exiſtendum, quia nõ implicare cõtradictionẽ nil aliud eſt, quã poſſe exiſtere. Cõfirmatur quia id, quod immediatè opponitur chimæræ eſt ens: ſed accidẽs opponitur immediate chimæræ, ergo eſt ens. Maior eſt certa. Minor probatur: quia chimæra implicat cõtradictionẽ: ergo, quod non implicat cõtradictionem, opponitur illi immediatè: ſed accidens reale nõ implicat contradictionem: ergo opponitur immediatè chimæræ.

40 Dices, accidẽs eſſe ens prout opponitur chimęrę: nõ verò prout dicitur de ſubſtantià. Sed contrà: ens prout opponitur chimęræ, dicitur de ſubſtãtià, quia reuerâ nõ implicat cõtradictionẽ: ergo ſub hac ratione ens eſt intrinſecũ ſubſtantiæ, & accidenti. Cõfirmatur: quià, ſi propter aliquã rationẽ cõceptus entis non eſſet intrinſecè in accidenti maximè, quia ſubſtantia dicitur ab Ariſtotele abſolutè, & ſimpliciter ens; accidens uerò ens ſecundùm quid: ſed hæc ratio, ſi vim haberet, probaret etiam, ſubſtantiam creatam non eſſe intrinſecè ens, quia Deus in ſacrâ paginà dicitur abſolutè, & ſimpliciter eſſe, & reliqua omnia eſſe quaſi nihilum in conſpectu eius: atqui, hòc non obſtante, dicis, non ſolum Deum; ſed ſubſtantiam etiam creatam eſſe intrinſece

ens:

entis: ergo fateri etiā teneris, non ſolùm ſubſtantiam creatam; ſed etiā accidens eſſe intrinſecè ens.

41 Dices: analogum per ſe ſumptum ſtat pro famoſiori ſignificato iuxta cōmune proloquium, & propterea Ariſtoteles frequenter dicit, *ſubſtātiā* eſſe abſolute, & ſimpliciter ens: *accidēs* verò ſecundū quid: ergo id, quod ſignificatur nomine *entis* : eſt ſolùm ſubſtātia: ergo ratio entis non eſt intrinſece in accidēti. Si quid probaret hoc argumentum, probaret quidem *ens* non eſſe nomen analogum reſpectu *ſubſtantiæ*, & *accidētis*, quia nomen analogum debet ſignificare omnia analogata: at ens per te ſolam ſubſtantiam ſignificat: ergo non eſt analogum reſpectu ſubſtātiæ, & accidentis.

42 Pro reſponſione ergo obiectionis noto, nonnulla eſſe nomina, quæ licet ex prima ſui inſtitutione plura aliqua ſignificent ſine diſtinctione: poſteà tamen vſu introducitur, quod, poſitis quibuſdā circunſtātijs, primario nos ducāt abſolutè prolata in cognitionē alicuius, quod inter omnia ſignificata eſt præcipuum, & ſecundario in minus præcipua. Ita contingit frequenter in his nominibus, *Marchio*, *Dux*, & alijs ſimilibus, quę licèt ex primà ſui inſtitutione ſignificent omnes duces, & Marchiones, vſu tamē introductū eſt, quod dū alicubi ſunt plures, inter quos vnꝰ eminet ſuper alios; vel potētià, vel nobilitate, vel gratià apud Regē, abſolutè prolata ea nomina primariò nos ducāt in cognitionē ſupereminētis; & ſecundariò in reliquos inferioris ſortis, non quia nō ſit in omnibꝰ ratio, quā ex prima ſui inſtitutione ſignificāt ea nomina; ſed quia ratione circunſtantiarum ſignificant immediatè eam rationē in aliquo cum aliquà excellentià, ratione cuius antecedit reliquis; & in alijs cum rationibus particularibus, ratione quarum ſunt illi inferiores.

43 Sic ergo accidit in hoc nomine, *ens*, quod quidē ex prima ſui inſtitutione aſſumptum fuit ad ſignificādum, quod nō implicat contradictionē, ſeu eſt aptum ad exiſtēdum; & propterea ex prima ſui inſtitutione ſignificat ſine diſtinctione, tā accidēs, quā ſubſtantiā, ſecundùm quod nō implicant cōtradictionem ſeu apta ſunt ad exiſtendum poſteà tamen vſu introductum eſt, quod, dum de Deo agimus relatè ad creaturas, vel de ſubſtantia relatè ad accidentia; vtamur hoc nomine abſolutè prolato ad ſignificandum primario Deum, vt ſupereminentem, & abſolutum à reliquis, & ſecundario reliqua, vt inferiora, & ab illo dependentia. Et ſimiliter aſſumamus illud ad primario ſignificandam ſubſtantiam vt primum, & præcipuum ens reſpectu accidentium & ſecundariò accidētia, vt minus præcipua, & ad ſubſtantiæ perfectionem ordinata.

44 In hoc ſenſu explico cōmune proloquiū: *Analogū per ſe ſumptū ſtat pro famoſiori ſignificato*, quod intelligēdum eſt de analogo attributionis, non quidem, quia ſolùm ſig-

ſignificat præcipuũ ſignificatũ, neque enim eſſet analogũ, niſi etiam minus præcipua ſignificaret; ſed quia id, quod præcipuũ eſt, vt tale primario ſignificat, & ſecundariò reliqua vt ad illud ordinata Et in eodẽ ſenſu explicãdus eſt Ariſt. dũ dicit *ſubſtãtiã eſſe abſolutè & ſimpliciter ens; accidens ſolũ ſecũdũ quid*; quia dũ de ſubſtãtia loquitur relatè ad accidẽtia, eo nomine vtitur ad ſignificãdũ *ſubſtãtiã*, vt ens primũ; cuius perfectioni inſeruit accidẽs, & *accidẽs* vt ens quaſi ſecũdũ, quod ad ſubſtãtiæ perfectionẽ ordinatur. Hoc tamẽ nõ tollit, quod ens ex prima ſui inſtitutione ſignificet; quòd nõ repugnat, ſeu aptũ eſt ad exiſtẽdũ, ac per cõſequẽs quod ratio entis non ſolũ in ſubſtantia; ſed etiam in accidenti reperiatur.

45 Hoc ergo ſuppoſito, inquirimus in præſẽti: an ratio entis, quę in Deo & creaturis; ſubſtantia, & accidẽti intrinſecè reperitur; non ſolũ idẽtificetur realiter cũ illis; ſed etiã pertineat ad cõceptũ formalẽ differẽtiarũ, quę ſũt proprietã ipſorũ; quã omnium inferiorum quę ſub illis cõtinẽtur, ita vt tales differẽtię cõcipi nequeãt, quin per eãdẽ cognitionẽ ratio entis cõcipiatur tãquã quid intrinſecũ illis? Negat Scot. in 1. diſt. 3. q. 3. §. *Ad quæſt. igitur*, cui ſubſcribũt Scotiſtę, & nõnulli alij è recentioribus.

Vera ſententia probatur.

46 VEra tamẽ ſentẽtia eſt rationẽ entis trãſcẽdere omnes differẽtias vſq; ad vltimas cuiuſcũq; rei; ita vt ſit de cõceptu formali illarum. Ita P. Suar. in Met. diſp. 2. ſect. 5. n. 16. vbi pro ſe adducit S. Thom. & plures alios P. Hurt. in Met. diſp. 2. ſect. 4. & nõ nulli recẽtiores. Pro eius probatione noto, ab ente poſsibili, & exiſtẽte nõ poſſe abſtrahi vnum cõceptum entis cõmunẽ vtriq;. Ratio eſt: quia cõmuniſsima ratio entis, eſt illa, per quã ens diſtinguitur à chymęra; ſed ab hac diſtinguitur per hoc quod eſt eſſe poſsibile ergo cõmuniſsima, & abſtractiſsima ratio entis eſt eſſe poſsibile; atq; adeo non datur alia ſuperior abſtracta à poſſibili, & exiſtenti. Minor eſt certa, quia chimęra eſt impoſſibilis: ergo id, quod immediatè ſeparatur ab illa, eſt eſſe poſſibile. Idẽ dicẽdum eſt de qualibet differẽtia, de rationali v.g. nẽpè quod à rationali poſſibili, & exiſtente non poteſt abſtrahi vna ratio rationalis vtriq; cõmunis: quia ratio cõmuniſsima rationalis eſt illã, per quam rationale ſeparatur à ſui repugnantia: atqui ab hac repugnantia ſeparatur immediatè per non repugnãtiam: ergo ratio cõmuniſsima rationalis eſt non repugnare (quod eſt idẽ, ac eſſe poſsibile) atq; adeò à rationali poſsibili, & exiſtentẽ non poteſt abſtrahi alia ratio ſuperior rationalis.

47 Noto 2. ad hoc, vt inter cõceptꝰ reales vnius, & eiuſdẽ rei vnus diſtinguatur formaliter ab alio, eſſe neceſſariũ, quod poſsit expreſſe cõcipi, quin expreſſe cõcipiatur ille alius tanquã quid ei intrinſecũ: quia, cũm diſtinctio formalitatum ſeu cõceptuum realium vnius rei ſo-

ſolū detur per cognitionē intellectus exprimentem vnum ſine expreſsione alterius, vt dictum eſt in tract. de Vniuerſ. neceſſarium eſt, quod, ſi vnus nō poſsit expreſſe concipi, quin expreſſe concipiatur alius cum quo alius identificatur realiter) tanquam quid intrinſecum illi, non diſtinguatur formaliter ab illo alio. His poſitis.

58 Probatur noſtra ſententia: quia rationale v. g. (& idē eſt de reliquis differentijs) ex vnà parte eſt idē realiter cū ratione entis conuenientis homini, vt fatentur omnes: ex alia parte nō poteſt cōcipi expreſsè, quin expreſsè cōcipiatur eſſe ens: ergo ratio entis pertinet ad cōceptū formalē rationalis. Conſequentia eſt bona: quia in omniū cōſenſu tūc aliquid pertinet ad cōceptū formalē alteri⁹, cū quo realiter idētificatur, quando hoc non poteſt expreſsè concipi, quin expreſsè cōcipiatur vt idem cum illo. Antecedens probatur quoad ſecūdā partē: quia rationale formaliter vt tale eſt principiū ratiocinādi, quod quidē nō poteſt expreſſè cōcipi vt tale; quin cōcipiatur, vt principiū poſsibile, vel vt exiſtēs vt cōſtat ex n.46. ſi autē cōcipiatur vt principiū poſsibile, concipitur vt ens poſsibile, quia principium poſsibile, vt tale eſt aptum ad exiſtēdum, & hoc eſt ens poſsibile, vt conſtat ex n.38. Si concipiatur vt principium exiſtens concipitur vt ens actuale, & exiſtens, quia principium exiſtēs, vt tale, eſt actu in rerum natura, & hoc eſt eſſe ens exiſtens, vt conſtat ex eodē n. ergo non poteſt concipi rationale, quin concipiatur vt ens: ergo hoc pertinet ad conceptum formalem illius.

49 Confirmatur, quia hæ propoſitiones: *Rationale formaliter ſumptū implicat cōtradictionē: Rationale formaliter ſumptū nō implicat cōtradictionē*, ſunt cōtradictoriæ, vel æquiualētes cōtradictorijs: ergo vna ex illis debet eſſe vera. Nō prima; neq; enim ex poſitione rationalis formaliter sūpti ſequitur duplex contradictoriū, vt cōſtat: ergo ſecūda eſt vera: ergo rationale formaliter sūptū eſt poſſibile, quia quod nō implicat contradictionē eſt poſsibile; ſed quidquid eſt poſsibile eſt ens: ergo rationale formaliter sūptū eſt ens. Minorē probo: quia quidquid eſt poſsibile eſt aptū ad exiſtēdū: ſed ens poſsibile vt tale nil aliud eſt niſi aptū ad exiſtēdū: ergo quidquid eſt poſsibile eſt ens. Dices, rationale formaliter ſumptū eſſe poſsibile materialiter: quia idētificatur realiter cum tota entitate hominis, quæ eſt poſsibilis realiter, non verò eſſe poſsibile formaliter. Sed cōtrà: rationale formaliter ſumptum eſt diſtinctum formaliter ab animali, & à reliquis prædicatis hominis: vel ergo prout diſtinctū formaliter ab animali implicat contradictionē; vel non implicat. Nō primum, vt conſtat. Si autē prout diſtinctum formaliter ab animali non implicat, ergo prout diſtinctum formaliter ab animali eſt poſſibile ſed quod cōuenit vni formalitati prout diſtinctè formaliter ab

alia

illá, cõuenit illi formaliter, & nõ ſolū materialiter; neq; enim vniformalitati prout diſtinctæ ab alia quidquã cõuenit, niſi quod eſt de cõceptu formali illius, vt nullu' nõ fatetur: ergo rationale formaliter ſumptum eſt formaliter poſsibile, ac per conſequens formaliter ens.

Soluuntur obiectiones.

50 Obijcit 1. Scot. ſi ratio entis tráſcenderet vltimã differentiã, ſeu imbiberetur formaliter in illâ, iam vltima differentia cõueniret cum alijs in ratione entis, & differret ab alijs in ratione talis ergo eſſet vltima, vt ſupponimus, & nõ eſſet vltima, quia vltima differẽtia in nullo debet conuenire cum alijs. Reſpondeo, vltimã differentiã conuenire cum alijs analogicé in ratione entis; non verò vniuoce. Deinde differt ab alijs in ratione talis per ſe ipſam formaliter & non per aliã ſuperadditam: quia cum ſit idẽ formaliter cum ratione entis, in qua analogicè cõuenit cum alijs, nõ indiget alia ſuperaddita ad hoc, vt ab alijs differat atque adeo hæc conuenientia non tollit, quod ſit vltima. Id magis explicabitur ſect. ſequenti.

51 Obijcit 2. partes, ex quibus cõpoſitũ phyſicũ reſultat realiter tãquã ex actu; & potẽtia phyſicis debent eſſe tales, quę mutuò nõ ſe includãt realiter: ergo partes, ex quibus cõpoſitum metaphyſicum reſultat formaliter tãquã ex actu & potẽtia metaphyſicis, debẽt eſſe tales, quę mutuò nõ ſe includãt formaliter: ſed ens ſe habet; vt pars potentialis; & differentia vt pars actualis compoſiti metaphyſici: ergo neutra debet includi formaliter in alia. Cõcello primò antecedenti, & cõſequẽtiam: nego minorẽ abſolutè loquẽdo: neq; enim ratio entis comparatur cum differentia tanquã pars potẽtialis cum actuali, hæ enim mutuo diſtingui debent formaliter, & iam probatum eſt differentiã non diſtingui formaliter ab ente, cum non poſſit expreſſe concipi niſi vt ens.

52 Obijcit. 3. ratio formalis entis conſiſtit in oppoſitione cũ chimæra, aut nihilo, ſed poteſt expreſſe concipi rationale, quin expreſſe cõcipiatur oppoſitio cũ chimęra, aut nihilo: ergo poteſt concipi, quin expreſſe cõcipiatur ens. Minor probatur, quia non poteſt expreſſe cõcipi oppoſitio cũ chimęra quin expreſſe cõcipiatur chimęra: ſed poteſt cõcipi expreſſe rationale, quin expreſſe cõcipiatur chimęra, vt experiẽtia conſtat: ergo, &c. Admiſſa maiori, nego minorẽ quia vel rationale concipitur vt poſsibile, & ſic cõcipietur vt nõ repugnãs: quia poſsibile nihil aliud eſt, quã nõ repugnãs; ſi autẽ concipitur vt nõ repugnãs, cõcipiatur, neceſſe eſt vt oppoſitũ repugnãtię quæ eſt nõ ens, ſeu chimęra: vel rationale cõcipitur vt exiſtẽs, & cũ exiſtẽtia ſit excluſio ſuæ negationis, cõcipietur etiã vt oppoſitũ ſuę negationi, vel ſi poteſt concipi vt exiſtens, quin cõcipiatur vt excludẽs ſuã negationẽ: idẽ erit de ente exiſtẽte, atq; adeò in nullo euẽtu poterit cõcipi rationale expreſſe, quin expreſſe etiã concipiatur, vt ens.

53 Obijcies 4. fundamẽtũ, quod habemus in reb⁹ ad diſtinguẽdas diuerſas formalitates in eadẽ entitate reali, ſunt diuerſæ operationes, aut diuerſa connotata ſic diſtinguim⁹ in homine animal, & rationale, quia dãtur in illo diuerſæ operationes, quarum vnã attribuimus animali, & alterã rationali: ſed in homine dãtur duo connotata, quorũ vnũ poſſum⁹ attribuere rationali, & alterũ rationi entis: ergo poſſum⁹ diſtinguere ens, & rationale tanquã ſuas formalitates diſtinctas, ac per conſequens ens nõ imbibitur formaliter in rationali. Minor probatur: quia ens cum ſit aptitudo ad exiſtendũ, habet pro connotato exiſtentiã ipſi⁹ entis: rationale verò, cum ſit principiũ ratiocinandi, habet pro connotato ratiocinationẽ: ſed exiſtẽtia entis, & ratiocinatio ſunt diſtincta cõnotata: ergo dantur diuerſa connotata, per ordinem ad quæ poſſumus diſtinguere formaliter rationale ab ente.

54 Rẽſpõdeo diuerſas operationes, aut diuerſa cõnotata eiuſdem entitatis, nõ eſſe ſufficiẽs fundamẽtum ad diſtinguẽdas diuerſas formalitates, niſi quãdo res poteſt cõcipi expreſſè in ordine ad vnum, quin expreſſe cõcipiatur in ordine ad aliud: quia, ſi eo ipſo quod attingitur expreſſè in ordine ad vnum connotatũ attingi debet in ordine ad aliud, neceſſarium eſt, quod de cõceptu formali talis entitatis, prout attingitur per illam cognitionẽ, ſit reſpicere vnum, & aliud connotatũ, atq; adeò nullũ ex illis erit cõnotatũ adæquatum illius formalitatis; ſed ex vtroque coaleſcet cõnotatum adæquatum illius. Cum autẽ ratio entis nõ poſſit expreſſe cõcipi in ordine ad ratiocinationẽ, quin expreſſe concipiatur in ordine ad cõnotatum entis, neceſſarium eſt, quod nõ poſſit diſtingui formaliter ab ente. In animali verò, & rationali eſt diuerſa ratio: quia nõ ſolum habent diuerſa cõnotata; ſed etiã poteſt homo concipi expreſsè in ordine ad vnum, quin expreſſe cõcipiatur in ordine ad aliud; & è cõtra. Vndè ad obiectionẽ diſtinguo maiorẽ: fundamentũ ad diſtinguendas diuerſas formalitates ſunt diuerſa connotata, quando res poteſt expreſſe concipi in ordine ad vnum, quin expreſſe concipiatur in ordine ad aliud, cõcedo: quãdo nõ poteſt expreſſe concipi in ordine ad vnũ, quin expreſſe cõcipiatur in ordine ad aliud nego maiorẽ: deinde diſtinguo minorẽ: ſed in homine dantur duo cõnotata, quorum vnum poſſumus attribuere enti, & aliud rationali, ita vt poſsit concipi expreſſe in ordine ad connotatum attributum rationali, quin expreſſe concipiatur in ordine ad connotatum attributum enti negotita vt non poſsit, &c. concedo minorem: Et deniquè nego conſequentiam.

55 Dices, cur ad hoc, vt duę formalitates diſtinguantur, nõ ſufficiet, quod vna; & eadẽ res habeat duo cõnotata, etiã ſi nõ poſsit cõcipi in ordine ad vnum expreſſe, quin expreſſe etiã in ordine ad aliud

lind

liud cõcipiatur. Reſpondeo, ideò eſſe, quia ſi ad pluralitatẽ formalitatum ſufficeret pluritas cõnotatorum indepẽdenter à pluralitate cognitionum, cum à parte rei dentur in vna, & eadẽ entitate plura cõnotata realiter diſtincta, darentur etiã plures formalitates à parte rei, quod nullus admittit: ergo dicẽdum eſt, nõ poſſe eas formalitates diſtingui, niſi per cognitiones quarũ ſingulæ attingãt expreſſe rem in ordine ad vnũ cõnotatũ, quin in ordine ad aliud, vel ad alia expreſsè attingatur ipſa res

SECTIO VII.

An ab omnib' entib' realib' poſsit præſcindi vna ratio entis realis.

56 Dictum eſt ſect. præcedẽti, differẽtias entium realium nõ poſſe pręſcindi formaliter ab ente. Nunc inquirim', an ens poſsit formaliter pręſcindi à differẽtijs. Pro maiori explicatione in memoriã reuoco id, quod dixi diſp. 4. ſect. 4. n. 34. nempè duplicẽ dari præſciſsionẽ, vnã poſitiuã, alterã negatiuã. Poſitiua eſt illa, quâ vnum pędicatum attingitur expreſsé vt diſtinctũ ab alio. Negatiua eſt illa, qua vnũ prædicatum expreſsè attingitur, nulla facta expreſſa mentione alterius. Rurſus hæc diſtinguitur à nõnullis in adęquatã, & inadæquatã. Adæquata dicitur, quãdo ita vnũ prædicatũ poteſt expreſsè cõcipi, quin aliud expreſsè concipiatur, vt è cõtra, hoc poſsit etiã expreſsè concipi, quin illud expreſsè cõcipiatur. Inadæquata dicitur, quando entitas habens duo connotata poteſt expreſsè concipi in ordine ad vnum, quin expreſsè cõcipiatur in ordine ad aliud, non tamen è contra.

57 In pręſenti ergo; certũ eſt 1. rationẽ entis nõ poſſe præſcindi ab inferiorib' pręſciſsione poſitiua: quia, cum probatum ſit ſect. pręcedẽti, quãcunq; differẽtiã inuoluere formaliter rationẽ entis, neceſſariũ eſt, quòd nõ poſsit hęc expreſsè concipi vt formaliter diſtincta ab illis. Certum eſt 2. non poſſe pręſcindi pręſciſsione negatiua adęquata propter eandẽ rationẽ. Certum eſt 3. ab ente reali, & rationis nõ poſſe adhuc pręſciſſione negatiuâ inadęquâta pręſcindi rationẽ entis. Primò, quia ens rationis reuerà nõ eſt ens: ergo nõ poteſt ab illo, & ab ente reali pręſcindi ratio entis. Probo conſequẽtiam: quia vel illa ratio præſciſſa reuerà eſſet ens, vel non. Si primum, nõ poſſet præſcindi ab ente rationis, cum hoc non ſit reuera ens. Si ſecundum, nõ pręſcinderetur ab ente reali, quia in hoc nõ inuenitur ratio entis cõficta; ſed quę reuerà eſt talis: ergo, &c. Confirmatur, quia nullus eſt, qui concedat; poſſe præſcindi vnam rationem hominis ab homine picto, & verò, certè non alia de cauſa, niſi quia homo pictus reuerà non eſt homo: ergo, cùm ens rationis reuerà non ſit ens, non poterit præſcindi ab illo, & ab ente reali vna ratio entis. Idem propter eandem rationem dicito de analogis attributionis, in quorum vno ſolùm reperitur intrinſecè ratio prima-

mariò ſignificata per nomẽ; in reliquis verò extrinſecè, vt ſe habẽt *medicina, pulſus*, & *animal* reſpectu *ſanitatis*; ab his enim nullatenus poteſt vna ratio præſcindi. Solum ergo procedit præſens difficultas de ente reali: an videlicèt ab omnibus entibus realibus poſsit præciſsione negatiua inadæquata præſcindi vna ratio entis realis? Partẽ negatiuã tuentur Caiet. lib. de Analog. nomi. c. 4. & 6. P. Vazq. 1. part. diſp. 22. n. 6. & diſp. 114. n. 5. & 6. & plures ex Thomiſtis.

58 Vera tamen ſententia eſt: ab omnibus entibus realibus præſcindi poſſe præciſsione negatiua inadequata vnam rationem entis realis. Ita P. Suar. in Metaph. diſ. 2. ſect. 1. & 2. P. Hurtado in Log. diſp. 9. ſect. 4. ſub ſect. 3. & in Metaphyſic. diſ. 2. ſect. 2. & multi recentiores. Probatur primo ex S. Tho. q. 1. de verit. art. 1. vbi ait: *Secundũ hoc aliqua dicũtur addere ſupra ens in quantũ exprimunt ipſum modũ, qui nomine entis non exprimitur*: ergo ſentit Sanctus Doctor per conceptũ expreſſũ entis non exprimi differentias: ergo ſentit per talẽ conceptũ præſcindi rationem entis ab ipſis differẽtijs. Patet conſequẽtia: quia præſcindi vnã rationem ab alia nil aliud eſt, quam, quod exprimatur non expreſſa alia.

59 P. Hurt. probat præfatam ſentẽtiam hâc ratione: quia poſſumus concipere, dari ens vt ſic clarè, quin clarè concipiamus ſubſtã tiam, & accidens: ergo poſſumus præſcindere rationem entis à ſubſtantia, & accidenti (& idẽ eſt de reliquis differentijs) Antecedens probatur: quia omnes cognoſcimus clarè eſſe intellectum humanũ, & poſtea dubitamus an ſit accidens diſtinctum ab homine, vel potiùs ſit ipſa ſubſtantia hominis: ergo concipimus clarè illũ in ratione entis, quin formemus clarũ cõceptũ ſubſtantiæ, & accidentis. Hæc ratio eſt infirma: quia ſæpè cõtingit, quod viſo aliquo homine cognoſcimus certo eſſe hominẽ, & dubitamus, an ſit homo viuus, an homo mortuus; & tamen nullus eſt, qui dicat, poſſe præſcindi vnũ cõceptũ hominis ab homine viuo, & mortuo: ergo licèt certũ ſit, quòd ſæpè cognoſcamus clarè, eſſe intellectũ humanũ, & poſteà dubitemus, an ſit ſubſtantia, vel accidens; inde tamẽ non benè infertur, quod poſſumus præſcindere vnam rationẽ entis à ſubſtantia, & accidẽti. Et ratio huius eſt quia ad hoc, vt dubitemus, an aliquid ſit ſubſtantia, vel accidens, non eſt neceſſarium, quod præcedat cognitio entis præſcindens à ſubſtantia, & accidenti; ſed ſufficit, quod præcedat cognitio exprimens rationẽ entis vt ſubſtantiam, aut accidens diſiũctum; & hâc poſita procedit intellectus ad examinãdũ, an ſit ſubſtãtia determinatè, vel accidẽs determinatè: ergo, licet ego anteà cognouiſſem intellectum humanũ expreſſe vt ſubſtantiã, aut accidẽs diſiunctim poſſem poſteà dubitare, & inquirere, an ſit determinate ſubſtantia, vel determinate acidens.

60 Alij

ratio entis ſic præſciſſa ſit aliquomodo vna per talẽ præſciſsionẽ: quia per hãc præſciſsionẽ cognoſcũtur omnia entia expreſſe ſecundũ rationẽ entis, non cognitis expreſſe eorũ differẽtijs: ergo adunãtur in ratione entis per talẽ cognitionẽ: neq; enim aliã ratione omnia animalia ſecũdũ rationẽ animalis adunantur per cognitionẽ præſcindentẽ animal ab inferioribus, niſi quia per illã cognoſcuntur expreſſe omnia animalia ſecũdum rationem animalis, non cognitis expreſſe eorum differentijs. Hæc tamen vnitas entis non eſt talis ſimpliciter; ſed ſolùm ſecundum quid, vt inferius dicemus.

63 Obijcies 1. contra ſententiã poſitã: per cognitionẽ expreſsè attingẽtẽ rationẽ entis repræſentãtur expreſſè omnia entia ſub ratione entis: ſed differẽtia ſubſtãtiæ ſecũdũ ſuã rationẽ formalẽ eſt formaliter ens: ergo per cognitionẽ expreſſam entis repræſentatur expreſſe ratio formalis ſubſtãtiæ, (& idem argumentũ poteſt fieri circa accidẽs, & circa reliquas differentias aliorũ entium) ergo nõ præſcinditur ab illa ratio entis. Côceſſa maiori, diſtinguo minorem: ſed differentia ſubſtantiæ ſecũdũ ſuã rationem formalẽ eſt formaliter ens per ordinẽ ad cõnotatũ, quod eſt propriũ, & peculiare ſubſtãtiæ nego per ordinem ad connotatũ propriũ entis, côcedo minorem. Deinde diſtinguo cõſequens: per cognitionem expreſſam entis repræſentatur expreſſe ratio formalis ſubſtantiæ in ordine ad connotatum proprium entis, concedo: in ordine ad cõnotatum propriũ, & peculiare ſubſtantiæ, vt tal.s, nego conſequentiam: Et ſimiliter nego vltimam conſequentiam.

64 Itaq; ſubſtantia per eãdẽ formalitatẽ eſt ens, & ſubſtantia, per ordinẽ tamen ad duo connotata, quorũ vnum eſt propriũ, & peculiare ipſius ſubſtantię, perſeitas videlicet, quã exigit, vt diſtincta eſt ab accidenti: aliud verò eſt cõmune accidentibus, êxiſtentia videlicèt, ad quã ordinantur omnia entia, vt à chimęra diſtinguuntur. Ratione vtriuſque connotati, eſt formalitèr ſubſtãtia: quia cum nõ poſsit expreſſe concipi in ordine ad perſeitatẽ, quin ſimul concipiatur expreſsè in ordine ad exiſtentiam, vt probatum eſt ſect. præcedenti, ad vnam ſimpliciſsimã formalitatẽ ſubſtãtiæ debet pertinere vtrunq; connotatũ. At vero ens nõ eſt niſi ratione vnius cõnotati exiſtentiæ videlicet: quia, eo ipſo quod in ordine ad iſtud concipiatur, exprimuntur in illa omnia requiſita ad rationem formalem entis. vt dictũ eſt, & ideó poteſt pręſcindi ratio formalis entis à ſubſtãtiâ, licêt differẽtia huius nõ poſſit præſcindi à ratione formali entis. Inſtabis: ſubſtãtia; prout reſpicit perſeitatem non reſpicit connotatum entis: ergo per ordinem ad tale connotatum diſtinguitur formaliter ab ente. Nego antecedens quia ad hoc, vt eſſet verum, quòd prout reſpicit perſeitatẽ, nõ reſpici cõnotatum entis, erat neceſſariũ, quod poſſet expreſsê cognoſci in ordine ad illam, quin expreſſe cognoſceretur in ordine ad

cõnotatũ entis; ꝙ quidẽ fieri non poteſt, vt cõſtat ex ſuperioribus.

65 Obijcies ſecundò: ens imbibitur formaliter in omnibus differentijs, vt dictum eſt ſect. præcedenti: ergo non poteſt ab illis abſtrahi, ſeu præſcindi. Patet conſequẽtia: quia quod abſtrahitur ab aliquo, ſeparatur ab illo: ſed ratio entis non poteſt ſeparari à differẽtijs quia identificatur formaliter cũ illis: ergo neq; poteſt abſtrahi, ſeu præſcindi ab illis. Cõceſſo primo antecedẽti, diſtinguo conſequẽs: ergo nõ poteſt ab illis abſtrahi, ſeu præſcindi præſciſsione, ſeu abſtractione adæquata concedo: inadæquata, nego conſequentiã. Ad probationẽ diſtinguo etiã maiorẽ: quod abſtrahitur ab aliquo, ſeparatur ab illo, eo modo, quo abſtrahitur, concedo: diuerſo modo, nego maiorem. Itaq; id, quod abſtrahitur adæquatè ab aliquo, ſeparatur ab illo adæquatè; id vero, quod inadęquatè ſolùm abſtrahitur, inadæquatè tantũ ſeparatur. Hinc diſtinguo minorẽ: ſed ratio entis non poteſt ſeparari à differentijs adæquatè concedo: inadæquate nego minorẽ. Et diſtinguo ſimiliter cõſequẽs: ergo neq; poteſt ab illis abſtrahi adæquatè, concedo: inadæquatè, nego conſequentiam. Hinc eſt, quòd licet ratio entis debeat ſemper eſſe in ipſis differẽtijs per cognitionẽ, quâ attinguntur expræſsè ipſæ differentiæ; non tamen debet eſſe per cognitionem, qua ratio entis ſecundùm ſe attingitur expreſsè.

66 Obijcies tertiò: ſi conceptus entis abſtrahitur à differentijs: ergo & differentiæ poſſunt abſtrahi à conceptu entis: hoc non eſt concedẽdum, quia oppoſitum dictum eſt in ſuperioribus: ergo neque illud. Conſequentia prima probatur: quia impoſsibile eſt, quod hoc ſeparetur ab illo, quin illud ſeparetur ab iſto: ergo ſi ratio entis abſtrahitur à differẽtijs, neceſſariũ erit; quod differentiæ ſeparentur à ratione entis. Confirmatur: quià impoſsibile eſt, vnum diſtingui realiter ab alio, quin hoc aliud diſtinguatur realiter ab illo ergo impoſsibile eſt, vnum diſtingui, ſeu abſtrahi formaliter ab alio, quin hoc aliud diſtinguatur ſeu abſtrahatur formaliter ab illo. Ad obiectionem nego primã conſequentiam. Ad probationem, diſtinguo antecedens: impoſsibile eſt, quod hoc ſeparetur ab illo, quin illud ſeparetur ab iſto, ſi primum ſeparetur à ſecundo realiter; concedo; ſi ſolum ſeparetur per cognitionem intellectus, nego antecedens. Vnde ad confirmationem conceſſo antecedenti, nego conſequentiã. Ratio diſparitatis eſt clara: quia diſtinctio realis neceſſariò verſatur inter plura realiter, & non erunt plura realiter, niſi quodlibet mutuo non ſit aliud, At verò diſtinctio rationis, ſeu formalis, tantum conſiſtit in eo, quod vnũ cognoſcatur expreſsè ſine alio, cum autẽ poſsit contingere, quod vnũ cognoſcatur expreſsè, quin aliud expreſſe cognoſcatur per eandem cognitionem, & quod illud aliud, nõ poſ-

ſit cognoſci expreſsè, quin primũ expreſsè etiam cognoſcatur per eandem cognitionem, poteſt dari diſtinctio inadæquata formalis, etiam ſi non poſsit dari diſtinctio realis inadæquata.

67 Obijcies 4. Ratio entis eſt multiplex formaliter: ergo nõ poteſt fieri vna formaliter per abſtractionẽ. Antecedens eſt certum ex dictis: quia ratio entis, quæ eſt in ſubſtãtia, identificatur formaliter cum differentia ſubſtãtię; & ratio entis, quæ eſt in accidenti identificatur cum differẽtia accidentis: ſed differentia ſubſtãtiæ eſt diſtincta formaliter à differẽtiã accidẽtis: ergo ratio entis, quæ eſt in ſubſtãtia diſtinguitur formaliter à ratione entis, quæ eſt in accidẽti: ergo ratio entis eſt formaliter multiplex. Cõceſſo primo antecedẽti diſtinguo conſequens: non poteſt fieri vna formaliter ſimpliciter, concedo, ſecundũ quid, nego cõſequentiam. Itaque ratio entis abſtracta non poteſt eſſe vna ſimpliciter, quia ad hoc, vt ſimpliciter eſſet vna, neceſſariũ erat (iuxta doctrinã traditã diſ. 1. ſect. 2.) quod eſſet indiuiſibilis in ſe ipſam, hoc eſt diuidi non poſſet in inferiora, quæ ſint idem formaliter cũ illa: cum autem ratio entis diuidatur in ſubſtantiã, & accidẽs, quorum quodlibet eſt idem formaliter cũ ente, non poteſt ea ratio eſſe vna ſimpliciter; benè tamen ſecundũ quid, quia propter ſimilitudinẽ quã omnia entia habent in ratione entis poſſunt adunari per abſtractionem, ſeu præſciſsionẽ negatiuam in ratione entis vnitate quadam imperfecta.

68 Obijcies 5. vel ratio entis, quæ præſcinditur, eſt eadẽ formaliter cũ eâ, quæ manet in differentijs ſubſtantiæ, & accidentis; vel diuerſa formaliter. Si diuerſa: ergo non præſcinditur ab ipſis differentijs, quia nunquã præſcinditur ab aliquo, niſi, quod reuerà eſt in illo. Si eſt eadem: ergo, cum ratio entis, quę eſt in differentijs ſit idẽ formaliter cum ipſis differentijs, ratio etiam præſciſſa erit idẽ formaliter cum eiſdem differentijs. Patet cõſequentia: quia quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadẽ inter ſe: ſed per te ratio entis, quã dicis præſciſſam à differẽtia ſubſtãtiæ, & ipſa differentia ſubſtantiæ ſunt idẽ formaliter cum ratione entis manente in tali differentiã: ergo ratio entis præſciſſa, & differentia ſunt idem formaliter inter ſe. Si autẽ ratio entis præſciſſa eſt idem formaliter cum differentia, à quã dicis præſcindi, quã ratione præſcindetur ab illa? Quia ad hoc, vt præſcindatur à differentia, debet cognoſci ſine illa: ſed id, quod idẽtificatur formaliter cum alio, non poteſt cognoſci ſine illo, alioquin iam diſtingueretur formaliter: ergo non poteſt ratio entis præſcindi à differentijs.

69 Reſpõdeo, rationẽ entis præſciſsã eſſe ipſiſsimã, ſeu eandẽ formaliter cũ ratione entis, quæ manet in differẽtijs. Et diſtinguo cõſequẽs inde deductũ. ergo, cũ ratio entis, quæ eſt in differẽtijs, ſeu cõtracta ad differẽtias, ſit idem formali

maliter cum ipſis differẽtijs, ratio etiã entis præſciſſa erit idem formaliter cum eiſdẽ differentijs eo modo, quo eſt idẽ cum illis ratio contracta, concedo: diuerſo modo, nego cõſequentiã. Cùm autẽ ratio entis, quæ eſt in ſubſtantia, non ſit idem adæquatè cum ipsâ ſubſtantiâ; ſed ſolum inadæquatè (quia, licèt ratio propria ſubſtãtię non poſſit expreſsè concipi, quin expreſſè cõcipiatur ens in illa exiſtẽs, poteſt tamẽ ipſum ens cõcipi expreſsè, quin expreſsè cõcipiatur ſubſtantia) neceſſarium eſt, quod ratio entis præſciſſa, non ſit idẽ adęquate, ſed ſolum inadęquate cum ſubſtãtia propter eandẽ rationem. Ad probationem illius conſequentiæ, diſtinguo maiorẽ: quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadẽ inter ſe eo modo, quo ſunt eadem vni tertio, concedo: diuerſo modo, nego maiorem. Eſt dicere: ſi ſunt eadẽ vni tertio adæquatẽ; erunt eadem inter ſe adæquatè; ſi vero ſunt eadem vni tertio taliter, vt vna ſit inadæquate idem cum illo tertio, altera vero adæquatè, non ſunt eadem inter ſe adæquatè: ſed ad ſummum erunt eadẽ inadæquatẽ. Cum autem ratio entis exiſtens in ſubſtantiâ nõ ſit adæquatè idem cum ſubſtãtiâ; ſed ſolùm inadęquatè, ſit, vt ratio entis præſciſſa; quæ eſt ipſiſsima ratio entis exiſtens in ſubſtantiâ non ſit adæquatè idem cum ſubſtantiâ; ſed inadæquatè tantum.

Ex quo conſtat ad reliqua, quæ in hac obiectione adducuntur.

SECTIO VIII.

Excluditur vniuocatio entis.

70 EX dictis ſectione præcedẽti facilè colligi poteſt, ens neque eſſe genus, neque vniuocũ reſpectu Dei, & creaturarum; ſubſtantiæ, & accidentis; ac aliorum inferiorũ, à quibus præſcinditur. Ita S. Thomas 1. p. q. 13. art. 5. & q. 7. de Pot. art. 7. & lib. 1. cont. gent. cap. 32. & ſequentibus, cui ſubſcribunt Thomiſtę, & P. Suar. in Met. diſp. 28. ſect. 3. num. 17. in fine. P. Hurtad. in Log. diſp. 9. ſect. 4. ſubſect. 5. Ratio eſt: quia ad hoc, vt ratio aliqua præſciſſa ab inferioribus ſit genus, & vniuoca reſpectu illorum, debet eſſe formaliter vna abſolutè, & ſimpliciter ſed ens præſciſſum ab inferioribus non eſt vnum ſimpliciter, & abſolute: ergo neque poteſt eſſe genus, neque vniuocum reſpectu ipſorum inferiorũ. Maior eſt certa: quia vniuoca ſunt, quorum nomen eſt cõmune, ratio verò ſignificata omnino eadem: nequit autem dici omnino eadẽ ratio, quæ nõ eſt ſimpliciter vna, vt ex ſe cõſtat: deinde quidquid eſt gen9, eſt vniuerſale; hoc autem debet eſſe vnum ſimpliciter, vt probatũ eſt diſ. 1. ſect. 3. Minorẽ probo: quia vnum (loquor de vno formaliter) ſimpliciter dicitur, quod eſt indiuiſibile in ſe ipſum, ſeu in mẽbra, quæ ſint idẽ formaliter cũ ipſo, vt probatũ eſt in ſuperioribus: ergo ens præſciſſum ab inferioribus nõ eſt vnum ſimpliciter, & abſolutè.

71 Confirmatur ex Ariſtote-

le.

Digitized by Google

le lib. 7. Met. c. 4. circa finē text. 15. vbi ait *ens neque æquiuocè dici, neque eodem modo* (hoc eſt vniuocè) deinde lib. 3. Met. c. 4. tex. 10. circa finem expreſsè docet, ens, & vnum nō poſſe eſſe genera, quia tranſcendunt differentias: ergo ſentit expreſsè, cōceptum trāſcendentem nō poſſe admittere rationem generis. Verba Ariſtotelis ſunt: *Non eſt autē poſsibile, ipſum vnum, entium eſſe genus, neque ipſum ens* (ſic habet antiqua trāslatio apud S. Thomā hic: Beſſariō tamen poſt illa verba, *non eſt autē poſsibile*, addit, *neq; ipſum vnum, &c.* Cæterū ſi To, neq; hic nōn expungatur, nō rectè cohærent hæc verba cum ſubſequentibus, vt perpendēti conſtabit) *neceſſe eſt enim vniuſcuiuſq; generis differētias, & eſſe & vnāquanque vnā eſſe: impoſſibile verò eſt, aut ſpecies generis de proprijs differentijs prædicari* (intellige prædicatione formali, nā idēticè benè poſsūt) *aut genus abſq; ſuis ſpeciebꝰ. Quare ſi vnū, vel ens genꝰ eſt, nulla differētia ne q; vnū, neq; ens erit.* Deniq; lib. 1. Eth. c. 6. excludit bonū à ratione vniuerſalis, & à ratione vniꝰ, quia omnia tranſcēdit prædicamenta.

72 Obijcies 1. Ariſto. 10. Met. c. 3. text. 12. vbi ait: *Differens verò ab aliquo differens eſt, quare neceſſe eſt, aliquid idem eſſe, quo differunt, hoc verò idem aut genus, aut ſpecies eſt.* Vbi docet, quod differēs ab aliquo duo debet habere, & aliquid, quo differat, & aliquid, in quo ſit idē, & deinde addit, hoc idē debere eſſe genus, aut ſpeciē, ex quibus hoc deducitur argumentū: ſubſtantia differt ab accidēti, vt cōſtat ex diſp. 8. ſect. 2. ergo debet habere aliquid, quo differat ab illo, & aliquid in quo cum illo cōueniat genere, aut ſpecie Sed nihil eſt, in quo poſsint cōuenire, niſi *ens*: ergo hoc ſeſe habet vt genus, aut ſpecies reſpectu ſubſtantiæ, & accidentis. Reſpondeo prædictis verbis non docere Ariſt. id, in quo differētia ſunt idē eſſe genus, aut ſpeciē; ſed ſolū, id, quo differentia differunt, eſſe genus, aut ſpeciē, vt apertè conſtat ex illis verbis: *quare neceſſe eſt aliquid idē eſſe, quo differunt, &c.* Hoc eſt, id, quo differētia differūt debet eſſe vna ratio, quę ſe habeat vt genus, aut ſpecies (vel vt quid cōſtituēs genus, aut ſpeciem) reſpectu interiorū ſub ipsā contentorū: & propterea addit; *omne nāmque differens aut genere, aut ſpecie differt*, quia videlicèt ea, quæ differunt; aut genere, aut ſpecie differunt in omnium conſenſu.

73 Inſtabis: in ſententia Ariſt. ea, quæ differunt, debent habere aliquid, in quo ſint idē, & aliquid quo differant, vt cōſtat ex ea diſ. 8. ſect. 2. ergo, cum ſubſtantia differat ab accidenti, debet habere duas rationes formaliter diſtinctas, in quarum vna conueniat, ſeu ſit idem cum illo (ens videlicèt) & altera differat ab illo, quæ quidē erit differētia propria ſubſtantię: ſed ſi in ſubſtātia datur ens formaliter diſtinctū à differentia nō poteſt nō eſſe genus reſpectu ſubſtātiæ, & accidentis, ergo ſe habet

vt genus reſpectu illorum. Diſtinguo 1. conſequens: debet habere duas rationes formaliter diſtinctas inadæquatè, concedo: adæquatè, nego cõſequẽtiã. Et diſtinguo minorem: ſed ſi in ſubſtãtia datur ens formaliter diſtinctũ adæquate à differentijs, non poteſt non eſſe genus, concedo: ſi datur inadæquatè tantum diſtinctum, nego minorem. Et denique nego conſequentiã. Itaque ſubſtantia, & accidens conueniunt in ratione entis, & differunt per proprias differentias, hoc eſt, per ordinẽ ad connotata propria cuiuſque; ſed quia ita cõueniunt in ratione entis, vt hæc ſit de conceptu formali differentiarum, non poteſt habere rationẽ generis reſpectu illorum, vt conſtat ex ſuperiùs dictis.

74 Obijcies 2. ratio ſignificata per nomẽ *ens*, ex prima ſui inſtitutione eſt omnino eadẽ: ergo eſt vniuoca, ac per cõſequens conueniẽt vniuocè in ea ratione ſubſtãtia, & accidens. Antecedens probatur, quia ratio entis præſcinditur à differentijs, nõ cognitis differentijs: ergo per præſciſsionem nulla apparet diſtinctio in ratione entis: ergo, prout ſubeſt præſciſsioni, eſt omninò eadẽ: ſed nomẽ *ens* ex primâ ſui inſtitutione ſignificat ens præſciſſum à differentijs: ergo prout ſignificatur hoc nomine eſt omnino idẽ. Nego primũ antecedens. Ad probationẽ diſtinguo antecedens: ratio entis præſcinditur inadæquatè à differẽtijs, cõcedo: adæquatè, nego antecedens. Et cõceſsâ primâ conſequentiã, nego ſecundã: quia, vt ratio aliqua ſit omnino eadẽ, nõ ſufficit, quod per præſciſsionẽ nulla in illã conſpiciatur diſtinctio; ſed vltra hoc eſt etiam neceſſarium, quod non ſit de conceptu formali differentiarum, vt diximus eſſe ens.

75 Adde, nomẽ, *ens* ex prima ſui inſtitutione non eſſe impoſitũ ad ſignificandã rationem entis præſciſſam à differentijs; ſed rationem entis ſecundũ ſuam eſſentiã: alioqui, dum in actuali prædicatione affirmatur ratio entis de ſuſtantia non poſſet ſignificare nomine *ens*, quia ibi non ſignificatur ratio entis abſtracta à ſubſtantia, & accidentis; ſed vt identificata cum ſubſtãtia. Atqui oppoſitũ contingit, quia frequẽter dicimus, *ſubſtãtia eſt ens: accidens eſt ens*: ergo nomẽ *ens* ex prima ſui inſtitutione ſignificat rationem entis ſecundum ſe: non præſcindendo, ſed relinquendo illam indifferentem ad hoc vt præſcindatur, vel contrahatur. Cum autem prædicata eſſentialia entis ex vna parte ſint de conceptu formali differentiarũ, quæ ſunt diuerſæ inter ſe: ex alia verò præſcindi poſsint à differentijs, fit, vt ratio ſignificata per nomen *ens*, prout ſignificata per illud, non ſit omnino eadem; ſed partim eadẽ & partim diuerſa.

76 Obijcies 3. ex eo animal eſt genus reſpectu hominis, & bruti, quia ita abſtrahitur ab illis, vt poſſit eſſe, & prædicari de illis tãquã id, quod eſt indifferens, vt per varias differentias eſſentiales cõtrahatur ad eſſe illorũ; ſed hæc omnia

habet

Digitized by Google

habet ens reſpectu ſubſtantiæ, & accidentis: ergo eſt genus reſpectu illorum. Diſtinguo maiorem: tanquam id, quod eſt indifferens, vt per varias differentias eſſentiales contrahatur ad eſſe illorũ, ita, vt ipſum non ſit de conceptu formali ipſarum differentiarum, concedo: ita vt ſit de conceptu formali ipſarũ differentiarum, nego maiorem. Deinde nego minorẽ, quia ens præſciſſum ita eſt aptum eſſe, & prædicari de ſubſtantiã, & accidenti, vt contrahatur per differẽtias, quæ ſunt idem formaliter cũ illo: & propterea non eſt omnino vnum; ſed ſolùm ſecundum quid; ac per conſequens non poteſt eſſe genus. Hæc circa entis vniuocationem,

SECTIO IX.

Statuitur analogia entis.

77 Circa entis analogiam primo certum eſt, ens reale eſſe analogum analogiâ tranſcendentiæ reſpectu Dei, & creaturarum; ſubſtãtiæ, & acidentis; entis completi, & incõpleti; & denique reſpectu omnium entium realium quæcunq; ſint. Id conſtat ex dictis, ſectionibus præcedentibus. Et in primis quod ſit analogum facilè probatur, quia analoga ſunt, *quorũ nomen eſt cõmune; ratio vero ſignificata per nomẽ nec omnino eadẽ, nec omnino diuerſa.* Sed hoc nomen *ens* eſt commune ſubſtantiæ, & accidenti, &c. & ratio ſignificata per illud neque eſt omnino eadem, neque omnino diuerſa, vt conſtat ex præcedentibus: ergo ens eſt analogum reſpectu ſubſtantiæ, & accidentis. Quod verò ſit analogum analogiâ tranſcendentiæ, ſic probo: quia analoga tranſcendentiæ, ſic definita ſunt ſect. 5. *quorũ nomen eſt cõmune; ratio vero ſignificata ita imbibitur in differẽtijs, vt non poſsit ab illis abſtrahi ſimpliciter; ſed ſolũ ſecundũ quid.* Hæc autẽ omnia conueniũt enti reali reſpectu omniũ entiũ realiũ, quæcunq; ſint, vt expẽdenti facilè conſtabit: ergo, &c.

78 Secundò certum eſt, ens eſſe etiam analogum analogiâ attributionis reſpectu Dei, & creaturarum, &, reſpectu ſubſtantiæ, & accidentis, quia hæc ſignificantur nomine entis, quòd, licet ex prima ſui inſtitutione impoſitum ſit ad ſignificandam rationem entis ſecundum ſe; vſu tamen introductum eſt, quod, dum de Deo agimus relatê ad creaturas, & de ſubſtantia relatè ad accidentia, vtamur hoc nomine ad ſignificandum primario Deum, vt ens abſolutum, & independens à creatura: & ſecundariò ipſas creaturas, vt dependentes à Deo. Deinde etiam aſſumimus idem nomen ad ſignificandam primario ſubſtantiam tanquam ens inter creata primum, ac præcipuũ, & ſecundario accidentia, vt ſubſtantiæ perfectioni deſeruientia: ergo Deus, & creaturæ: ſubſtãtia, & accidens, prout hoc nomine ſignificata, ſunt ſimpliciter di-

uerſa: quia Deus vt abſolutus à creaturis; & hæ vt à Deo dependentes; deinde ſubſtantia vt ens primum, ac præcipuum; & accidentia vt ad ſubſtantiam ordinata, ſunt inter ſe ſimpliciter diuerſa. Præterea ſunt eadem ſecundum terminum, quia creaturæ ſignificantur eo nomine vt ordinatæ ad Deum, & accidentia vt ad ſubſtantiam ordinata.

79 Certum eſt tertiò, ens non eſſe analogum analogia tranſcendentiæ reſpectu entis realis, & rationis: tum quia ratio entis nullatenus præſcindi poteſt ab ente reali, & rationis, vt probatum eſt ſect. 7. num. 57. tum etiam, quia ens rationis non continet in ſe veram rationem entis; ſed vmbram quandam entis veri, ad cuius ſimilitudinem effingitur. Hic fit, ens reale, & rationis eſſe ex illis analogis attributionis, quorum vnum tantum participat intrinſecè rationem propriè ſignificatam per nomen ex prima ſui inſtitutione; reliqua verò extrinſecè, ratione ſcilicet alicuius ſimilitudinis, aut ordinis, quem habent ad principale analogatum: quia ens reale reuerà in ſe continet verum eſſe, quod eſt ratio propriè ſignificata per nomen *ens* ex prima ſui inſtitutione; ens verò rationis non alio modo continet in ſe eſſe, niſi quia concipitur, ac ſi reuerà eſſet, cũ reuerà non ſit, quod nihil aliud eſt, quàm eſſe vmbrã, aut appariẽtiam veri eſſe. Certũ exiſtimo quarto, ens non eſſe analogum analogiâ proportionalitatis reſpectu ſuorum inferiorum; quia nulla datur in his ſimilitudo proportionum, quæ hoc nomine *ens* ſignificetur, vt conſtabit ex dependenti,

80 Denique ex dictis facile colligitur, in quonam diſtinguantur analoga tranſcendentiæ, & analoga attributionis. Primò enim diſtinguuntur in eo, quod ad analogiam attributionis eſt neceſſarium; quod vnum membrũ dicat ordinem ad aliud, vel aliquam proportionem, ſeu connexionem cum illo habeat; ad analogiam verò tranſcendentiæ non requiritur connexio, aut ordo vnius extremi ad aliud. Secũdò, analogia atributionis duo exigit extrema, in quorum vno perfectiùs inueniatur ratio propriè ſignificata per nomen, quam in alio; analogia veró tranſcendentiæ id non exigit, quia omnes Diuinæ perſonalitates ſunt analogæ tranſcendentiæ prout hoc nomine *ens* ſignificãtur, vt facilè deduci poteſt ex dictis; & tamen non participant inæqualiter rationem entis, vt Theologus diſces. Tertiò ad analogiam attributionis non requiritur, quod ratio propriè ſignificata per nomen ex primà ſui inſtitutione ſit intrinſeca omnibus analogatis, neque quod ab eis poſsit abſtrahi aliqua ratio ſecundùm quid vna; at veró ad analogiam tranſcendentiæ requiritur, & quod ratio propriè ſignificata per nomen ſit intrinſeca omnibus analogatis, & quod ab illis poſsit abſtrahi ea ratio taliter,

vt

v: per abſtractionem fiat vna ſecundùm quid modo ſuprá explicato. Quâ verò ratione diſtinguātur analogia tranſcendentiæ, & analogia proportionalitatis, facilè conſtabit ex dictis pro naturâ vtriſque declaranda. Illud tamen debet eſſe certum, omnes prædictas analogias conuenire in eo, quod conſtāt analogis, *quorū nomen eſt commune; ratio verò ſignificata per nomen neque omnino eadem, neque omnino diuerſa.* Vndè omnis analogia innoluit ſecundam intentionem, nomen videlicèt vnum, quo ſignificari debeant omnia analogata, quæ ſub illo continentur.

DISPVTATIO XIIII.

De Accidenti prædicamentali,

SAtis communis eſt inter dialecticos diuiſio accidentis in prædicamentale, & prædicabile; circa quam nonnihil diximus ſupra diſput. 9. ſect. 2. eam ex profeſſo explicaturi in hoc loco, in quo de accidenti prædicamentali agendum eſt, vbi etiam agemus de accidenti phyſico, & reali prout diſtinguitur realiter à ſubſtantia.

SECTIO I.

Explicatur natura Accidētis prædicamentalis,

1 DVplex aſsignari ſolet accidens; Phyſicum videlicèt, & logicum. Phyſicum dicitur, quod ita afficit ſubſtantiam, vt ſit realiter disiunctum ab omni ſubſtantiâ: vt, calor, quantitas, &c. Logicum, quod, licèt entitatiuè ſit ſubſtantia; eſt tamen extra conceptum eſſentialem alterius ſubſtantiæ, quam afficit, vel cui coniungitur, & propterea dicitur accidere illi. Talis eſt veſtis reſpectu hominis veſtiti. Hoc appellari ſolet accidens prædicabile ad diſtinctionem accidentis phyſici, quod accidens prædicamentale appellatur communiter ab authoribus, vt denotent, nullum accidens, quod non ſit phyſicum ad prædicamentum pertinere poſſe. Immeritò tamen accidentia logica omnino excludunt à prædicamentis accidentiū, cum inter ea, quæ Ariſtoteles enumerauit, non nulla ſint, quæ accidentia phyſica eſſe nequeunt, atque adeò ſi accidentia logica à prędicamētis relegánda eſſent, tollēda profectò de medio forent vel ea prædicamenta, vel ſaltem aliquæ eorum ſpecies, quas fatentur omnes ad prędicamenta accidentium pertinere. Talia ſunt prædicamentum *habere*, & prædicamentum *relationis*, vt conſtabit ex dicendis pro natura horum explicandà.

2 Porrò accidens phyſicum diuiditur in reale, & modale. Accidens reale eſt, quod ita afficit ſubſtantiam; vt ab illa ſeparatum poſsit exiſtere ſaltèm de potentià Dei abſoluta. Talis eſt *quantitas, calor, &c.* Modale eſt, quod ita afficit ſubſtantiam, vt ſine illa nequeat exiſtere adhuc de potentià Dei abſolutà. Talis eſt *motus*: talis etiã cenſetur *præſentia* adquiſita per motum, quod an verum ſit? Dicemus in phyſicis. Rurſus accidens phyſicum reale afficere poteſt ſubſtantiam duobus modis. Vno, media paſsione, qua recipitur ie ſubſtantia, à quà dependet in genere cauſæ materialis per ipſam paſsionem. Altero, media vnione, qua poſt receptionẽ eidem ſubſtantiæ vnitur, ac eam in format, & propterea talis vnio dicitur informatio. Dum autem accidens taliter informat ſubiectum, vt ab illo etiam dependeat per paſsionem, dicitur inhærere illi, & ideo inhærentia accidẽtis coaleſcit ex informatione, per quam informat ſubiectum, & paſsione, per quam dependet ab ipſo ſubiecto: neque enim accidens dicitur inhærere, ſi non dependeat à ſubiecto per paſsionem, etiamſi illud informet: neque ſi dependeat per paſsionem à ſubiecto, ſi illi non tribuat ſuum effectum formalem per informationem.

3 Præterea accidens modale afficit ſubiectum immediate per ſuam entitatem, vel ita, vt per ſe ipſum illi vniatur, & in eo recipiatur ſine vnione, & receptione ſuperaddita (talis eſt ipſa paſsio, quæ per ſe ipſam recipitur, quia paſsionis nõ datur paſsio, alias procederemus in infinitũ: & per ſe ipſam vnitur, quia modi nõ vniũtur per vnionẽ ſuperadditam, ſed per ſe ipſos) vel ita, vt licèt per paſsionẽ ſuperadditã recipiatur, tamẽ per ſe ipſum vnitur ſine vnione ſuperaddita (talis eſt præſentia, quę, cũ recipiatur in ſubiecto per paſsionẽ ſuperadditã; vnitur tamen illi per ſe ipſam, quia eſt modus illi⁹: vel ita, vt per ſe ipſum vniatur, nõ tamẽ recipiatur aut per ſe ipſum, aut per paſsionẽ ſuperadditam: talis eſt creatio, quæ vnitur termino creato per ſe ipſam, nullo tamen modo recipitur in termino, aut in altero ſubiecto, vt dicem⁹ in Phyſic. Ex his accidẽtibus modalibus ea, quæ vniuntur ſe ipſis ſubiecto, ita vt in eodẽ recipiantur vel per ſe ipſa, vel per paſsionem ſuperadditam, dicuntur inhærere tali ſubiecto: at verò ea, quæ ita ſe ipſis vniuntur, vt neque per ſe ipſa, neque per paſsionem ſuperadditam recipiantur, nõ dicuntur inhærere, ſed ſolum adhærere ſubiecto, cui vniuntur. Denique tam inhæſio, quam adhæſio poteſt eſſe actualis, & aptitudinalis. Actualis eſt ipſum exercitium actuale inhærendi, vel adhærendi. Aptitudinalis eſt aptitudo ad inhærendum, vel adhærendum. Hæc omnia, quę ad phyſicum ſpectant, breui calamo perſtrinxi, quia aliqualis illorum notitia eſt neceſſaria ad ea, quę dicenda ſunt in hac diſputatione.

Digitized by Google

4 Sic definio accidens prædicamẽtale ſumptum in totâ ſuâ latitudine. *Ens quomodolibet afficiẽs, ſeu denominans ſubſtantiã, aut aliquid ordinatũ ad ſubſtãtiã, ita, vt non ſit de integritate aut cõplemẽto ſubſtãtiæ, quã afficit, neq; ſubſtãtiã aliquam cõpletam cum ea cõponat.* Res multa, nimis inter ſe diuerſa comprehendens non poteſt breui oratione declarari. Hęc definitio eſt accidentis prædicamẽtalis in abſtracto, & comprehendit non ſolùm accidẽtia phyſica; ſed nonnulla logica, vt conſtabit ex eius declaratione. In primis omne accidens tam phyſicum, quàm logicum afficit ſubſtantiã, aut aliquid ordinatum ad ſubſtantiam: quia quædam ſunt, quæ afficiunt immediatè ſubſtantiam; vt *quãtitas, præſentia, actio* productiua formæ ſubſtantialis corporeæ, & huius *receptio, &c.* Quædã ſũt, quæ afficiunt immediatè alia accidentia per ſe ordinata ad ſubſtãtiã; vt *creatio* quantitatis Euchariſtiæ, ac *modus perſeitatis* eiuſdẽ quantitatis; quæ, licet neque mediatè, neque immediatè afficiant ſubſtantiam, quandoquidem ſeparant quantitatem ab ipſâ ſubſtãtiâ; nihilominus afficiunt immediatè quantitatem, quæ ex ſe ordinatur ad ſubſtãtiam. Ex accidẽtibus verò logicis, veſtis afficit quodammodo ſubſtantiam quam reddit veſtitam. Deinde hæc omnia accidentia non ſunt de integritate, aut complemento ſubſtãtiæ (in ratione ſubſtantiæ) quam afficiunt, vt ex ſe conſtat.

5 Additur vltimò, *neque ſubſtãtiã aliquã completam cum ea cõponat*, ad excludenda aliqua accidentia logica, quæ, licèt ſint accidentia prædicabilia reſpectu alterius ſubſtantiæ, nihilominus nõ pertinent ad prædicamentum aliquod accidentium; ſed ſolùm ad prædicamentum ſubſtantiæ; quia, ſcilicet, cum illâ ſubſtantiâ, cui logicè accidunt, componunt ſubſtantiam aliquam completam directè poſitam in prædicamento ſubſtantię. Talis eſt forma ſubſtãtialis, anima, v.g. quæ, licèt accidentaliter logicè prædicetur de materiâ (hæc enim prædicatio, *materia eſt animata*, eſt accidentalis) nihilominus, ſimul cum illa conſtituit viuens cõpletum, quod directè conſtituitur in prædicamento ſubſtantiæ, ac per conſequens partes etiam eius conſtitui debent in eodem prædicamento. Veſtimẽtum verò pertinet ad prędicamentum *habere* in conſenſu omnium, quia ita accidit homini veſtito, vt non cõſtituat cum illo ſubſtantiam aliquam completam, & propterea eſt accidẽs logicum prædicamentale. Vide quam ſine fundamento relegentur omnino accidentia logica à ratione accidentium prædicamentalium. Hęc de accidenti prędicamentali in totâ ſua latitudine.

6 Veniamus ad accidens phyſicũ, prout comprehendit omnia accidentia phyſica tã realia, quã modalia. Sic illud definies: *Eſt ens, quod, cum ſit extra omnem ſubſtantiam, afficit actualiter,*

vel

vel aptitudinaliter ipſam ſubſtantiam, vel aliquid ordinatum ad illam efficiendam. Dicitur *ens*, quod, *cum ſit extra omnem ſubſtantiam*, vt excludatur accidens logicum, quod, licet ſit extra ſubſtantiam, quam aſficit; non tamen extra omnem, cum ipſum ſæpè ſit entitatiuè ſubſtantia, vt veſtis, &c. & dicitur extra omnem ſubſtantiam, quia neque eſt pars integralis, neque eſſentialis alicuius ſubſtantiæ. Deinde additur, *afficit ipſam ſubſtantiam*, vt comprehendantur omnia accidentia, quæ mediatè, vel immediatè denominant ſubſtantiam; vt ſunt; *quantitas calor, frigus, &c.* Quorum prima afficit ſubſtantiam immediate, reliqua verò media quãtitate, quia immediatè in iſta recipiuntur, vt dicemus in Phyſicis; & ſubiungitur, *vel aliquid ordinatum ad illam afficiendam*, vt comprehendantur *creatio*, & *modus perſeitatis*, quibus conſeruatur quantitas Euchariſtica independenter à ſubſtantia; hi enim modi non afficiunt ſubſtantiam mediatè aut immediatè, cùm ſeparent quantitatem à ſubſtantia; afficiunt tamen quantitatẽ, quæ per ſe ordinatur ad afficiendam ſubſtantiam.

7 Dicitur autem, *afficit ſubſtantiam*, non vero *inhæret ſubſtantiæ*, quia nonnulla dantur accidentia, quæ cum non poſsint ex naturâ rei à ſubiecto dependere per paſsionem, non poſſunt inhærere; neque enim inhærere dicitur niſi accidens, quod ita afficit ſubiectum, vt dependeat ab illo per paſsionem, vt dictum eſt num. 2. & ideo ponitur *afficit* (quod eſt verbum generalius) vt omnia comprehendat. Deniq; dicitur *actualiter, vel aptitudinaliter*, vt extendatur definitio tam ad accidentia realia, quam ad modalia; his enim eſt eſſentiale actu afficere ſubiectum, quia ſe ipſis illi vniuntur, & ideo non poſſunt dari in rerum natura adhuc de potentiâ Dei niſi vnita ſubiecto; realibus verò non eſt eſſentiale actu afficere ſubiectum (cùm poſsint in rerum naturâ eſſe ſaltem de potentiâ Dei, quin illud afficiant actu, vt conſtat in quantitate Euchariſtica) ſed ſolùm aptitudine, quia per ſuam eſſentiam ſunt apta, & exigunt afficere ſubiectum tùm media vnione, tum mediâ paſsione.

8 Præfata definitio prædicto modo explicata eſt bona, quia nullum accidens phyſicum hactenus agnouimus, quod in primis non ſit extra conceptum omnis ſubſtantiæ, neque quod non afficiat actualiter, aut aptitudinaliter ſubſtantiam, vel aliquid ordinatum ad ſubſtantiam afficiendam, vt inductione conſtare poteſt, & propterea dicuntur *entis entia*, hoc eſt, *entia ſubſtantiæ*, quia videlicet ordinantur ad ſubſtantiam. Deinde per hæc diſtinguuntur accidentia phyſica à ſubſtantia, & à quouis alio, quod non eſt accidens phy-

phyſicum : ergo rectè explicatur natura accidentium phyſicorum per prædictam definitionem. Cæterum, quia non omnia in aliquo prædicato accidentis, quod ſit omnibus commune, conueniunt, ideò data eſt definitio per disiunctionem, vt diuerſarum rerum diuerſa natura, vna oratione vtcumque explicaretur.

9 Ex dictis infero primò. De eſſentia accidentium realium, prout à modalibus diſtinguuntur, eſſe inhærentiam aptitudinalem : quia omne accidens reale ex vna parte petit vniri ſubſtantiæ, quia, cum ex ſe petat præſtare illi aliquem effectum formalem, quem præſtare non poteſt, niſi per vnionem, neceſſarium eſt, quod hanc petat; ex alia vero parte petit produci per actionem, quæ ſit paſsio : quia, vt dicemus in Phyſic. omne accidens reale petit produci dependenter à ſubiecto recipiente : ſed productio rei dependẽs à ſubiecto recipiente eſt paſsio, vt dicemus etiam in Phyſ. ergo petit produci dependentèr à ſubiecto per paſsionem: atqui accidens ita vnitum ſubiecto, vt ab illo dependeat, per paſſionem inhæret illi, quia in hoc conſiſtit inhęrentia, vt dicebamus num. 3. ergo accidens ex ſe petẽs prædictam vnionem & paſsionem petit inhærentiam, ac per conſequens de eſſentia eius erit exigentia, ſeu aptitudo ad inhærendum, quæ quidem dicitur inhærentia aptitudinalis.

20. Infero ſecundò, de eſſentia accidentium modalium, quæ ſe ipſis vniuntur ſubiecto, & ſe ipſis in illo recipiuntur, eſſe actualem inhærentiam. Talis eſt ipſa paſsio, ſeu receptio; hæc enim, cùm ſit modus ſubiecti recipientis, ſe ipſa illi vnitur : deinde, cùm ſit paſsio, ſeu receptio, ſe ipſa recipitur, & non per aliam receptionem; ne detur proceſſus infinitus : ergo ſe ipſa inhæret actualiter, ac per conſequens inhęrentia actualis eſt de eſſentia huius accidentis. Inferò tertiò, de eſſentia eorum accidentium modalium, quæ ſe ipſis vniuntur ſubiecto, & in eo recipiuntur per paſſionem ſupperadditam, eſſe inhærentiam partim actualem, & partim aptitudinalem. Talis eſt vnio, per quam accidens reale vnitur ſuo ſubiecto, hæc enim vnitur immediatè per ſe ipſam, & recipitur per paſsionem ſuperadditam, vt dicemus in Phyſ. talis etiam erit præſentia, ſi fuerit modus. Ratio huius illationis eſt; quia inhærentia actualis accidentis coaleſcit ex vnione, per quam accidens vnitur ſubiecto, & ex paſsione, per quam in illo recipitur : ſed prædicta accidentia vniuntur actu per ſuam entitatem, & eſſentiam; & recipiuntur actu per paſsionem diſtinctam, quam petunt ex natura ſua : ergo eſſentia eorum coaleſcit ex inhærentia partim actuali, & partim aptitudinali.

11 Infero 4. de eſſentiâ eorum accidentium modalium, quæ ex natura ſua petunt nõ recipi in ſubiecto, non eſſe in hærentiam actualem, aut aptitudinalem; ſed ſolùm adhærentiam actualem. Talis eſt creatio Angeli, animæ rationalis, materiæ primæ, quantitatis, Eucharistiæ, &c. Ratio eſt: quia, vt ſæpè dictum eſt, inhærentia eſt vnio accidẽtis cum ſubiecto, á quo ipſum accidens dependet per paſſionem: ſed creationi repugnat ex natura ſuâ dependere â ſubiecto per paſſionẽ, vt dicemus in Phyſ. ergo repugnat illi inhærentia, ac per conſequens non poterit eſſe de eſſentia eius vllo modo. Eſt tamen illi eſſentialis adhærentia actualis termino producto, quia ſe ipſa afficit ipſum terminum, vt modus illius.

SECTIO II.

An accidens ſit vniuocũ reſpectu ſuorũ inferiorũ, an potius analogũ, & qua analogia?

12 Accidens vt ſic comparari poteſt ad phyſicum, & logicũ: deinde phyſicum ad reale, & modale; ad completum, & incompletum: præterea reale ad omnia realia; & modale ad omnia modalia; & denique completum ad omnia completa; & incompletum ad omnia incompleta. Hęc omnia euoluenda ſunt in hac ſectione, quã in duas partes diuidemus. In prima ſentẽtias oppoſitas referemus, & reffellemus; in ſecunda noſtram ſtabiliemus.

Duæ ſententiæ refellantur.

Nonnulli aſſerunt, accidens in communi, prout abſtrahit à completo, & incompleto eſſe analogum tranſcendentię, & attributionis at verò accidens completũ eſſe vniuocum ad nouem prædicamenta accidẽtium. Ita fere Sot. in cap. 4. Antepręd. q. 2. ad 1. vbi docet, accidens eſſe vniuocũ ad nouem prædicamenta accidentiũ, & nihilominus non eſſe genus reſpectu illorũ, quia tranſcẽdit eorum differẽtias. Adducitur etiã Iauel. pro hac ſententia ex 7. Met. q. 1. ad 3. & eam tenent nonnulli recentiores aſſerentes, accidens cõpletum non ſolùm eſſe vniuocum; ſed etiam genus ad nouem prædicamẽta. Probatur prima pars huius ſentẽtiæ: quia accidens, prout abſtrahit â completo, & incompleto tranſcendit omnes differentias: deinde accidens incompletũ dicit attributionem ad accidens completum: ergo ratione tranſcẽdentiæ eſt analogum tranſcendẽtiæ; & ratione attributionis analogum attributionis.

13 Quod verò accidens cõpletum ſit vniuocum reſpectu nouem prędicamẽtorũ, probatur 1. quia ratio accidẽtis cõpleti eſt eadem in omnibus iſtis prędicamẽtis: ergo eſt vniuoca. Antecedẽs probatur; quia omnia prędicamẽta ſunt æqualiter accidentia, cùm omnia ſint ſimpliciter talia: ergo ratio acciden-

cidentis completi eſt eadé in omnibus. Secundò, quia ſi aliquid obſtaret ad vniuocationẽ, maximè, quòd omnia accidentia dicunt ordinem ad ſubſtantiam: at hoc non obſtat, tum quia iſte ordo eſt ęqualiter, & ſimpliciter in omnibus; tum etiam quia actus vitales in ratione talium dicunt ordinem ad principium viuens, & nihilominus conueniunt vniuocè in ratione actuum vitaliũ. Tertio: quia accidens completum reſpectu nouem prædicamentorum non eſt analogum proportionalitatis, quia per hæc verba, *accidens completũ*, non ſignificatur ſimilitudo aliqua proportionum exiſtẽtium in ſingulis prædicamentis; neque eſt analogum attributionis, quia ratio accidentis cópleti nõ eſt in vno ſimpliciter, & in alijs ſecundũ quid; ſed in omnibus eſt ſimpliciter, & æqualiter; neque eſt analogũ tranſcendentiæ, quia accidens completum eſt extra omnes differentias: ergo eſt vniuocum.

14 Hæc ſententia quoad vtrãque partẽ mihi diſplicet. Et quod ad primam attinet, ex dicendis pro noſtra ſententia conſtabit, nõ dari conceptum accidẽtis, vt ſic, quod omnia tranſcendat accidentia realia, & modalia. Venio ad ſecundam partem, in qua agitur de vniuocatione accidentis completi, quæ quidem mihi ſemper exoſa fuit: nam vel ſermo eſt de accidenti completo phyſicè, vel de accidenti completo metaphyſicè. Si de completo phyſicè, hæc ratio tranſcendit vltimas differẽtias: quia in calore, v.g. non ſolùm ratio accidentis, aut ratio qualitatis inuoluit totam entitatem phyſicam caloris; ſed etiam differentia, per quam contrahitur ad eſſe caloris: ſicut enim ratio accidentis, & ratio qualitatis dicuntur de tota entitate phyſica caloris, ſic etiam differentia, per quã conſtituitur in eſſe caloris; ergo ſi ratio accidentis, vt ſic tranſcẽdit differentias, vt tu fateris, eas etiã tranſcendet ratio accidentis completi phyſicè, cùm ratio accidentis exiſtens in differentia caloris ſit phyſicè completa, vt probatũ eſt. Si autem hæc ratio tranſcendit differentias, neque poteſt eſſe vniuoca, neque genus, quia ratio vniuoca, aut generica debet eſſe vna ſimpliciter, quod quidem repugnat rationi tranſcendenti, vt in ſimili probauimus de ente diſput. 13. ſect. 8. Idem argumentum poteſt fieri de accidenti in concreto, nam ſicut accidens, & quale dicuntur de tota entitate phyſica concreti calidi, ita etiam differẽtia, per quam conſtituitur in eſſe calidi.

15 Si verò ſermo ſit de accidenti completo metaphyſicè; vel ratio accidentis completi metaphyſicè tranſcendit differentias huius, & illius accidentis completi metaphyſicè, vel non tranſcendit? Si tranſcendit, neque poterit talis ratio eſſe vniuoca, neque genus reſpectu ſuorum inferiorum propter rationem num. præced. adductã. Si non tranſcendit differẽtias, ſe habebit vt gen⁹

con-

contrahibile per varias differētias ad particulares ſpecies accidentium; & ſic talis ratio generica nō poteſt eſſe accidens completum metaphyſicè: quia ens completum eſt, quod in eo genere, in quo dicitur completum non ordinatur ad aliud componendum; ſed illa ratio generica ordinatur ad componendum metaphyſicè ſpecies, ad quas contrahitur per differentias: ergo nō eſt completa metaphyſice. Confirmatur, quia differentiæ, per quas illa ratio generica contrahitur ad ſpecies, ideò per ſe non ſunt accidentia metaphyſice completa, quia ex ſe ordinantur ad metaphyſicam compoſitionē ſpeciei; ſed ratio illa generica ordinatur etiam ad metaphyſicam compoſitionem ſpeciei, cū ſit pars materialis illius, & omnis pars ordinetur ex ſe ad compoſitionem ſui totius: ergo ratio illa generica non poteſt eſſe accidens completum metaphyſicè. Argumenta oppoſitæ ſententiæ facilè ſoluentur ex ijs, quæ pro noſtrâ dicemus.

16 Secunda ſententia duo aſſerit. Primum eſt, accidens prout comprehendit phyſica, & logica accidentia eſſe analogum analogia proportionalitatis. Secundū eſt, accidens phyſicum eſſe vniuocum, & genus reſpectu omnium accidentium phyſicorū. Hanc tenent nonnulli recentiores. Primā partem amplectemur vt veram, dum noſtram ſententiā proponamus. Secunda pars ferè admittitur à P. Suar. in Met. diſp. 39. ſect. 3. n. 13. Vbi ait, accidens eſſe aliquo modo vniuocū reſpectu omnium accidentiū phyſicorū, quod probat n. 14. Probari poteſt primò: quia ratio accidentis poteſt concipi, quin quantitas, qualitas, &c. cōcipiantur. Deinde differētiæ propriæ horum accidentium poſſunt concipi, quin ratio accidentis cōcipiatur; ergo adæquatè præſcinditur hæc ratio à differentijs; ergo eſt vna ſimpliciter, & genus reſpectu accidētiū inferiorū. Secūdò: quia eodē modo cōparatur accidēs vt ſic ad accidētia particularia, ac cōparatur ſubſtantia vt ſic ad ſubſtantias particulares: ſed ſubſtātia vt ſic eſt ratio vniuoca, & genus reſpectu particulariū ſubſtantiarū: eſt enim ſupremū genus prædicamenti Subſtantiæ: ergo idem dicendum erit de accidenti vt ſic reſpectu accidentium particularium.

17 Non mihi probatur hęc ſententia; neque enim video, qua ratione poſſit ab accidenti reali, & modali abſtrahi vna ratio accidētis, quæ ſit vtrique eſſentialis quia ratio formalis accidentis abſtracta, vel conſiſtit in hoc, quod eſt afficere ſubiectū actualiter; vel in hoc, quod eſt afficere ſubiectū aptitudinaliter. Si primū, talis ratio nō poteſt competere accidētibus realibus, de quorum eſſentia nullatenus eſt actu afficere ſubiectū; ſed ſolùm aptitudine, vt diximus ſectione pręcedenti. Si dicatur ſecundùm, non poteſt talis ratio cō petere accidentibus modalibus, de quorum eſſentia nō poteſt eſſe

apti-

aptitudo realis ad actu afficiendũ ſubiectũ, quia aptitudo realis ſem per ordinatur ad terminũ realiter diſtinctũ, & hæc accidẽtia afficiũt actu ſubiectum non per aliquid à ſe diſtinctũ; ſed per ſuã eſſentiã, vt diximus ſect.præced.

18 Neque poteſt dici, rationẽ illam cõmunem accidentis conſiſtere in hoc, quod eſt afficere ſubiectum præſcindẽdo ab hoc, quod eſt actu, vel potẽtiâ afficere: quia potentiâ afficere ſubiectum propriè loquendo, nõ eſt afficere, ſed poſſe afficere; ſicut potẽtia calefactiua, propriè loquẽdo, non eſt calefacere; ſed poſſe calefacere: ergo ſicut ab hoc, quod eſt actu calefacere, & poſſe calefacere nõ poteſt abſtrahi vnus cõceptus cõmunis, cuius ratio formalis conſiſtat in hoc, quod eſt calefacere, vt cõcedunt omnes: ſic etiã ab hoc, quod eſt actu afficere, & poſſe afficere ſubiectũ non poteſt abſtrahi vnus cõceptus cõmunis, cuius ratio formalis cõſiſtat in hoc, quod eſt afficere ſubiectũ. Confirmatur: nam ab homine picto, & vero non poteſt abſtrahi vna ratio hominis, non aliâ de cauſâ, niſi quia homo pictus non eſt propriè homo; ſed imago hominis: ergo neq; ab hoc, quod eſt actu afficere, & poſſe afficere ſubiectũ poteſt abſtrahi vna ratio conſiſtens in hoc, quod eſt afficere, cum poſſe afficere non ſit propriè afficere; ſed ſolùm potentia ad afficiendum.

19 Hinc colliges, concedendas eſſe duas rationes accidentis; vnam accidentis realis; alteram modalis. Deinde vtraque poterit præſcindi à ſuis inferioribus, quia, vt experientiâ conſtat poteſt concipi expreſsè aptitudo ad afficiendum ſubiectum, quin expreſsè cõcipiatur quantitas, qualitas, &c. & poteſt etiam expreſsè concipi actualis affectio ſubiecti, quin expreſsè concipiatur actio, aut paſſio, præſentia, &c. ergo poteſt vtraque præſcindi à ſuis inferioribus, hoc eſt, ratio accidentis modalis ab omnibus accidẽtibus modalibus, & ratio accidentis realis ab omnibus accidentibus realibus.

20 Cæterum quælibet ex illis imbibitur formaliter in differentijs ſuorum inferiorum. Et in primis id probatur de conceptu accidentis realis: quia ratio, ſeu conceptus accidentis realis conſiſtit formaliter in aptitudine ad afficiendum ſubiectum: ſed hæc aptitudo tranſcendit differentias omnium accidentium realium: ergo & ratio accidentis realis. Minorem probo: nam ideò qualitas vt ſic v. g. eſt formaliter apta afficere ſubiectum, quia poteſt illi tribuere ſuum effectum formalem; ſed differentiæ huius, & illius qualitatis poſſunt tribuere ſubiecto ſuos effectus formales formaliter diſtinctos ab effectu formali qualitatis vt ſic: ergo ſunt formaliter aptæ ad afficiendum ſubiectum. Minor eſt certa: quia ſicut ratio qualitatis reddit ſubiectum formaliter quale, ita etiam differentiæ huius, & illius qualitatis reddunt ſub-

accidentium, & ratio ſignificata per illud eſt ſimpliciter diuerſa in ſingulis prædicamentis; eadem verò ſecundùm proportionem: ergo eſt analogum proportionalitatis, quia ea ſelt definitio analogorum proportionalitatis..

24 Antecedens probatur: & primò, quod nomen illud ſit commune omnibus nouem prædicamẽtis, null⁹ eſt, qui dubitet Quod verò ratio ſignificata ſit diuerſa ſimpliciter, probatur quia accidẽtia phyſica afficiunt ſubiectũ propriè, & phyſicè per verum & phyſicum nexum cum ſubiecto; accidentia verò logica impropriè tantum, & imperfectè afficiũt ſubiectum, vel quia illud extrinſecè ornãt, vt veſtis, & arma; vel quia illi tribuunt denominationem aliquam extrinſecã, vt dicemus de relatione prædicamẽtali: ergo ratio ſignificata eſt ſimpliciter diuerſa. Denique eſt eadem ſecundũ proportionem: quia accidentia Logica dicuntur afficere ſubiectũ propter ſimilitudinem proportionis, quam habent cũ accidentibus phyſicis: ſicut enim accidẽtia phyſica ſe habent ad ſubiectũ ornando illud intrinſecè per verum, & realem nexum, ſeu vnionem; ita etiam accidentia logica, vt ſunt veſtes, & arma, ornant hominem, quem cooperiunt, per applicationem quandam ad illum: ergo ſunt ſimilia ſecundum proportionem, ac per conſequens analoga proportionalitatis.

25 Dico ſecũdò, accidens phyſicum prout comprehẽdit omniã accidẽtia phyſica, tã realia, quàm modalia eſt analogũ analogia attributionis pluriũ ad aliud tertiũ, quod non ſignificatur eodem nomine cum illis; ſed connotatur. Hanc analogiam adſtruit in accidenti S. Thomas. Ratio eſt: quia accidens eſt vnum nomẽ, ratio verò ſignificata in accidẽtibus phyſicis eſt ſimpliciter diuerſa, quia & ſignificat aptitudinem accidẽtium realiũ ad efficiendum ſubiectum; & affectionẽ actualẽ intrinſecã, & eſſentialẽ accidẽtibus modalibus, quas n. 17. & 18. prouauimus eſſe ſimpliciter diuerſas deinde ratio ſignificata per nomen eſt eadẽ ſecundum terminum nõ ſignificatum eodem nomine; ſed tãtùm connotatum, quia hoc nomẽ *accidens* ſignificat accidẽtia phyſica, prout dicunt ordinẽ proximè, vel remotè ad ſubſtantiã, quæ connotatur eo nomine (*accidens* enim ſignificat *enti* ens, hoc eſt, ſubſtãtiæ *ens*) & propterea ſignificantur eo nomine, quia ex natura ſua habẽt, quod vel afficiant ſubſtãtiã, vel aliquid per ſe ordinatũ ad ſubſtantiam: ergo habent omnia requiſita ad analogiã attributionis plurium ad aliud tertium.

26 Dico tertio accidens phyſicũ reale eſt analogũ analogiã trãſcendẽtiæ reſpectu omnium accidentiũ phyſicorũ realiũ Hęc concluſio conſtat ex dictis n. 20. vbi probauimus, rationẽ accidẽtis realis trãſcendere omnes differentias accidentiũ realiũ: ſed ratio tranſcendens eſt analoga analogia trãſcẽdẽtię reſpectu inferiorũ, quorũ diffe-

differentias tranſcendit, vt cõſtat ex diſ. 13. ſect. 7. n. 67. ergo, &c. Dico quarto: accidẽs modale eſt analogũ analogiâ tranſcendẽtiæ reſpectu omniũ accidentiũ modalium. Hæc cõcluſio deducitur ex n. 21. vbi probauimus, rationem accidentis modalis tranſcendere omnes differentias accidentium modalium: ergo eſt analoga analogiâ tranſcendentiæ reſpectu omnium accidentium modalium.

27 Dices: *actio* eſt accidens modale extrinſecè afficiens agẽs: ergo non poteſt habere vnũ conceptum cõmunem cum reliquis modis intrinſecè afficientibus ſubiecta. Cõſequẽtia probatur: nam ex eo ab accidenti phyſico & logico nõ poteſt abſtrahi vnus cõceptus cõmunis, quia phyſicum afficit intrinſecè, & propriè, logicum verò extrinſecè, & impropriè: ergo ſi *actio* afficit extrinſecè, & reliqui modi intrinſecè non poteſt ab illis abſtrahi vnus conceptus omnibus cõmunis. Cõceſſo primo antecedenti, nego conſequentiã: quia licèt *actio* afficiat extrinſecè agẽs terminũ tamen productum afficit intrinſecè, quod ſufficit, vt dicatur propriè, & intrinſecè afficere ſubiectũ, non quidẽ inhæſionis, neque enim dependet à termino tãquàm â ſubiecto, in quo recipitur, vt dicemus in Phyſ. ſed adhæſionis; adhæret enim intrinſecè termino, quia ita affigitur illi, vt ſemper ſit intimè præſens in eodem loco cum illo, & propterea dicitur etiã afficere illum intrinſecè.

28 Vel ſecundò, reſpõdere poteris, hoc quod eſt *afficere*, poſſe cõſiderari in actione, vel ex parte agẽtis, vel ex parte ipſius actionis. Si cõſideretur ex parte agentis, fateor affectionẽ actionis eſſe extrinſecã agenti: at nõ eſt extrinſeca actioni, ſed intrinſeca, & eſſentialis. quia ſe ipſa dependet ab agente tã quàm via, mediâ quâ producit ur effectus ab eodẽ agente, in quo cõuenit cum alijs modis accidentalibus, qui per ſuam eſſentiam afficiunt ſubiectũ (adhęſionis, vel inhæſionis) per verã, & phyſicã affixionem ipſi ſubiecto. Quod verò affectio vnius ſit extrinſeca ſubiecto, & affectio alterius intrinſeca, per accidẽs ſe habet ad rationem modi accidẽtalis, nec tollit, quod vtraque affectio, ſit propriè affectio. In quo differunt accidentia phyſica ab accidenti logico, hoc enim nõ afficit propriè loquendo ſubiectũ, quia nõ affigitur illi per ſuã eſſentiã, nec petit talẽ affixionẽ; ſed tantũ habet quandã applicationẽ omnino accidentalẽ tam ipſi, quã ſubiecto, & propter ſimilitudinẽ aliquã huiꝰ applicationis cum affectione, quã accidens phyſicum, vel eſſentialiter petit, vel eſſentialiter habet actu cum ſubiecto, dicitur afficere ſubiectum analogice, & impropriè.

29 Ad obiectionẽ ergo in formâ diſtinguo antecedens: *actio* eſt accidens modale extrinſece afficiens agens affectione extrinſecâ agẽti cõcedo; affectione extrinſecâ ipſi actioni, nego antecedens. Et deinde nego conſequentiã. Ad probationẽ diſtinguo antecedẽs,

ex

ẽx eo ib accidẽti phyſico, & logico nõ poteſt abſtrahi vnus cõceptus cõmunis, quia logicum afficit ſubiectũ extrinſecè ex parte vtriuſque extremi, concedo; ex parte vnius tantum, ſubiecti videlicet, nego antecedẽs. Eſt dicere, quod veſtis afficiat hominẽ non ſolùm eſt extrinſecũ homini, ſed etiã ipſi veſti, quia tã accidentale, & extrinſecũ eſt veſti afficere hominẽ, quã homini, quod afficiatur à veſte. Vnde non poteſt in ratione afficiẽdi cõvenire cũ accidẽtibus phyſicis, quæ per ſuã eſſentiam, vel petunt afficere, vel actu afficiũt ſubiectũ adhæſionis, vel inhæſionis.

30 Rogabis: an poſsit dari aliquis cõceptus vniuocus ſubſtãtię, & accidẽti phyſico, qui vtriq; ſit eſſentialis? Reſpondeo negatiuè: quia in quolibet cõceptu eſſentiali accidenti phyſico) excipio rationem entis) imbibitur formaliter ratio formalis accidẽtis: ergo nullus datur conceptus vniuocus ſubſtantiæ, & accidenti. Conſequẽtia eſt bona, quia nullus cõceptus; in quo formaliter imbibitur ratio formalis accidẽtis phyſici poteſt eſſe eſſentialis ſubſtantiæ. Antecedens verò probatur, quia quilibet conceptus, qui eſt in accidenti phyſico eſt aptus afficere ſubſtantiam ſi eſt res; & ſi eſt modus afficit actu ſubſtantiam: ergo quilibet cõceptus, qui eſt in accidenti eſt formaliter accidens.

31 Obijcies, hoc, quod eſt eſſe principiũ effectiuũ caloris, poteſt abſtrahi à calore, & igne: ergo poteſt ab illis abſtrahi vnus conceptus eſſentialis. Conſequentia eſt bona: quia vtrique conuenit eſſentialiter eſſe productiuum caloris. Antecedens probatur: quia hoc, quod eſt eſſe principiũ productiuum caloris poteſt concipi expreſſe, quin expreſsè concipiatur, an ſit calor, aut ignis; ergo ab vtroq; poteſt abſtrahi talis cõceptus: deinde is conceptus non tranſcẽdit vltimas differentias: ergo eſt vniuocus. Conceſſo primo antecedẽti, diſtinguo conſequẽs: poteſt ab illis abſtrahi conceptus eſſentialis vnus ſecundũ quid, cõcedo: vnus ſimpliciter, nego cõſequentiam: quia licèt conceptus productiuus caloris nõ tranſcendat differẽtias indiuiduales ignis, & caloris; trãſcendit tamen differentias eorum ſpecificas. Per eandẽ enim differẽtiam, per quã ignis conſtituitur in eſſe ignis, & calor in eſſe caloris, cõſtituitur vterq; in eſſe productiui caloris: quia, cũ ignis producat calorem vt octo, tanquã proprietatem propriã ſui, ad differentiam ſpecificã eius debet pertinere illũ producere. Deinde, cùm calor vt talis ſit proprietas data igni, vt is illo vtatur ad ſubiecta extranea præparanda ad formã ignis per introductionem caloris, calor etiã vt talis debet eſſe productiuus alterius caloris. Hinc eſt, quod ratio prædicta, etiãſi abſtrahatur à differentijs, non poſsit eſſe vniuoca; ſed ſolùm analoga analogià tranſcendentiæ, vt ex ſuprà dictis compertum eſt.

23 Hic diſquirunt recentiores aliqui; an poſsit dari aliquis con-

ceptus cõmunis, & vniuocus Deo & creaturis? Reſpõdeo primo nullum conceptum accidẽtis phyſici poſſe dari cõmunẽ, nedum vniuocũ Deo, & creaturis, quia in Deo nullatenus inueniri poteſt intrinſecè ratio aliqua accidentis phyſici, vt clamat Fides. Reſpondeo ſecundò: quod ad conceptum ſubſtantiæ attinet, dicemus in prædicamento ſubſtantiæ: & de alijs cõceptibus, qui in Deo, & creaturis inueniuntur, dicemus in propriâ cuiuſque ſede.

SECTIO III.

De reliquis ante prædicamentis.

33 Hic ſubiungam ea, quæ poſt vniuoca, & æquiuoca, & denominatiua addidit Ariſtoteles ante ſingulorum prædicamentorũ diſputationem: & vt clarius procedamus ſingula ſingulis titulis diſtinguemus.

De diuiſione eorum, quæ dicuntur, & eorum, quæ ſunt.

PRędicamẽta, vt dicemus diſp. ſequenti, coaleſcunt ex diſpoſitione, & coordinatione prædicatorum ſuperiorum, & inferiorum intra eandẽ ſeriem. Cum autẽ prędicata tam inferiora, quàm ſuperiora, prout ſpectãt ad Logicum, coaleſcant ex rebus ipſis, quæ prędicantur tanquàm materiâ, & ex conceptibus, ſeu verbis, quib⁹ ſignificantur tãquàm formâ, oportuit, vt Ariſtoteles actur⁹ de Prædicamẽtis, prius in genere examinaret, quibus rebus, & vocibus, ſeu conceptibus cõſtare debeant Duplicẽ ergo diuiſionẽ adhibuit, vnã, *eorũ quæ dicuntur*, pertinẽtẽ ad voces, ſeu cõceptus mẽtis; alterã, *eorũ quæ ſunt*, petinẽtẽ ad res. *Ea quæ dicuntur* (hoc eſt, quæ ore, vel intellectu proferũtur) alia dicũtur *ſecũdũ cõplexionẽ*; alia *ſine cõplexione. Secundũ cõplexionẽ* dicũtur plures voces, ſeu cõceptus plura exprimentes cũ aliqua cõnexione; vt, *homo currit: Petrus, & Ioãnes: Frãciſcus albus, &c. ſine cõplexione* dicũtur voces, ſeu concept⁹ ſimplices, quæ vnũ tantum ſignificãt: vt, *homo, Petrus, album*.

34 Ad hoc ergo, vt vox aliqua (quod ad Logicũ inſtitutum attinet) cõplexa dicatur, eſt neceſſariũ primò, quod nõ ſit vna ſimplex vox; ſed ex pluribus cõponatur, quorũ ſingulis, vel vni ſaltẽ ex illis aliqua ſignificatio ſeorſim correſpõdeat. Propterea hęc vox, *Pater* nõ eſt cõplexa, quia videlicet, etſi in ſignificatione æquiualeat huic orationi, *qui habet filiũ*; ita tamẽ id ſignificat, vt nulli parti ſeorſim aliqua; ſed toti voci tota ſignificatio indiuiſibiliter correſpondeat. Secũdò: eſt neceſſariũ, quod plura ſignificet vt plura: nam, cũ Logicus nõ agat de vocibus, niſi prout ſignificãtibus, nõ dabitur in illis cõplexio Logica, niſi eorum ſignificatio ad plura, vt plura prorendatur. Hinc eſt, quod ex his vocibus, *Marcus Tullius Cicero*, nõ coaleſcat vna vox cõplexa, quia videlicet omnes vnum, & eundem ſignificant Ciceronem. Tertiò requiritur; quod voces inter ſe conectantur, vel aliquo verbo: vt, *Pe-*

Petrus eſt homo; Petrus legit, vel coniunctione aliqua, ſeu diſtinctione, vt *Paulus, & Ioannes*, *Antonius*, *aut Franciſcus*; vel aliqua concordantia grammaticali, vt *Petrus albus: Palium Petri*. Deinde eſt etiam neceſſarium, quod ex parte rerũ ſignificatarum ſignificent aliquẽ nexum, ſeu coniunctionem. Ex defectu huius conditionis non conſtituunt vnam vocem complexam plures voces ſine nexu aliquo prolatæ; vt *Petrus, Ioannes, Antonius*.

35 Ad hoc verò, vt vox aliqua ſit incõplexa eſt neceſſariũ, quod aut omnes eius partes vnum, & idem ſignificent; vt *Marcus Tullius Cicero*; aut ſi plura, ita tamen vt ea ſignificent tanquàm vnum tertium componentia; vt, *album*, quod ſignificat ſubiectum, & albedinem. Cæterum quia ea ſignificat vt vnum compoſitum componétia, eſt vox incomplexa. Hinc eſt, vocem æquiuocam non eſſe incõplexam propriè loquendo, quia licèt ſit vna ſimplex vox, multa tamen ſignificat vt multa: ſed neque eſt complexa, adhuc ex parte rerum ſignificatarum, quia nullum nexum ſignificat exparte illarũ. Ex his duobus membris ſola incomplexa dicit Ariſtoteles pertinere ad prędicamenta, & propterea in cap. 4. incõplexum diuidit in decem prædicamenta, quia prædicamentum eſt coordinatio generum & ſpecierum: complexum autem non poteſt eſſe genus, aut ſpecies, quia non eſt vnum; bene tamen incomplexum. Eſt tamen aduertendum prædictam diuiſionem non ſolùm competere vocibus; ſed etiam poſſe accõmodari rebus, prout per voces ſignificãtur: eæ enim etiam dicuntur complexæ, & incomplexæ.

30 Secunda diuiſio pertinens ad res eſt, *eorum quæ ſunt*: & habet quatuor membra. Alia enim ſunt, quæ *de ſubiecto aliquo dicuntur in ſubiecto verò nullo ſunt*; vt ſubſtantiæ vniuerſales, *homo, animal, &c.* quæ quidem dicuntur de ſubiecto (prædicatione formali, & directa, de qua loquitur Ariſtoteles in præſenti) quia de ſuis inferioribus prędicantur eſſentialiter; nõ tamen ſunt in ſubiecto aliquo inhæſionis; ſicut accidentia. Alia *in ſubiecto ſunt, de ſubiecto tamen nõ dicuntur*: vt accidẽtia ſingularia, *hæc albedo, hic calor, &c.* Hæc enim ſunt in ſubiecto inhæſionis, quia recipiuntur per veram paſsionem in corpore, quod denominatur, *albũ, calidũ, &c.* Docet vero Ariſtoteles, hęc non dici de ſubiecto, certe non alia de cauſa, niſi quia hic loquitur de prædicationibus eſſentialibus per ſe pertinẽtibus ad rectam coordinationem prædicamentorum: at accidentia ſingularia non prædicantur eſſentialiter de ſubiecto, in quo ſunt quia ſunt illi accidentalia; neque de aliquo inferiori infra illa contento, quia ſingularia nullum infra ſe continent inferius, de quo poſsint eſſentialiter prædicari. Id tamen non tollit, quod in cõcreto ſũpta poſsint prædicari accidẽtaliter de ſubiecto, in quo recipiuntur

tur, verè enim dicitur, *Petrus eſt hoc albũ, Ioãnes eſt hoc calidũ, &c.*

37 Alia *de ſubiecto dicũtur* (eſſẽtialiter intellige) *& in ſubiecto ſũt* vt, *ſciẽtia, color, &c.* Sciẽtia enim recipitur in intellectu tãquã in ſubiecto inhæſionis, & prædicatur eſſentialiter de *Logica, Metaphyſica &c.* tãquã de proprijs ſpeciebus. Et color recipitur in pariete tanquã in ſubiecto inhæſionis, & prędicatur eſſẽtialiter de *albedine, nigredine, &c.* Alia deniq; *neque in ſubiecto ſunt, neq; de ſubiecto dicũtur*, vt ſunt ſubſtantiæ ſingulares, *Petrus Bucephalus, &c.* quæ quidẽ neq; in aliquo ſubiecto recipiũtur, neq; de aliquo ſubiecto eſſẽtialiter prędicãtur. Prędicta diuiſione vſus eſt Ariſtot. vt oſtenderet, quã ratione coordinãda ſint prędicamẽta tã accidẽtiũ, quã ſubſtantiæ ea enim ſic ſunt diſponẽda, vt prædicata eſſẽtialia ſuperiora prędicẽtur de inferioribus directè cõtẽtis ſub illis. Duplex verò diuiſio in prędictis verbis cõtinetur. Vna immediata *entis* in *ſubſtãtiã, & accidẽs*, quę eſt analogi in analogata vt cõſtat ex dictis in ſuperiori-L . Altera mediata *entis* in *vniuerſale, & ſingulare*, ſeu *particulare*, quæ eſt diuiſio ſubiecti in accidẽtia rationis: hic enim agit Ariſtoteles de illis, vt ſunt correlatiua. Ita ferè P. Tolet. hic §. *Dubitatur* 1.

Quæ dicantur eſſe in ſubiecto?

38 **A**Riſtoteles vt explicaret, quid ſit eſſe in ſubiecto hęc addid. t:*In ſubiecto verò eſſe dico, quod, cũ in aliquo ſit, nõ ſicut quædã pars, impoßibile eſt, eſſe ſine eo, in quo eſt.* His verbis deſcribit Philoſophus accidẽtia, de quibus dixerat eſſe in ſubiecto; ex eorũ verò explanatione conſtabit, in quo nã accidens diſcrepet à quouis ſubſtantia. In primis ergo ad hoc, vt aliquid dicatur eſſe in ſubiecto, eſt neceſſariũ, quòd *ſit in aliquo*: hoc eſt (vt docet ſimplic. & approbat P. Tolet. §. *Ex quibus ſequitur*) in ſubſtãtia cõpleta (ſiue ſimplici, vt Angelus: ſiue cõpoſitã ex materiã & forma vt homo) quia in phraſi Ariſt. ſubſtantia completa dicitur *hoc aliquid.* Deinde ita debet eſſe in ſubſtantia, vt in ea recipiatur nõ quidem immediatè in tota: ſed ſufficit, quod immediatè recipiatur in aliqua parte, ratione cuius tota ſubſtantia recipere dicatur. Proptereà Ariſtotel. adhibuit in exemplum grammaticã, quam ait in anima ſubiectari; & colorem, quẽ docet recipi in corpore: quia videlicet, ratione animæ totus homo dicitur grammaticã recipere, & ratione corporis colorem.

39 Additur, *nõ ſicut quædã pars*; quia id, quod eſt in ſubiecto ita debet eſſe in ſubſtantia completa, vt non ſit pars, aut de complemẽto ſubſtantiali illius. Ex defectu huius particulę non dicitur eſſe in ſubiecto forma ſubſtantialis corporea, qualis eſt forma ignis, aut forma equi: quia licet recipiatur in materia, & ſit in compoſito ſubſtantiali; eſt tamen vt pars illius. Pręterea modi ſubſtãtiales, vt modus vnionis & ſubſtantia, ſunt de complemento ſubſtantiali ſubſtantiæ complete, & propterea ex

clu-

eluſuatur ab hoc, quod eſt *eſſe in ſubiecto*. Deniq; dicitur, *Impoſsibile eſt eſſe ſine eo, in quo eſt*, quòd intelligendũ eſt ex natura rei, nõ de potentia Dei abſoluta: accidẽtia enim ita ſunt in ſubiecto, vt repugnet ex natura rei cõſervari in rerũ natura ſine illo; nõ tamẽ implicat conſervari de potentia abſoluta Dei, vt cõſtat in accidẽtibus Sacroſancti Sacramẽti Euchariſtiæ.

Duo documenta circa ea, quæ dicuntur de ſubiecto.

40 POſtquam Ariſtoteles explicuit, quæ ſint in ſubiecto, & quæ dicãtur de ſubiecto, duo ſubiunxit documenta, vt oſtenderet, quo pacto ſe habere debeant, quæ dicũtur de ſubiecto. Primum documentum eſt. *Cũ quidpiã de quopiã prædicatur vt de ſubiecto, ea, quæ de prædicato dicuntur, dicentur etiam de ſubiecto: vt homo, de quodã homine prædicatur; animal autẽ de homine prædicatur, igitur animal de quodã etiã homine prædicatur: quidã enim homo, & homo eſt, & etiã animal*, quorũ verborũ ſenſus eſt, quod, quando aliquod prædicatũ affirmatur de aliquo vt de ſubiecto; quæ affirmantur de illo prædicato, affirmantur etiã de tali ſubiecto. Eſt tamen difficultas, an hic loquatur Ariſtoteles de ſolis prædicatis eſſentialibus, vel etiam de accidentalibus?

41 Dicẽdũ eſt cũ Simplicio, & Boetio, & PP. Cõnimb. hic loqui Ariſt. de prædicatis eſſentialibus, quæ in eo quod quid prædicatur, vt ſunt genera & ſpecies, ita vt ſenſus ſit, quando aliquid prædicatur de aliquo ſubiecto in eo quod quid, omnia eſſentialia attributa prædicati prædicãtur eſſentialiter de ſubiecto. Probatur primò quia Ariſt. in hoc loco proſequitur, explicat, & cõfirmat doctrinã traditã in c. praeced. ergo in eodẽ ſenſu ſumere debet in hoc loco dici de ſubiecto, ac in capite præcedenti: ſed in capite præcedẽte hoc, quod eſt dici de ſubiecto, ſumit pro hoc quod eſt prædicari in eo quo quid vt cõſtat ex n. 30. ergo in eodẽ ſenſu loquitur in præſenti. Addo cum Ammonio, Veneto, & P. Toleto, prædictũ documẽtũ poſſe extẽdi (& nõ extra mentẽ Ariſtotelis) ad prædicatũ eſſentiale differentiale, quod dicitur prædicari *in quale quid* quia capite de Subſtãtia probant, differentiã prædicari de indiuiduis, quia prædicatur de ſpecie, & adducit pro ratione hoc documẽtũ. Et propter eandẽ rationem docet hic paulò inferius, omnes differentias conſtitutiuas generis ſuperioris prædicãdas eſſe de ſubiectis contentis ſub tali genere.

42 Sed eſt difficultas, an prædictum documentũ applicari poſsit etiam prædicatis accidentalibus, ita vt quidquid prædicatur accidentaliter de aliquo, debeat prædicari etiã de quocũque ſubiecto de quo illud aliquid prędicatur, vt ſi de animali prædicatur accidẽtaliter *albũ* debeat etiam prædicari de homine, & de Petro? Reſpõdeo ſub diſtinctione: nam, ſi id, quod accidentaliter affirmatur de aliquo prędicato cõueniat illi vt diſtincto à ſubiecto, de quo ipſum

prædicatur, non poterit accidentaliter prædicari de ſubiecto illius. De *animali* enim prædicatur accidentaliter, quod ſit *genus*, & non poteſt prædicari adhuc accidētaliter de *homine*, *Petro*, &c. quia ratio generis conuenit animali, vt diſtincto ab iſtis. Si verò id, quòd accidentaliter affirmatur de aliquo prædicato, conueniat illi non vt diſtincto à ſubiecto, de quo ipſum prædicatur: ſed ſecundùm ſe ſumptò, poterit prædicari de tali ſubiecto, dummodo affirmetur de eo prædicato diſtributiuè ſumpto, vt, ſi de *animali* (quod de *homine* prædicatur) diſtributiuè ſumpto affirmatur *albū*, affirmari etiam poterit de homine, & de Petro: vt, *omne animal eſt albū; homo, ſeu Petrus eſt animal: ergo homo, ſeu Petrus eſt albus*. Ex prædicto documento deduxerunt aliqui aliud negatiuū in hunc modū: *Quando aliquid prædicatur de aliquo, quid quid negatur de prædicato, negari debet de ſubiecto*, quod intelligēdum eſt ſub eadem diſtinctione, qua affirmatiuum.

43 Secundùm documētū eſt: *Diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorū diuerſa ſūt ſpecie differētiæ; vt animalis, & ſciētiæ, &c. Subalternorū verò generū nihil prohibet eaſdē eſſe differētias ſuperiora enim de ijs, quæ ſub ipſis ſunt generibus prædicantur: quare quotcūq; differentiæ prædicati fuerint, totidē & ſubiecti erunt*. Pro cuius explicatione noto, genera ſubalternatim poſita dici illa, quorū vnū eſt ſub altero, vel quę ſub alio tertio continentur; vt, *animal*, & *viuens* dicuntur ſubalternatim poſita; quia illud continetur ſub iſto: & *animal*, & *planta* ſubalternantur *viuenti*, ſub quo vtrunque continetur. Genera non ſubalternatim poſita dicuntur illa, quæ neque ſub alio tertio genere continentur; neque vnum ſub alio ponitur: vt, *animal*, & *ſciētia*, quorū primum ſpectat ad prædicamentum *Subſtantiæ*, & ſecundum ad prędicamentū *Qualitatis*, & ideò neque vnum ſub alio continetur, quia vnum prædicamentum non ſubordinatur alteri vt generi, neque ſub alio tertio genere continentur, quia nullum datur genus commune *ſubſtantiæ*, & *qualitatis*. Noto ſecundò differentias, alias eſſe conſtitutiuas generis, alias diuiſiuas. Conſtitutiuæ dicuntur illæ, per quas res alias cum alijs cōueniens conſtituitur in ſuo eſſe. Diuiſiuæ verò eæ, per quas contrahitur ad ſua inferiora: vt, *viuēs* quod cum *non viuens* conuenit in ratione *corporis*, conſtituitur in ſuo eſſe per differentiam *vitæ*; & contrahitur, ſeu diuiditur in ſuas ſpecies per *ſenſibile*, & *inſenſibile*.

44 Dico primo: genera, quorum alterum collocatur ſub altero, vel ambo ſub vno tertio, omnia debent habere eſſentialiter, differētiam conſtitutiuam generis, ſub quo collocantur. Ex. gr. *viuens* conſtituitur in eſſe talis per differentiam vitæ; ſub *viuente* continentur *animal*, & *planta*: hæc ergo debent eſſentialiter continere diffe-

differentiam vitæ, quæ quidquid pertinet ad eſſentiam alicuius prędicati eſſentialis; pertinere debet ad eſſentiam illius, cui eſſentiale eſt tale prædicatum; vt ex ſe conſtat: ſed ad eſſentiam generis ſuperioris, quod eſt eſſentiale generibus inferioribus ſub ipſo contentis; pertinet differentia conſtitutiua ipſius, vt nullus non concedit: ergo eadem differentia debet includi eſſentialiter in generibus inferioribus ſub illo ſuperiori contentis. Id docuit expreſſè Ariſt. in hoc loco.

45 Dico ſecundò: genera, quæ ſub alio tertio continentur, poſſunt habere eaſdem differentias diuiſiuas. Hæc concluſio, licèt in hoc loco non expreſſa ſit ab Ariſt. eam tamē expreſsit lib. 6. Top. c. 3: loco 41. Probatur: quia *propoſitio* in genere, diuiditur in affirmatiuam, & negatiuam (vel, ſi hæc non eſt genus, *intellectio* vt ſic) & rurſus quælibet ex iſtis diuiditur in categoricam, & hypotheticā: ergo quodvis ex illis generibus, ſub propoſitione contentis diuiditur in alias ſpecies ſubalternas per eaſdem differētias *categoricæ* videlicèt, & *hypotheticæ*. Dices; eſſe eaſdem differentias ſolo nomine. Sed contra: affirmatiua categorica non diſtinguitur ab affirmatiua hypothetica per hoc; quod eſt eſſe affirmatiuā; ſed quia vna eſt categorica, & alia hypothetica (& idem eſt de negatiuis) neque enim in conceptu affirmatiuæ, aut in conceptu negatiuæ diſcernimus categoricam ab hypothetica, vt experientia conſtat, ergo eæ differentiæ non ſolum cōueniunt nomine; ſed etiam ratione. Hinc eſt, quod affirmatiua categorica, & negatiua categorica, ſi comparentur inter ſe conueniunt in ratione categoricę, & differunt per affirmationem, & negationē; at verò ſi comparentur cum affirmatiuā hypotheticā, & negatiuā hypotheticā, conueniunt cum illis in ratione affirmationis, & negationis, & differunt quia vna eſt categorica, & alia hypothetica, & propterea id, quod eſt genus relate ad vnum, eſt differentia relatè ad aliud; & è contra.

46 Dico tertiò: genera non ſubalternatim poſita neque poſſunt habere eaſdē differentias cōſtitutiuas, neque diuiſiuas. Ita Ariſt. in hoc loco, & eſt certū apud omnes: quia, ſi nō continētur ſub aliquo genere cōmuni vtrique nō poſſunt participare differētiā, quę ſit vtrique cōmunis, & multo minus cōſtitui per eaſdē differētias: deinde non poſſunt habere eaſdē differentias diuiſiuas: nam genera ita diſsidentia, vt nō poſsint conuenire in eodē genere, qua ratione diuidentur per eaſdem differentias? Imo ſi per eaſdem differentias diuiderentur, eæ haberent rationem generis, ſub quo continerentur, atque adeo iam non eſſent genera non ſubalternatim poſita. Hinc procedit Ariſtot. ad coordinanda prædicamenta diuidendo genera ſuperiora in ſuas ſpecies per varias differentias vſque ad indiuidua. Et excluſis entibus com-

co nplexis à linea prædicamentali, eius incomplexum diuidit in decem prædicaméta, de qua diuiſione agemus diſputatione ſequéti.

DISPVTATIO XV.

De natura, & numero prædicamentorum.

EXplicatis ijs, quæ ad ante prædicaméta pertinent, antequã naturã cuiuſvis prædicaméti leorſi n explicemus, ea, quæ omnibus cómunia ſunt oportet prælibare.

SECTIO I.

Quid ſit prædicamentum?

1 PRædicamentum Grecè *categoria*, propriè loquendo ſignificat actionem prædicandi, iam tamen hæc vox vſurpata eſt inter philoſophos ad ſignificandam ipſam rẽ, quæ prædicatur. Propter eã Ariſt. diuiſit eos in decẽ prædicaméta; *Subſtãtiã*, videlicèt, *Quãtitatẽ*, *Qualitatẽ*, &c. vt ad certa capita reduceret omnes claſſes prædicatorũ, quibus res ſuo ordine diſponútur per ſuos cóceptus à ſupremo, vſque ad infimũ. Apud Dialecticos tamen prædicaméñ ſignificat *rectã coordinationẽ ſeu diſpoſitionẽ ipſorũ prædicatorũ eſſentialiũ ab vno ſupremo genere, quo nihil eſt ſuperius, vſq; ad indiuiduũ, quo nihil eſt inferius*, quà ratione hãc vocẽ vſurpauit Porhirius cap. de Specie, cũ dixit, in ſingulis prædicamentis eſſe ſingula prima genera, alia intermedia, infimas ſpecies, & indiuidua.

2 Ex his colliges, prædicamentum, vt attinet ad Logicum inſtitutum, duo inuoluere, répè coordinationẽ generum, ſpecierum, & indiuiduorum pro formali, & naturas genericas, & indiuiduales pro materiali: neq; enim Logicus per ſe agit de ipſis naturis rerũ ſecũdũ ſe ſumptis, ſed prout diſpoſitis in prędicationibus, in quibus ſuprema prædicata de intermedijs, & hæc de infimis prædicentur; quia hac ratione conducunt, maxime ad hoc, vt in præmiſsis demonſtrationis, quæ eſt ſubiectũ attributionis Logicę, extrema recte diſponantur cum medio, vt inde bene deducatur cóclusio. Cæterũ n, vt hæc diſpoſitio prędicatorũ recte fiat, operepretium erit aliqua dicere de naturã ipſarũ rerũ, in quibus prædicata diſponuntur, quod quidem præſtabimus ſequentibus diſputationibus.

3 Colliges ſecundò, prædicamẽtum pro formali non eſſe quid fictũ: quia diſpoſitio prędicatorum ſuperiorũ, & inferiorũ nihil aliud eſt, quã prædicabilitas, & ſubijcibilitas eorũ inter ſe: hæc auté prędicabilitas, & ſubijcibilitas non ſunt quid fictum, ſed actus intellectus, quibus ſuperiora de inferioribus prædicantur, vt conſtat ex dictis ſupra diſp. 5. ergo, &c.

4 Colliges tertio, in quouis prædicamento dari lineam directam, & collateralem. In lineã directã conſtituuntur inferiora directè ſubiecta ſummo generi; ea verò

rò confertur directè ſubijci ſupremo generi, de quibus ſupremũ genus prædicatione vera, & formali prædicatur. In collaterali vero ſunt, quæ licet directè non participent rationem ſupremi generis; ſunt tamen differẽtiæ conſtituentes inferiora, quæ directè ſubijciũtur ipſi ſupremi generi. Ex. gr. in prædicamento ſubſtantiæ lineã rectam occupant genera ſpecies, & indiuidua nẽpè *ſubſtantia*, quæ eſt ſupremũ genus, ſub hac ſunt immediatè, *corpus*, & *ſpiritus*, ſub *corpore viuens*; ſub viuẽti *animal*; ſub animali *homo*; ſub homine *Petrus*. Lineã vero collateralẽ occupant differẽtiæ, per quas, & quod libet genus, ſeu ſpecies diuiditur in ſua inferiora, & hæc cõſtituuntur in ſuo eſſe, vt differẽtiæ *corporeitatis*, & *ſpiritualitatis*, quę diuidunt ſubſtãtiã in *corpus*, & *ſpiritum*, & ſic de reliquis: hæ enim nõ ſubijciuntur directè generi ſuperiori, quod diuidunt, cõſtituũt tamen ſpecies, de quib⁹ directè prædicatur tale genus, & ideó indirectè pertinẽt ad prædicamentum. Partes etiam, ex quibus coaleſcit phyſicè res directè poſita in prædicamento, & vnio talium partiũ indirectè pertinent ad idem prædicamentum ipſius rei, ſi aliàs nõ participant ratione ſui ſupremum genus talis prædicamenti. Modi verò pertinentes ad complementum prædicãti rerum, vt eſt ſubſiſtentia reſpectu ſubſtantiæ, reductiuè pertinent ad prædicamentũ ipſarum rerũ, quia, cũ ſint de illarum complemento ad idem prædicamentum reduci debent.

4 Colliges quartó; æquiuoca, & analoga vt talia non pertinere ad prædicamentum, quia vt talia ſunt neq; ſunt genera, aut ſpecies; neq; directè ſubijciũtur generib⁹ aut ſpeciebus. Nã æquiuoca vt talia ſolũ dicunt, quod ſignificẽtur eodẽ nomine, prout diuerſa ſunt: analoga verò attributionis ſolùm addunt ſupra æquiuoca, quod habeant aliquã proportionẽ, ſeu ſimilitudinẽ inter ſe: analoga tranſcẽdentiæ, licet dicant conuenientiã in vna ratione ab ipſis præciſſa: ea tamen ratio non eſt vna ſimpliciter; ſed tantùm ſecundum quid; quod non ſufficit ad rationẽ generis, vt ex ſupra dictis conſtat: ergo neque ſunt genera, neque ſpecies, neque directè ſubijciuntur generibus, aut ſpeciebus. Imò neque poſſunt poni in linea collaterali: quia prout æquiuoca, & analoga ſunt ſolùm dicunt hoc, quod eſt cõuenire in nomine, vel in ratione vna ſecundùm quid, ratione cuius neque ſunt differẽtiæ diuidẽtes conceptus ſuperiores directæ lineæ prædicamentalis, neque intrinſecè includuntur vt partes in inferioribus, quæ directè ſubijciũtur ſupremo generi: ergo, &c.

5 Colliges quinto, ea, quæ in prædicamento collocantur, non debere eſſe actu exiſtẽtia: quia ad hoc, vt res aliqua ſit genus, aut ſpecies, aut iſtis directè ſubijciatur, ſufficit, quod ſit poſsibilis, vt conſtat ex ijs, quę diximus diſputat. 5. *ſectione 6.* parte 2. ergo & ad hoc, vt ponatur directè in

in prædicamento. Colliges 6. ad hoc, vt aliquid in prædicamento directè ponatur, nullam aliã conditionẽ eſſe neceſſariam, niſi quod vel ſit genus ſupremum, vel directè illi ſubijciatur. Id conſtat ex dictis. Ex hoc colligunt aliqui, entia incompleta non poſſe conſtitui directè in prædicamentis, quia certum eſt, contineri in illis entia completa; & enti completo, & incompleto non poteſt dari aliquod genus commune. Sed ex infra dicendis conſtabit, hanc doctrinam eſſe falſam.

SECTIO II.

Statuitur numerus prædicamentorum.

6 DIco primò: non poſſunt omnia entia creata reduci ad vnũm prædicamentum. Eſt cõtra aliquos recentiores; cõmunis tamen inter DD. Probatur: quia ea, quæ ad vnũ pertinent prædicamentum, debẽt ſub vno ſupremo genere contineri: ſed non poſſunt omnia entia creata ſub vno genere ſupremo cõtineri: ergo nõ poſſunt, &c. Maior cõſtat ex ſect. præcedẽti. Minor probatur: quia ſubſtantia, & accidens non continentur ſub alio conceptu cõmuni niſi ſub ente: ſed ens nõ eſt genus reſpectu illorum, vt conſtat ex diſp. 13. ſect. 8. ergo non continentur ſub vno ſupremo genere. Et propter eandem rationem dicendum eſt, nõ poſſe omnia accidentia pertinere ad vnum prædicamentum, quia ratio accidẽtis nõ eſt genus reſpectu omnium accidẽtium, vt conſtat ex diſp. 14. ſect. 2. cũ trãſcendat eorum differentias. Propter eandem rationem non poteſt dari vnum prædicamentum *accidentis abſoluti*, ſub quo comprehendantur *quantitas*, & *qualitas*, quia videlicèt, ratio accidentis abſoluti tranſcendit differentias quantitatis, & qualitatis; prædicatum autem tranſcendens nõ poteſt eſſe genus, aut ſpecies.

7 Dico ſecundò: actio, & paſſio nõ cõtinentur ſub vno genere dependentiæ vt ſic, ratione cuius poſsint vnum prædicamentũ conſtituere. Eſt contra nonnullos recentiores, qui dicunt actionem, & paſsionem cõuenire in ratione dependentiæ tanquam in prædicato generico vtrique vniuoco. Probatur noſtra cõcluſio: quia ratio formalis dependentiæ eſt ratio tranſcendens differentias actionis, & paſsionis: ergo non poteſt eſſe genus reſpectu illarũ. Conſequentia eſt bona, vt cõſtat ex ſupra dictis. Antecedens probatur: quia differentia conſtituens actionem in ratione actionis eſt eſſe id, quo oritur effectus ab agente: ſed in hoc, quod eſt oriri effectum ab agente, inuoluitur depẽdentia ipſius effectus ab agente; neque enim aliter dependet effectus ab agente, niſi oriendo ab illo: ergo in differentia propria actionis inuoluitur ratio dependentiæ: ergò tranſcendit illam. Idem argumentũ poteſt fieri de paſsione.

8 Dico

8 Dico tertio. Non incongrue aſsignantur decem prędicamenta, nēpe *Subſtantia*, *Quātitas Qualitas*, *Relatio*. *Agere*, *Pati*, *Quando*, *Vbi*, *Situs*, *Habere*, Hāc cōcluſionē defendūt omnes philoſophi Ariſtecuti. Probatur, quod aſsignanda ſint hæc decem: quia omne ens reale creatū, vel eſt ſubſtantia, vel afficit ſubſtantiam extra conceptum ipſius ſubſtantiæ. Si eſt ſubſtantia, conſtituit prædicamētū *Subſtantiæ*: Si afficit ſubſtantiam, vel ita eam afficit vt extendat eius partes reddendo illas impenetrabiles. & ſic erit Quantitas: vel conſtituit ſubſtantiam benè diſpoſitam in ordine ad ſe, aut in ordine ad operādum, & ſic erit Qualitas; vel illā refert, & ordinat ad aliud; & ſic erit Relatio, vel ſubſtantiam reddit agentē, ſeu recipientē, & ſic dabitur hoc, quod eſt Agere: & Pati: vel ſubſtantiam conſtituit in loco, & ſic erit *Vbi*: vel eam accōmodat loco ſecundū certam partiū diſpoſitionē; & ſic erit *Situs*: vel eam facit coexiſtentem tempori, & ſic erit *Quando*, ſeu *Duratio*: vel denique eam ornat extrinſece, & ſic erit *Habitus*, ſeu, *Habere*, vt, eſſe togatum veſtitum, &c. Ergo congruè aſsignantur decem prædicamenta,

9 Sed dices: videntur plura alia aſsignanda eſſe, quia ſicut Agere, & Pati diſtinguuntur ex eo, quod diuerſo modo cōcurrūt agens, & patiens ad effectum, ita etiam debet diſtingui aliud prædicamentum, quod dicatur *Finalizatio*, ſeu *Finalizare*: quia finis diuerſo modo concurrit ad effectum, ac agens. & paſſum: ergo ſicut *Agere* cōſtituit diuerſum prædicamentum, ac *Pati*; ita etiam, & *Finalizare* cōſtituit diuerſum ab vtroque. Deinde ſicut eſſe veſtitum, & armatum conſtituunt prædicamentum *Habere*, cur non conſtituet aliud prædicamentum eſſe aſſociatum, & eſſe vxoratū, & aliæ ſimiles denominationes extrinſecæ?

10 Reſpondeo, quod ſi res rationis trutinā perpēdendę forent, addenda quidem eſſent alia prædicamenta, & forſan aliquod ex prędictis decem, eſſe auferendum. Cæterum congruè aſsignātur decem: quia cùm res omnes nō poſſint indiſputationem adduci, operæpretium fuit, eas ad certa capita reducere, ſub quibus omnes comprehēderētur aliquo modo. Ea autem capita non debuerunt ita reſtringi, vt obſcuritatem vulgo parerent; neque ita multiplicari, vt diſcipulorum ingenia cōfunderentur. Propterea reducta ſunt ad decē præfata: quia ex vnà parte ſufficienter videtur eſſe per illa diuiſum ens; & ex alia parte nō ineptè poſſunt ad ea reduci reliquæ denominationes, quæ ſubſtantiæ accommodantur. Etenim ad prædicamentum Habere non ſolùm pertinet eſſe *armatum*, ſeu *veſtitum*; ſed etiam habere amicū vxorem, ſociū, & ſimiles denominationes extrinſecæ, quia omnes ſub hoc, quod eſt *Habere* compre-

hen-

hendantur. Imò, & finalizare po-teſt ad idem prædicamentũ perti-nere, quia, vt dicemus in Phyſ. ratio finalizādi eſt denominatio extrinſeca actioni phyſicæ adueniēs ab extrinſeco actu voluntatis, ſeu cognitionis, ratione cuius dicitur habere finem talis actio, ſeu ordinari ad finem.

11 Rogabis: an accidentia diſponenda ſint in ſuis prædicamentis in concreto phyſico, vel in abſtracto phyſico? Reſpondeo vtroque modo diſponi poſſe, quia Ariſt. in diuerſis locis ea in concreto, & in abſtracto numerauit: excipiēda tamē ſunt Agere, & Pati, quæ, ſi in abſtracto ſumantur, nō poſſunt diuerſa prædicamenta conſtituere, vt dicemus in Phyſ. & ideo Ariſt. nunquā ea numerauit in abſtracto, ſed in concreto. Dices: accidentia in concreto inuoluunt ſubiectum, & formam, quæ ſunt res pertinentes ad diuerſa prædicamenta; nam ſubiectum eſt ſubſtantia, quæ pertinet ad prędicamentum Subſtātiæ; & forma eſt quantitas, qualitas, aut relatio &c. quarum quęlibet pertinet ad ſuum prædicamentum: ergo accidentia in cōcreto non poſſunt cōſtitui in vno, & eodē prædicamento. Reſpondeo, accidentia in cōcreto inuoluere ſubiectum, & formam non ſeorſim ſumpta; ſed prout conſtituētia vnum totum, atq; adeo, licèt ſeorſim ſumpta pertineant ad diuerſa prædicamēta, at prout vnum totum conſtituētia pertinent ad prædicamentum proprium formæ conſtituentis tale totum in eſſe talis, quia nō ſolùm datur coordinatio generũ, & ſpecierum circa formas in abſtracto; ſed etiam circa ipſa cōcreta: ſicut enim *albedo, color*, & *qualitas* ſubordinātur tanquā ſpecies, & genera: ſic etiam *album coloratũ, & quale*: quia ſicut *qualitas* eſt genꝰ reſpectu *coloris*, & hic reſpectu *albedinis*; ſic etiam *quale* vt tale eſt genus reſpectu *colorati* vt talis, & hoc reſpectu *albi*, vt talis.

DISPVTATIO XVI.

De Subſtantia.

SVbſtantia tam ordine naturæ, quam dignitatis præcedit reliqua prædicamenta, & ideò primo loco eſt inueſtiganda eius natura.

SECTIO I.

Subſtantiæ quidditas explicatur.

1 BIfariam ſolet vſurpari ſubſtantia. Primò pro eſſentiâ cuiuſque rei. Secundo prout diſtinguitur cōtra accidētia. Primo modo vſurpatur laxe, & diuagatur per omnia prædicamēta, quia vnunquodque propriam habet eſſentiam, licet non tam propriè dicatur

catur eſſentia in accidentibus, quam in ſubſtantia, vt conſtat ex dictis diſ. 6. ſect. 2. num. 17. Secũdo modo vſurpata ſubſtantia pertinet ad hanc diſputationem, in qua conceptum formalem eius inueſtigamus. Dicitur autem ſubſtantia à *ſubſto*, ſeu, *ſubſiſto*, quod eſt idem, ac ſuſtentari in ſe, & ſubijci alijs. Stare enim, ſeu ſiſtere ſignificat proprijs pedibus inniti non alienis. Et *Tò ſub* denotat exiſtentiam ſub alio, quod quidẽ ſolùm conuenit ſubſtantiæ creatæ, non verò increatæ, quia hæc, cum in ſe ſit ſimplicisſima, & perfectiſſima non poteſt alijs ſubijci ea in ſe recipiendo. In hoc ſenſu Aug. tomo. 3. lib. 1. de Trini. cap. 5. & alij PP. negarunt Deo conuenire conceptum ſubſtantiæ, & c. 4. dixerat: *Indignum eſſe, vt Deus dicatur ſubſiſtere*. Hæc de etymologia nominis; inueſtigemus modo rationem formalem ipſius ſubſtantiæ.

2 Nonnulli dixerunt, conceptum eſſentialem ſubſtantiæ, prout diſtinguitur contra accidens, cõſiſtere in hoc, quod eſt ſubſtare accidentibus. Præcipuum eorum fundamentum ſumitur ex nominis etymologia: *ſubſtantia* enim nihil aliud videtur eſſe, quam *ſtantia*, ſeu, *ſtare ſub alijs*. Cæterũ hæc ſententia mihi diſplicet, primo: quia ratio ſubſtantiæ inuenitur in aliquibus; quæ non ſubſtant accidentibus: ergo non poteſt in hoc conſiſtere ratio formalis ſubſtantiæ, vt diſtinguitur contra accidens. Antecedens eſt certũ. quia formæ ignis, aquæ, leonis, &c. habent rationem ſubſtantiæ, & tamen non ſubſtant accidentibus iuxta probabiliorem opinionem, quam ſequemur in Phyſ. aſſerentem accidentia ſubiectari in materia prima. Deinde ſubſiſtentia nulli ſubſtat accidenti, & nihilominus verè eſt ſubſtantia, vt concedunt omnes: ergo, &c.

3 Secundo: quia vel de ratione ſubſtantiæ eſt ita ſubſtare accidentibus, vt ipſa non ſuſtentetur in alio; vel taliter, vt ipſa poſsit in alio ſuſtentari. Si primum: ergo forma ignis, aquæ, &c. non eſſet ſubſtantiæ, etiam ſi ſubijcerentur accidentibus, quia ipſæ ſuſtentãtur in materia primà, vt dicemus in Phyſ. Si ſecundum: ergo quantitas eſt ſubſtantia, quia iuxta probabiliorem opinionem ipſa recipitur in materia, vt ſuſtentaculum immediatum aliorum accidentium, qualitatum videlicèt, quæ diſponuntur ad formam ſubſtantialem. Nec aduerſariorum argumentum alicuius eſt momenti: quia non ſemper definitur nomen à conceptu quidditatiuo rei, ſed ſæpè ſumitur ab aliquo munere, ſeu operatione, quam res ipſa exercet, vt videre eſt in *lapide*, qui ita dicitur à *lædendo pedem*, quia nonnunquam læſit pedem. Idem contingit in præſenti: nam, cum frequenter experiantur homines accidentia ſubiectari in ſubſtantià creatà, id fuit illis in cauſa, vt omnes ſub-

ſubſtantias hoc nomine nuncuparent.

4 P. Hurt. in Met. diſp. 10. ſection 2. docet, ſubſtãtiam eſſe *ens per ſe*, hoc eſt, conceptum quidditatiuum rei, quo durante, res durat, cæteris omnibus ablatis: & quo pereunte, res perit, etiamſi adſint cętera. Explicat: Petrus & dicitur *Petrus*, & dicitur *albus*, *amans*, &c. ſi auferatur id, quod ſignificatur hoc nomine. *Petrus*, abſolute non manet Petrus, etiamſi albedo, amor, & cætera perſeuerent. Deinde, ſi auferãtur reliqua, manet abſoluté Petrus; dummodò maneat ille primus cōceptus. Hæc eſt ſententia P. Hurt quam ipſe laté explicat. Mihi tamen nō videtur rem explicare: quia ponamus cōpoſitum reſultans ex materiâ primâ, & quantitate, quod vocatur corpus quantitatiuum: Certè, ſi auferantur forma ſubſtãtialis, & reliqua accidentia materia, maneat tamen in illa quantitas manebit quidem corpus; ſecus verò, ſi auferatur quantitas etiam ſi perſeueret forma ſubſtãtialis cum reliquis accidentibus: ergo ſicut propter ſimilem rationem Petrus per te eſt ſubſtantia, ita etiam corpus quantitatiuum reſultans ex materia, & quantitate, erit ſubſtantia. Neque in hoc inuenio rationem diſparitatis. At qui certum eſt, totum reſultans ex materiâ, & quantitate eſſe accidentale: ergo non benè adſtruis rationem formalem ſubſtantiæ.

5 Alij dicunt, conceptum ſubſtantiæ conſiſtere in independentiâ à ſubiecto receptionis. Falluntur tamen primo, quia forma ſubſtantialis materialis, licet abſolutè non dicatur eſſe in ſubiecto, vt dicebamus diſp. 14. ſect. 3. nihilominus recipitur in materia tanquàm in ſubiecto receptionis, vt dicemus in Phyſicis. Deinde modus vnionis formæ ſubſtantialis cum materiâ, recipitur in ipſa materia, vt ibidem dicemus, & nihilominus vtraque participat rationem ſubſtantiæ: ergo non benè definitur ſubſtantia per independentiam à ſubiecto receptionis. Secundo, quia creatio eſt actio eſſentialiter accidentalis; & nihilominùs non recipitur in aliquo ſubiecto, vt probo in Phyſ. ergo alijs à ſubſtantia conuenit independentia à ſubiecto receptionis, ac per conſequens non benè explicatur per illam conceptus ſubſtantiæ. Aliæ ſunt ſententiæ minoris momenti, quæ facilè refutari poſſunt.

6 Duo hic oportet explicare, & conceptum ſubſtantiæ, prout diſtinguitur contra accidens, & prout conſtituit ſupremum genus prædicamenti ſubſtantiæ. Quod ad primum attinet, exiſtimo, ſubſtantiam rectè explicari per hoc, quod eſt eſſe *primum ens, uel de integritate primi entis*. Ita ferè P. Arriaga in Metaph. diſputatione 4. de Subſtantia, ſection. 6. Et videtur mihi id expreſſum ab Ariſtotele, quia 7. Metaphyſ. capit. 3. text. 13. intendens proba-

bare non cõuenire quod *quid erat*
eſſe accidẽtibus, ſed ſolum ſubſtã
tiæ. Hæc habet: *Quare quod quid*
erat eſſe illorum eſt, quorũ cunque
ratio eſt definitio: definitio autẽ eſt,
non ſi nomẽ idem, quod oratio ſigni
ficet; ſed ſi primi alicuius ſit: hoc
eſt, ſubſtãtię. Deinde in Logica ca
pit. de Subſt. circa medium, cùm
dixiſſet, accidentia eſſe in ſubie-
cto, ne aliquis putaret, formã ſub
ſtantialem materialem, quæ reci-
pitur in materia, eſſe accidẽs, ad-
didit: *Neque nos verò ſubſtãtiarũ*
partes conturbent, quæ ita in toto
quaſi in ſubiecto ſint, ne fortè eas nõ
eſſe ſubſtantias fateri cogamur. Nõ
enim ſic ea, quæ ſunt in ſubiecto di
cebantur, quaſi vt partes ineſſent
alicui. Ac ſi dicat: & ſi formæ ma-
teriales recipiãtur in materia, nõ
putandæ ſunt accidentia. Nam ta
liter recipiuntur, vt ſint partes ſub
ſtantiæ completæ. Et cap. 2. huius
libri, ea, dicit, eſſe in ſubiecto, quę
ſunt *in aliquo*, hoc eſt in ſubſtan-
tia completa, non tanquàm par-
tes illius, vt vidimus diſput. 14.
ſect. 2. num. 38. & 39. En Ari-
ſtot. in primo loco vocat ſubſtan-
tiam primum ens; in ſecundo ve-
rò dicit, formam materialem eſſe
ſubſtantiam, quia eſt pars ſubſtan
tiæ completæ, quæ eſt primum
ens: ergo explicat rationem ſub-
ſtantiæ prout diſtinguitur contra
accidens per hoc, quod eſt eſſe
primum ens, vel de integritate
primi entis.

7 Oportet tamen explicare,
qua ratione ſubſtantia dicatur *pri*
mum ens. Dupliciter poteſt vſur-
pari *primũ ens*. Primò pro prima
rerum omnium cauſa, à qua ſuum
eſſe participant creata: quæ ratio-
ne ſoli Deo conuenit, qui, cùm
non participet ſuum eſſe ab alio,
ipſe tamen eſt cauſa efficiens re-
rum omnium creatarum, & prop-
tereà dicitur ens perfectiſſimè
Primum, ac perfectiſſima ſubſtã-
tia. Secundò, ſumitur *primum ens*
pro ea entitate, quæ in quouis en-
te ex natura rei eſt prima reſpectu
aliorum, quæ in illo eodem ente
reperiuntur. Poteſt autem eſſe
prima, vel quia in eo ente habet
munus *primi ſubiecti*, vel *primæ*
radicis vel quia reliqua dãtur *pro*
pter illam. *Primum ſubiectũ erit*,
ſi ita ſubijciatur alijs, vt ipſa in
nullo alio ſubiectetur. Erit *prima*
radix, ſi ſit id, in quo efficiẽter cõ
tinentur alia, ita vt ipſa non con-
tineatur efficienter in alio exiſtẽ
te in eodem ente. Erit id, *propter*
quod reliqua dãtur, ſi ſit talis, quę
ſit primo intenta à natura, & reli-
qua illi dentur, vel vt illam perfi-
ciant, vel vt eam adiuuent in pro-
prijs operationibus.

8 Hæc omnia reperiuntur
in quauis ſubſtantia completa,
qualis eſt *Angelus, homo, equus*,
&c. Equus enim ratione mate-
riæ eſt *primũ ſubiectum* perfectio
num, proprietatum, & operatio-
num, quæ in illo reperiuntur; ra-
tione verò formæ eſt *prima radix*
earum perfectionum, quæ ſunt
propriæ talis compoſiti, vt dice
mus in Phyſic. Deinde propter e-
quum dicũtur eſſe ea omnia, quæ
in illo reperiuntur, quia diſ-

poſitiones antecedentes eius generationem ſunt quaſi media ordinata ad eius conſecutionem, quæ poſteà illi deſeruiunt ad proprias operationes eliciendas: perfectiones vero conſequentes ſubſtantiam equi adueniunt ipſi, vt ipſum perficiant: ergo equus, vt talis habet rationem primi entis completi. Hinc eſt *materiam*, & *formam* habere etiam ratione pri mi entis incompleti: quia *materia* eſt, quæ in compoſito immediatè habet rationem *primi ſubiecti*; & *forma* rationem *primæ radicis*: ergo quæuis ex iſtis in ſuo genere eſt *primum ens*; eſt tamen incompletum, quia ex vtraque reſultat totum continens vtranque prioritatem. Id quod diximus de *equo*, dictum puta de ſubſtantijs non cōpoſitis ex materiâ, & forma, qualis eſt Angelus; cum hoc tamen diſcrimine, quod Angelus per eandem entitatem ſimplicem eſt primum ſubiectum, & prima radix ſuarum proprietatum, perfectionum, &c.

9 Dices: forma equi (& idem eſt de reliquis formis materialibus) recipitur, & ſuſtentatur in materia: ergo materia eſt radix illius: ergo forma non poteſt eſſe prima radix. Patet hæc conſequentia: quia prima radix non debet præſupponere aliam radicem ſui in eo compoſito, in quo eſt. Nego primam conſequentiam, quia ad rationem radicis, non ſufficit præcedentia in genere cauſæ materialis recipientis; ſed eſt neceſſaria virtus effectiua, vt conſtat ex communi omnium acceptione, & ex arborum radicibus, ex quibus deſumpta eſt hæc denominatio: neque enim arborum radices dicuntur ea, in quibus ſuſtentatur arbor; ſed quæ, cum ſint partes illius, illi communicant alimentum, quo poſsit augeri, & perfici. Ex his explicata manet ratio *primi entis*.

10 *De integritate primi entis* dicuntur ea, quæ ad conſtitutionem, ſeu completionem eius in ratione primi entis ſiue phyſicam ſiue metaphyſicam ſpectant. Ad phyſicam eius conſtitutionem, & completionem in eſſe talis pertinent *vnio* formæ ſubſtātialis cum materiâ, & deinde *ſubſiſtentia*: quia illa eſt nexus, per quem materia, & forma compoſitum ſubſtantiale conſtituunt, & propterea eſt ipſi compoſito intrinſeca, & eſſentialis, vt dicemus in Phyſic. diſput. 4. per hanc vero, per *ſubſiſtentiam* videlicet, completur vltimó naturæ ſubſtantialis, equus verbi gratia in ſuo eſſe ſubſtantiali, vt dicemus etiam in Phyſic. diſp. 8 Ad metaphyſicam verô completionem ſubſtantiæ pertinet differentia indiuidualis: quia, vt diximus diſputatione 7. ſect. 4. ſicut ſubſiſtentia eſt vltimum complementum naturæ ſubſtantialis in ſuo eſſe ſubſtantiali phyſico; ita differentia indiuidualis eſt vltimum complementum eſſentiæ metaphyſicæ. Ecce quomodo definitio ſubſtantiæ ſupra tradita conueniat omnibus entitatibus, quæ in communi om-

nium

ria n exiſtimatione, appellantur ſubſtantiæ.

11 Ex his colliges primo, nullam actionem, adhuc creatio nem ſubſtantiæ Angelicæ, ſeu animæ rationalis eſſe formaliter ſubſtantiam: quia creatio Angeli (ſeu animæ rationalis) non eſt primum ſubiectum eorum, quæ inueniuntur in Angelo, vt patet: neque eſt prima radix eorum, quæ ſunt propria ipſius Angeli, ſiquidem prima radix continet in ſua virtute effectiuè ea, reſpectu quorum eſt prima radix; creatio verò Angeli neque eſt virtus productiua Angeli, neque eorum, quæ ſunt Angeli propria. Deinde non eſt de complemento, ſeu integritate ipſius Angeli: quia complementum aduenit rei iam exiſtenti, vt illi tribuat aliquid, quod nō habet ex ſe; productio verò Angeli non aduenit illi iam exiſtenti; ſed potius præſupponitur ad illum tanquàm via, mediâ quà agens extrinſecum producit ipſum Angelum: ergo creatio Angeli non eſt formaliter ſubſtantia, prout diſtinguitur contra accidens. Eodem modo probari poteſt de reliquis actionibus.

12 Dices: creatio eſt actio per ſe ſubſiſtens: ergo eſt ſubſtantia. Patet conſequentia: quia de ratione ſubſtantiæ eſt eſſe ens per ſe ſubſiſtens. Pro ſolutione nota, hoc, quod eſt *per ſe ſubſiſtere* poſſe dupliciter ſumi. Primo, prout negat exiſtentiam in ſubiecto receptionis. Secundo, prout dicit hoc quod eſt habere ex natura rei perſeitatis modum rebus iam exiſtentibus aduenientem. Hoc ſecundū eſt proprium ſubſtantiæ, ſecus illud: & ideo diſtinguo antecedēs: creatio eſt per ſe ſubſiſtens, prout ſubſiſtens inuoluit modum aliquem perſeitatis, nego: prout dicit negationem ſubiecti receptionis, concedo. Et nego conſequentiam: quia ad rationem ſubſtantiæ non ſufficit eſſe independentem à ſubiecto receptionis; ſed eſt neceſſarium, vel ex natura rei petere modum aliquem perſeitatis rebus exiſtentibus aduenientem, qualis eſt ſubſiſtentia; vel eſſe de integritate, ſeu complemento intrinſeco rei petentis ſubſiſtentiam. Ad probationem conſtat ex dictis.

13 Colliges ſecundo quantitatem, & reliqua accidentia, nempe qualitatem, vbi, quando, &c. non participare formaliter rationem ſubſtantiæ. De reliquis accidentibus fatentur omnes. De quantitate facilè ſuaderi poteſt: quia, licèt quantitas ſit ſubiectum immediatum qualitatum, & aliorum accidentium; attamen, cùm ipſa recipiatur in materiâ; non poteſt habere rationem primi ſubiecti; ſed tantum erit ſecūdùm ſubiectum. Deinde non eſt prima radix qualitatum, ſeu affectionum, quæ ſunt propriæ illius entis, in quo reperitur ipſa quantitas, & ex alio capite non eſt id, propter quod dantur alia, quæ in ſubſtantia reperiuntur; ſed potius ipſa eſt propter ipſam ſubſtantiam: ergo nullatenùs conuenit illi ratio entis primi.

14 Colliges tertiò, qua ratione conueniat ſubſtantiæ eſſe ens per ſe. Nam ſubſtantia completa dicitur ens per ſe; tum quia habet ſubſiſtentiam, tum quia non eſt in ſubiecto inhæſionis, aut adhæſionis. Materia verò prima, & anima rationalis dicuntur ens per ſe, quia nullum exigunt ſubiectum inhæſionis, aut adhæſionis, & præterea modos exigunt perſeitatis, ex quibus coaleſcit ſubſiſtentia compoſiti ſubſtantialis: quod etiam competit formis ſubſtantialibus corporeis, vt dicemus in Phyſic. diſput. 8. Subſiſtentia, & vnio dicuntur entia per ſe, quia ſunt de integritate ſubſtantiæ cõpletæ. Ad diſtinctionem accidentium, quæ dicuntur entia in alio, quia petunt ex natura ſua ſubiectum inhæſionis, ſeu adhæſionis taliter, vt ſint extra integritatem ſubſtantiæ.

SECTIO II.

Quod ſit ſupremum genus prædicamenti Subſtantiæ.

15 Explicato iam conceptu ſubſtantiæ, vt contra accidens diſtinguitur, oportet inueſtigare ſupremum genus huius prædicamenti. Pro cuius maioris declaratione obſeruo, primum ſubiectum, & primam radicem accidẽtium vſurpari poſſe in actu exercito, & in actu ſignato. In actu exercito dicitur primum ſubiectum (& idem eſt de prima radice) quod à parte rei recipit accidentia de facto. Tale eſt quodlibet ſingulare ſubſtantiæ, quia, cum actiones iuxta Ariſtotelem ſint ſingularium, neceſſarium eſt, quod actio recipiendi accidentia exerceatur à ſingulari aliqua ſubſtantia. Subiectum verò in actu ſignato dicitur ea formalitas ſubſtantiæ, ſeu illud prædicatum, cui nos per intellectum attribuimus receptionem alicuius, ex his, quæ reuerà recipiuntur in ipſa ſubſtantia, prout datur à parte rei: vt, cùm diſtinguentes per rationem animal, & rationale, tribuimus animali productionem, ac receptionem ſenſationis; & rationali productionem, ac receptionem ratiocinationis, &c. Hæc autem dicitur receptio in actu ſignato; quia ea, quæ à parte rei recipiuntur in vna indiuiſibili entitate, aſsignamus diuerſis partibus, in quas per intellectum diſtinguimus ipſam entitatem. Obſeruo ſecundo id, quod docuimus ſupra diſput. 17. ſect. 8. nempe id, quod tranſcendit differentias, non poſſe rationem generis ſortiri, quia ſpecies debent conuenire in genere tanquàm in ratione vna ſimpliciter: ea autem ratio, quæ tranſcendit differentias non poteſt eſſe vna ſimpliciter; ſed eſt analoga, vt ibidem diximus: ergo &c.

16 Ex his conſtat, rationem primi entis non poſſe eſſe ſupremum genus prædicamenti Subſtantiæ. Ratio eſt clara: quia vel eſſet ſupremum genus primum

ens in actu ſignato, vel in actu exercito. Non in actu exercito: quia ſola ſingularia ſunt prima entia in actu exercito, cum ipſa de facto recipiant, vel producant accidentia, quæ dantur in rerum naturâ; ſingularia verò non poſſunt eſſe ſupremum genus prædicamenti, vt conſtat. Non in actu ſignato: quia ratio primi entis in actu ſignato tranſcendit differentias: rationali enim attribuimus hoc, quod eſt eſſe primā radicem, & primum ſubiectum ratiocinationis; & ſenſibili ſenſationis, &c. ergo ratio primi entis non poteſt eſſe ſupremum genus prædicamēti ſubſtantiæ. Et propter eandem rationem non poteſt eſſe genus ſupremum ratio ſubſtandi accidentibus, & non exiſtendi in ſubiecto.

17 Aliqui dicunt, ſupremum genus prædicamenti ſubſtantiæ eſſe ſubſtantiam completam phyſicè, & metaphyſicè. Hæc tamen ſententia eſt falſa: tum quia id eſt proprium indiuidui vt taliſtum; quia, cum ſupremum genus ordinetur per ſe ad componendas ſpecies inferiores cum eorum differentijs, non poteſt eſſe completum metaphyſicè; ſed pars. Dices: ſupremum genus eſſe completum metaphyſicè, quia, cùm ſignificetur per modū per ſe ſtantis, non ſignificatur vt quid ordinatum ad compoſitionem aliquam metaphyſicam. Sed contrà: ſiuè ſignificetur, ſiuè non ſignificetur vt quid ordinatū ad compoſitionem metaphyſicam, quodlibet genus vt tale eſt ex ſe contrahibile per differentias ad componendas ſpecies: ergo vt tale eſt incompletum metaphyſicè. Patet conſequentia: quia in completum in aliquo genere dicitur id, quod ex ſe ordinatur ad aliquid cōponendū in eo genere: ſed genus, vt tale ordinatur ex ſe ad cōponendas metaphyſicè ſpecies ſimul cum differentijs, per quas contrahitur: ergo eſt incompletū metaphyſicè.

18 Dico ergo, ſupremum genus eſſe hoc, quod eſt exigere ſubſiſtentiam. Ita recentiores aliqui. Probatur: quia omnes ſubſtantiæ completæ conueniunt in hoc, quod eſt exigere ſubſiſtentiam; & ex alio capite hæc ratio non tranſcendit differentias, quia differentiæ corporeitatis, viuentis, ſenſibilis, & rationalis rectè poſſunt concipi, quin concipiatur exigentia ſubſiſtentiæ, cùm omnes antiqui philoſophi has rationes cognouerint abſque vllà notitià ſubſiſtentiæ: ergo hoc, quod eſt exigere ſubſiſtētiam, eſt genus reſpectu omnium ſubſtantiarum completarum. Deinde nō habent aliud genus ſuperius, in quo conueniant: ergo hoc eſt genus ſupremum prædicamenti ſubſtantiæ.

16 Dices: homo in quantum rationalis eſt, petit perſonalitatem: ſed perſonalitas eſt ſubſiſtentia: ergo in quantum rationalis eſt, petit ſubſiſtentiam: ergo exigentia ſubſiſtentiæ tranſcendit differentiam rationalis. Reſpondeo,

deo, hominem in quantum rationalem non exigere perſonalitatē ſecundùm ſe totam; ſed ſolum talitatem illam, quę contrahit rationem formalem ſubſiſtentiæ ad talem ſubſiſtentiam, nempe ad perſonalitatem. Vnde ſequitur, exigentiam ſubſitentiæ non tranſcendere differentias.

20 Dices ſecundo: ratio formalis accidētis phyſici realis trāſcendit differentias, vt diximus, ſupra; ergo, & ratio formalis ſubſtantiæ. Probatur conſequentia: quia ſicut ratio formalis ſubſtantiæ eſt exigentia ſubſiſtentiæ, ita ratio formalis accidentis realis eſt exigentia inhærentiæ: ergo ſicut hæc exigentia tranſcendit differentias, ita, & illa. Concedo antecedens, & nego conſequētiam. Ad probationem conceſſo etiam antecedenti, nego conſequentiā. Ratio diſparitatis eſt clara: quia de ratione formali cuiuslibet differentiæ accidentis realis eſt tribuere aliquem effectum formalē ſubiecto; differentia enim albedinis ex ſe habet conſtituere ſubiectum taliter coloratum, cûm autem non tribuat ſubiectum talem effectum niſi per inhærentiam, neceſſarium eſt, quod de ratione formali illius ſit petere inhærentiā, ac per conſequens hæc exigentia tranſcendet differentias accidentis, At verò differentia ſubſtātiæ, qualis eſt *rationale*, ſufficienter cōſtituitur in eſſe talis per exigentiam, ratiocinationis, quin vllo modo concipiatur expreſſè ſubſiſtentia: ergo non eſt cur exigentia ſubſiſtentiæ dicatur tranſcendere differentias. Et quidem ſicut hoc, quod eſt exigere quantitatē, tribuitur prædicato corporis, & exigere ſenſationem prædicato animalis, &c, quin vnum dicatur in alio imbibi; neſcio, cur exigentia ſubſiſtentiæ non debeat tribui alteri prædicato adæquate diſtincto à corpore, animali, &c.

SECTIO III.

De ijs, quæ in hoc prædicamento conſtituuntur.

21 EX dictis ſectione præcedenti conſtat primo, ſubſtātias non eſſe ponendas in hoc prædicamento ſecundum abſtracta metaphyſica: quia ea, quæ in prædicamento ponuntur, debent ſubordinari vt genera, & ſpecies: ſed abſtracta metaphyſica non ſubordinantur inter ſe vt genera, & ſpecies: ergo non poſſunt conſtitui in hoc prædicamento. Minor probatur: quia ea, quæ ſubordinantur vt genera, & ſpecies: ita comparātur inter ſe, vt genera vere prædicentur prædicatione formali, & directà de ſpecibus, & hæ de ſuis inferioribus: ſed abſtracta generica non prædicantur verè de ſpecificis, neque abſtracta ſpecifica de indiuidualibus, vt dictum eſt diſ. 11, ſect. 4. ergo non ſubordinātur vt genera, & ſpecies. Conſtat ſecūdò conſtitui in hoc prædicamēto concreta metaphyſica ſubſtantiarum realium: quia hæc ita compa ran-

rantur inter ſe, vt ſe habeant tanquam genera, & ſpecies, ex quib⁹ alia de alijs prædicantur prædicatione formali directa, vt conſtat ex dictis in eâ diſp. ſect. 3. ergo recte coordinantur in prædicamento ſecundum hanc rationem.

22 Confirmatur; quia ſupremum genus huius prædicamenti eſt ſubſtantia exigens ſubſiſtentiã atqui ſubſtãtia exigens ſubſiſtentiam non eſt concretum phyſicũ, ſed ſolùm metaphyſicũ: ergo eà, quæ ſub hoc genere continentur, non ſunt cõcreta phyſica; ſed metaphyſica. Minorem probo: quia concretum phyſicum ſubſtantiæ coaleſcit ex natura ſubſtãtiali, & ex ſubſiſtẽtia tanquam ex extremis illud intrinſecè componentibus; vt ex omnium conſenſu aduertimus in eâ diſput. 11. ſect. 1. Atqui ſubſtantia exigens ſubſiſtẽtiam non includit intrinſecè ipſam ſubſiſtentiam; ſed ad eam ordinatur tãquàm ad terminum, & complementum ſui ergo ſubſtantia exigens ſubſiſtentiam non eſt concretum phyſicum; ſed ſolum metaphyſicum. Dices: cur non ponitur pro ſupremo genere ſubſtantia, prout eſt totum coaleſcens ex naturâ ſubſtantiali, & ſubſiſtẽtiâ, quod dicitur natura ſubſiſtẽs, ſeu ſuppoſitum? Reſpondeo, quia, vt probo in Phyſic. diſput, 8. ſect. 3. ſuppoſitum inuoluit naturam ſubſtantialem ſingularem. Id conſtat ex eò, quod, licèt frequenter dicamus omnes homines eſſe eiuſdem naturæ; nunquàm tamen dicimus eſſe idem ſuppoſitum, ſeu eiuſdẽ ſuppoſiti: cuius nulla alia poteſt eſſe ratio, niſi quia ab omnibus hominibus poſſumus abſtrahere vnã rationem hominis, ratione cuius poſsint dici eſſe eiuſdem naturæ, non tamen poſſumus abſtrahere vnam rationem ſuppoſiti, certè non alia de cauſa niſi. quia inducit naturam ſingularem: natura autem ſingularis non poteſt eſſe genus ſupremum, vt ex ſe cõſtat. Hinc eſt, quod per hoc nomen; *ſuppoſitum*, non ſignificamus vnã rationem ſubſtantiæ communem omnibus naturis ſubſtantialibus; ſed immediatè ſignificamus naturas ſingulares: ſicut in ſimili diximus de indiuiduo diſp. 7. ſect. 6. indiuiduum non ſignificare rationem aliquam communem omnibus indiuiduis; ſed ipſas differentias indiuiduales immediatè. Vide quæ ibi dicta ſunt.

23 Conſtat tertio in hoc prædicamento conſtitui directe omnem ſubſtantiam creatam tam ſpiritualem, quàm corpoream; tam corruptibilem, quàm incorruptibilẽ: quia omnes iſtæ habent realem exigentiam ſubſiſtentię, vt dicemus in Phyſic. diſput. 8. ſect, 2. ergo omnes participant ſupremũ genus huius prædicamenti: ſed omne id, quod participat ſupremum genus prædicamenti, conſtituitur directe in illo, cum ſit inferius ſub eo genere cõtentum: ergo, &c. Idem dicendum eſt de Chriſto Domino, vt eſt homo (loquor de homine metaphyſico, qui eſt natura humana prout diſtincta à ſubſiſtẽtia, vt dictũ eſt diſ-

putat. 11. ſect. 1. nu. 15.) quia vt ſic exigit ex natura ſua ſubſiſtentiam. Conſtat quarto: materiam, & formam ſubſtantialem non conſtitui directè in hoc prædicamento, cuius ratio eſt facilis in meâ ſententiâ: quia, vt probabo in Phyſic. diſput. illa 8. ſect. 4. partes eſſentialis compoſiti ſubſtantialis, quales ſunt materia, & forma, non ſunt capaces ſubſiſtentiæ, ac per conſequens non poſſunt eam exigere: ergo non participant ſupremum genus prædicamenti ſubſtantiæ, quod diximus eſſe exigere ſubſiſtentiam. Quælibet tamen ex iſtis partibus ſeorſim ſumpta conſtituitur indirectè in hoc prædicamento, quia eſt pars compoſiti, quod directè conſtituitur in ipſo prædicamento. Et idem eſto de vnione ſubſtantiali harum partium, quia includitur in ipſo compoſito tanquam compoſitio illius: & dè ſubſiſtentia; quia eſt complementum intrinſecum ſubſtantiale ipſius cōpoſiti.

24. Nonnulli excludunt materiam, & formam ab hoc prædicamento: tum, quia genera, & ſpecies, ex quibus coaleſcere debet prædicamentum, debent eſſe ſubſtantiæ completæ, quod quidem non conuenit materiæ, & formæ, quæ ſunt incompletæ ex naturâ ſuâ: tum etiam, quia omnia, quæ directè ſunt in prædicamento debent cumprehendi ſub vno ſupremo genere omnibus cōmuni, & vniuoco: ſed cōpleto, & incompleto non poteſt dari aliquid cōmune, & vniuocum: ergo materia, & forma, quæ ſunt incōpletæ, non poſſunt comprehendi ſub eodem genere, ſubquo ſubſtātiæ completæ continentur. Hæc tamen fundamenta infirma ſunt: quia in ſententia omnium Ariſtotelicorum linea, ſuperficies, & corpus ſunt tres ſpecies directè cōtentæ ſub genere ſupremo prædicamenti quantitatis, & tamen linea, & ſuperficies ſunt quātitates phyſicè incompletæ, quia ex ſe ordinatur linea ad componendā ſuperficiem; & hæc ad componendum corpus tanquam nexus partium, ex quibus hoc, & illa coaleſcunt: ergo materia, & forma non debent excludi à prædicamē to ex eo, quod ſint ſubſtantię phyſice incompletæ. Hoc argumentū vrgebitur magis diſp. ſequenti, in qua agemus de quantitate.

25 Ratio à priori eſt: quia ad rationem generis, aut ſpeciei ſolùm requiritur, quod poſſit præſcindi ab inferioribus taliter, vt ex vna parte ſit de eſſentia eorum & ex alia non imbibatur formaliter in eorum differentijs. Hoc autem, quod eſt habere partes ex ſe impenetrabiles, eſt de eſſentia corporis lineæ, & ſuperficiei, quorū primum eſt quantitas completa, & duæ poſteriores ſunt quantitates incompletæ, vt dicemus diſp. ſequenti. Deinde poteſt præſcindi ab illis, quia poteſt cognoſci non cognitis eorum differentijs, & denique non imbibitur in his differentijs; quia differentia formalis horum non eſt habere partes

res impenetrabiles; ſed quod hæ in lineâ conſtituāt longitudinem; in ſuperficie latitudinē; & in corpore profunditatem; & ideò poteſt dari vna ratio quātitatis, quæ ſit genus quantitati completæ, & incompletæ phyſicè.

26 Idem ergo contingeret in ſubſtātia, ſi materia, & forma ſeorſim ſumptæ exigerent ex natura ſua ſubſiſtentiam, (vt nonnulli docent) quia tunc ab iſtis, & ſubſtantia completa poſſet abſtrahi hoc, quod eſt exigere ſubſiſtentiam, quod quidem eſſet illis eſſentiale: deinde id non imbiberetur formaliter in eorum differentijs: quia differunt ex eo, quod incompletæ ex ſe ordinantur ad aliam componendam; ſecùs completa: hoc autem, quod eſt ordinari, aut non ordinari ad aliam componendam non eſt formaliter exigere ſubſiſtentiam, vt ex ſe conſtat: ergo, ſi materia, & forma ex natura ſua exigerent ſubſiſtentiam, non eſſet, cur non continerentur directè ſub genere ſupremo prædicamenti ſubſtantiæ. Atque adeò ex eo ſolùm excludendæ ſunt, quia non participant genus, quod diximus ſupremum talis prædicamenti; neque aliud excogitari poteſt, quod ita præſcindatur ab illis, & à ſubſtantia completa, vt non tranſcendat eorum differentias.

27 Hinc ſolvuntur fundamēta adducta ab aduerſarijs ad probandam communem ſententiam: fatemur enim, genera, & ſpecies prædicamenti ſubſtantiæ eſſe ſubſtantias phyſicè completas, id tamen non prouenit ex eo præſciſsè, quòd repugnet abſtrahi rationem genericam completo, & incompleto; ſed quia in præſenti ratio vniuocè abſtracta à ſubſtantia non poteſt inueniri niſi in ſubſtantijs completis. Dices: ſi entitas phyſicè incompleta non eſt excludenda à rectâ linea prædicamentali ratione incompletionis; neque entitas metaphyſicè incompleta excludenda erit à ratione incompletionis: ergo differentiæ, quæ ſunt entia metaphyſicè incompleta, poterunt directè conſtitui in prædicamento; atqui nullus hoc concedit: ergo neque illud. Reſpondeo, entia metaphyſicè incompleta non eſſe excludenda à rectâ linea prædicamentali ratione incomplexionis metaphyſicæ præſciſsè: quia genera, & ſpecies ſunt entia metaphyſicè incompleta, ſiquidem ex ſe ordinantur ad compoſitionem ſpeciei, aut indiuiduorum, & nihilominus directè ſunt in prædicamento. Differentiæ vero excluduntur, quia ſunt entia taliter incompleta, vt non poſsint participare formaliter rationem generis ſupremi: pugnat enim cum ratione generis participari formaliter à differentijs, vt conſtat ex ſæpè dictis in ſuperioribus.

28 Conſtat.4. Deum non conſtitui in hoc prædicamento: in hoc placitum conueniunt fere omnes philoſophi contra nonnullos ex Nominalibus. Probatur

ab

ab aliquibus ex eo, quod, cum Deus ſit actus puriſsimus non poteſt participare aliquam potentialitatem: ergo neque id, quod eſt genus ſupremum prædicamenti; quia cum genus ſit contrahibile per differentias, non poteſt non admittere potentialitem: ſed quod nō participat genus ſupremum alicuius prædicamenti non poteſt conſtitui directè in illo: ergo Deus non poteſt directe conſtitui in prædicamento ſubſtātiæ. Hæc ratio mihi diſplicet: quia vel cum ratione actus puriſsimi pugnat potentialitas aliqua illi aduenìens per rationem noſtram; vel non pugnat. Si hoc vltimum: ergo non repugnat Deo conceptus genericus, quando quidem potentialitas huius aduenit illi per intellectum noſtrum præſciadentem illum a differentijs. Si pugnat: ergo non poteſt in Deo per intellectum noſtrum præſcindi eſſentia â perſonalitatibus, & attributis, neque vnum attributum ab alio. Patet conſequentia: quia eſſentia prout præſciſſa ab attributis, & perſonalitatibus eſt actuabilis per attributa, & perſonalitates: ego inuoluit aliquam potentialitatem per rationem noſtram: ergo, ſi talis potentialitas repugnat Deo, non poterit præſcindi, adhuc per rationem noſtram eſſentia ab attributis. Hoc autem pugnat cum tuā ſententiā communiter receptā inter Theologos aſſerentes, poſſe præſcindi eſſentiam ab ttributis, & perſonalitatibus: ergo, &c.

29 Dicunt aliqui, non ita diſtingui in Deo eſſentiam ab attributis, vt ſe habeant per modum plurium formalitatum ſe formaliter excludentium, quarum vna ſit in potentia ad aliam; ſed dicuntur diſtingui ratione maioris, & minoris explicationis, quia videlicet, per conceptum exprimentem eſſentiam non exprimitur omnipotentia; ſeu perſonalitas; & è contra, per conceptum exprimentem perſonalitatem non exprimitur eſſentia, aut omnipotētia, &c. Sed contra: ex eo conceptus genericus, & differentialis ſe excludūt formalitèr, quia adinuicem concipitur expreſsè vnus ſine expreſsione alterius, vt conſtat ex dictis diſp. 3. ſect. 2. & diſp. 4. ſect. 2. ergo, ſi eſſentia diuina cōcipitur expreſsè ſine perſonalitatibus, & hæ ſine eſſentia, ſe excludunt formalitèr. Deinde ex eo genus ſe habet per modum potentiæ actuabilis per differentiam, quia, poſito cōceptu exprimente gradum genericum ſine expreſsione differentiæ, poteſt advenire alius exprimens eundem gradum, vt identificatum cum gradu differentiali, qui alias exprimi poterat ſine ipſo gradu generico (vt conſtat ex dictis diſput. 8. ſect. 1.) ſed per te poſito conceptu exprimente eſſentiam Diuinam ſine expreſsione perſonalitatum, poteſt aduenire alius exprimens ipſam eſſentiam, vt identificatam cum perſonalitatibus, quæ alias exprimi poterant ſine expreſsione ipſius eſſentiæ: ergo eſſentia Diuina

ſe

ſe habet vt potētia actuabilis per perſonalitates.

30 Dices: Si eſſentia Diuina concipitur vt talis, debet concipi vt infinitè perfecta: ergo debet concipi cum omni ſua perfectione: ergo non poteſt concipi vt actuabilis per aliquam perfectionē ſuperadditam. Si hoc argumentū alicuius eſſet momenti, probaret quidem, eſſentiam Diuinam nullo modo diſtingui, adhuc per rationem ab attributis, & perſonalitatibus: quia ſi ad hoc, vt concipiatur infinitè perfecta, eſt neceſſarium, quod cōcipiatur cum omni ſua perfectione: ergo ad hoc, vt expreſsè concipiatur vt infinite perfecta, eſt neceſſarium, quòd cōcipiatur expreſsè cum omnia ſua perfectione: atqui, ſi expreſsè concipitur cum omni ſua perfectione, hoc eſt, cum omnibus attributis, & perſonalitatibus, non diſtinguitur per rationem ab illis: ergo &c. Minorem probo: quia perte eſſentia Diuina non poteſt diſtingui ab attributis niſi per conceptum illam exprimentem ſine expreſsione horum: atqui, vt deducitur ex tuo argumento, non poteſt exprimi ſine expreſsione attributorum: ergo non poteſt diſtingui vllo modo ab attributis per rationem.

31 Ad argumentum ergo in forma diſtinguo antecedens; ſi eſſentia Diuina concipitur vt talis debet concipi vt infinitè perfecta in ratione eſſentiæ, concedo: vt infinite perfecta ſecundum omnem perfectionem illi conuenientem ratione attributorum, & perſonalitatum nego antecedens, Et diſtinguo ſimiliter conſequens: debet concipi cum omni ſua perfectione eſſentiali, concedo: attributali, nego conſequentiam. Itaque de ratione cuiuſcunque formalitatis Diuinæ eſt quod ſit infinita in ſuâ lineâ, hoc eſt, eſſentia in ratione eſſentiæ, omnipotentia in ratione omnipotentiæ, &c. Nō verò, quòd quælibet ex iſtis includat formaliter perfectiones aliarum; alioqui nulla poſſet dari in illis diſtinctio, adhuc per rationē, quod non concedunt aduerſarij. Circa ſecundùm cōſequens eſt aduertendum, quod, vt eſſentia dicatur actuabilis, non eſt neceſſariū, quod ipſa concipiatur vt actuabilis; ſed ſufficit, quod concipiatur expreſsè ſecundùm ſe ſine expreſſione atributorū taliter vt poſteà aduenire poſsit conceptus expreſſus ipſius eſſentiæ vt identificatæ cū ipſis attributis iuxta dicta diſput. 8. ſect. 1. circa contractionem generis per differētias. Secūdo, dato, quod conciperetur vt actuabilis, nullum eſſet inconueniens: quia ea actuabillitas, quę ex parte eſſentiæ cōciperetur, non eſſet realis; ſed ſolùm per rationem: & nō eſt contra rationem eſſentiæ infinitè perfectæ, quod concipiatur vt actuabilis, actuabilitate illi adueniente per noſtrum imperfectiſſimum modum concipiendi: ſicut non eſt contra rationem infinitæ ſimplicitatis Dei, quod eſſentia eius, & attributa diſtinguātur per noſtrum imperfectiſsimū modum

Digitized by Google

in actu exercito: Secūdæ verò ſubſtantiæ hęc munera obeunt ratione Primæ. Denique dicitur *maximè ſubſtantia*, quia ſubſtat, & reliquis ſubſtātijs & accidētibus: his quidē tāquā ſubiectū, in quo ſunt; illis verò tanquā in ſubiectum, de quo prędicantur.

34 Per verba definitionis, licèt negatiua ſint, explicatur conceptus poſitiuus Primæ ſubſtātię: per priora enim, *neque in ſubiecto aliquo eſt*, exprimitur cōceptus poſitiuus, ratione cuius & repugnat ſubſtantiæ eſſe in ſubiecto, & illi conuenit accidentibus realiter ſubſtare; & ideo per hæc verba excluditur ſubſtantia increata à ratione Primæ ſubſtātiæ, de quā hic agit Ariſtoteles: quia ſubſtātia increata nulli accidenti realiter ſubſtat. Per poſteriora verò *neque de ſubiecto aliquod dicitur*: explicatur munus ſubſtandi ſecundis ſubſtātijs in prędicatione formali, & directa quā de illa dicuntur tāquā de ſubiecto, quod de nullo alio formaliter, & directè prędicatur. Id conſtat ex contextu capitis de ſubſtantia, vbi poſtquam Ariſtot. definitionem Primę ſubſtātię tradidit, latè probat, ipſam eſſe ſubiectum, & in quo ſunt accidentia, & de quo Secundæ ſubſtātiæ prædicantur: ergo per dictas negationes exprimere voluit rationē primi ſubiecti inhæſionis; ſeu adhęſionis accidentium, & prædicationis ſecundarum ſubſtantiarum.

35 Secundæ ſubſtantiæ conueniunt cum prima in eo, quod & illis repugnat eſſe in ſubiecto & illis conuenit accidentibus realiter ſubſtare, quod quidem explicatur per priorem particulam ſecundæ definitionis, nempè, *quæ in ſubiecto non ſunt*. Differunt verò per ſecundam, *de ſubiecto tamen dicuntur*, per quam denotatur, ſecundas ſubſtantias eſſe eas, quæ prędicatione directa, eſſentialiter prædicantur de primis. Id ipſum denotatur, & ſi nō admodum clarè, per priorem illam definitionem, *genera, & ſpecies, in quibus inſunt primæ*: quia id, quod eſt genus, aut ſpecies primarum ſubſtātiarum, ſimul cum illis ſubſtat realiter accidentibus, vt dicemus infrà, & de illis in prædicatione directa eſſentialiter prædicatur ſpecies enim, & genera ſemper prædicantur directè, & eſſentialiter. Dicuntur autem primæ ſubſtantiæ in eſſe in ſecundis nō tanquam in ſubiecto; ſed tanquam in toto quodam vniuerſali, & potentiali.

36 Hinc colliges, ſola ſingularia ſubſtantiæ eſſe primas ſubſtantias: quia eis ſolis conuenit in ſubiecto nullo eſſe, & de nullo ſubiecto prædicari prædicatione formali, & directà, vt ex ſe conſtat. Coliges ſecundo materiam, & formam ſubſtantialem ſecundum ſe ſumptas non eſſe primas ſubſtantias: quia, licet non ſint in ſubiecto, de ſubiecto tamen dicuntur prædicatione formali, & directà: hæ enim ſunt formales, & directæ prædicationes, *Petrus eſt materialis*; & *Petrus eſt animatus*, hoc eſt, *conti-*

nens

nens materiam, & continens animã, ſiquidẽ prędicantur de Petro materia, & anima, quæ ſunt partes eſſẽtiales illius. Hinc fit, ſolas ſubſtantias ſingulares cõpletas phyſicè, eſſe primas ſubſtantias; & incõpletas reducendas eſſe ad ad ſecũdas, quia licet nõ ſint in ſubiecto; prædicantur tamen de ſubiecto prædicatione formali, & directa.

De diuiſo prædictæ diuiſionis.

37 Hic eſt difficultas primò: quodnam ſit diuiſum prædictæ diuiſionis, & qualis ſit ipſa diuiſio? Circa quã tot ſunt opinio nes quot authorum capita: eis tamen omiſsis, quæ videri poterunt apud PP. Connimbr. & P. Toler. hic. Suppono 1. diuiſum in præſenti non eſſe ſubſtantiam ſecundùm eam rationem, ſecundùm quã eſt ſupremum genus prædicamenti ſubſtantię: quia ſecũdùm hanc rationem pertinet ad ſecundas ſubſtantias, quæ ſunt vnum è mẽbris diuidentibus. Suppono 2. non eſſe rationem aliquam ſubſtantiæ cõmunem, & vniuocã reſpectu Primæ. & Secũdæ ſubſtãtię: tum quia ratio vniuoca æquè participari debet ab vniuocatis; at ratio ſubſtãtiæ non æquè participatur à Primà, & Secundâ, quia Ariſt. dicit, Primam eſſe magis ſubſtantiam, quàm Secũdam, tum etiam, quia, ſi eſſet ratio ſubſtantiæ vniuoca Primæ, & Secundæ, eſſet genus, aut ſpecies reſpectu illarum, nihil enim illi deficeret ad rationem generis, aut ſpeciei: atqui nulla ratio ſubſtantiæ poteſt eſſe genus reſpectu Primę, & Secundę, quia ſub ſecunda continetur genus ſupremum prędicamenti ſubſtantię, & genus ſupremũ prędicamenti non poteſt ſub alio genere ad idẽ prędicamentum pertinente contineri: alioqui iam non eſſet ſupremum.

38 Suppono 3. diuiſum non eſſe ſubſtantiam prout actu ſubſtãtem accidentibus, vel prout denominatam ab aliqua ſecunda intentione: quia diuiſum debet eſſe aliquid ſignificatũ hoc nomine, *ſubſtantia*: atqui actus ſubſtandi accidentibus, vel denominatio prouenieus ſubſtantiæ à ſecundis intentionibus non ſignificantur hoc nomine, *ſubſtantia*: ergo, &c. Maior eſt certa. Minor probatur: quia ſubſtantia eſt id, quod ſubſtat, nõ actus ſubſtãdi: iſte enim potius eſt accidens, & exercitiũ ſubſtantiæ, quàm ſubſtantia, vt omnibus cõpertum eſt. Dices: nomen *ſubſtantia* deſumptum eſt ab actu ſubſtãdi accidẽtibus: ergo hic actus ſignificatur nomine *ſubſtantia*. Nego conſequentiam quia aliud eſt id, quod nomina ſignificant, & aliud à quo imponuntur ad ſignificandum; nomen enim *lapis* deſumptum eſt ab effectu lędendi pedem, & nihilominus non ſignificat actum, ſeu exercitium lædendi pedem; ſed ipſam entitatem lædentem pedem. Idem contingit in præſenti, nempè quod nomen *ſubſtantia* de ſumptum eſt ab actu ſubſtandi accidentibus, & nihilominus non ſignificat ipſum

actum

Digitized by Google

actum ſubſtandi, ſed entitatem, quæ ſubſtat.

39 Dico ergo: diuiſum prædictæ diuiſionis eſt ſubſtantia prout apta, & in ſe realiter ſubſiſtere, & accidentibus realiter ſubſtare in actu exercito. Ita PP. Connimb. hic q. 2. art. 2. concluſ. 3. & pro ſe adducunt S. Thomam q. 6. de Potent. art. 2. ad 6. Boetium lib. 1. de duabus naturis paulò poſt initiũ, & Albertum tract. 2. cap. 3. Probatur: quia ea ratio ſubſtantiæ dicenda eſt diuidi ab Ariſt. in præſenti, quæ principaliter conuenit Primæ ſubſtantiæ præ Secundâ, ipſe enim Ariſtoteles dixit, Primam ſubſtantiã eſſe *principaliter, & maximè* ſubſtantiã, ſed aptitudo ſubſiſtendi in ſe, & ſubſtandi accidentibus in actu exercito conuenit principaliter Primæ ſubſtãtiæ præ Secundâ: ergo ea ratio eſt, quæ diuiditur in præſenti ab Ariſtot. Minor eſt certa quia exercitium actuale ſubſiſtendi in ſe (ſiue id fiat per negationem, ſiue per formam poſitiuam ſuperadditam) & ſubſtandi accidentibus primariò, & ratione ſui conuenit Primæ ſubſtantiæ, hoc eſt ſubſtantiæ ſingulari; actiones enim (vt vniuerſi philoſophi ſecuti Ariſtot. clamant) ſunt ſingulârium: deinde id conuenit ſecundis ſubſtantijs ratione Primæ, quia neque ſecundæ ſubſtantiæ ſubſiſterent in ſe, neque ſubſtarent accidentibus in actu exercito, niſi continerentur in primis, vt fatentur omnes ergo aptitudo ſubſiſtendi in ſe, & ſubſtandi accidentibus realiter in actu exercito conuenit principaliter Primæ ſubſtantiæ præ Secundâ.

40 Dico ſecundò: diuiſio ſubſtantiæ in Primam, & Secundam eſt analogi in analogata attributionis. Hæc concluſio eſt Sanct. Thomæ, Alberti, PP. Connimbr. locis proximè citatis, quibus adde Caiet. hic, Sotum hic quæſt. 1. Iauell. 5. Metaph. q. 7. & alio. Itaque *aptum ſubſiſtere* realiter in ſe, & *ſubſtare* realiter accidẽtibus in actu exercito diuiditur in id, quod eſt *aptũ ſubſtare, & ſubſiſtere* realiter in actu exercito ratione ſui, quod quidẽ eſt ſubſtantia cõpleta ſingularis, ratione ſui immediatè exercens prædicta munera ſubſtãtiæ; & in id, quod eſt *aptũ ſubſtare & ſubſiſtere* realiter in actu exercito ratione alteri⁹, quod quidẽ ſũt prædicata eſſentialia ſubſtantiæ ſingularis completæ, quæ ex eo dicuntur exercere prædicta munera, quia actu exiſtunt in ſubſtantiã completã ſingulari ea exercente. Hinc eſt, quod prædicta diuiſio ſit analogi in analogata attributionis: quia res ſignificata per hæc verba, *aptum ſubſtare in actu exercito*, propriè conuenit Primæ ſubſtantiæ; & deinde attribuitur Secundæ, quia eſt prædicatum eſſentiale Primæ: ergo conuenit Secundæ per attributionem ad Primam: nihil ergo deeſt prædictæ diuiſioni ad hoc, vt ſit analogi in analogata attributionis.

Soluuntur obiectiones contra prædictam doctrinam.

41 Obijcies primò contra prædictam doctrinam: membra bonæ diuiſionis debēt eſſe diſtincta, & oppoſita; ſed prima, & ſecunda ſubſtantia, prout ſunt apta realiter ſubſtare, &c. in actu exercito, nec ſunt diſtincta, nec oppoſita, cùm hæc ſit de eſſentia illius, & verè affirmetur de illâ; ergo non poſſunt eſſe membra diuidentia ſubſtantiam. Diſtinguo maiorem: debent eſſe diſtincta, & oppoſita â parte rei, vel per rationem, concedo: â parte rei tãtúm, nego maiorem: quia ſpecies diuidi ſolet in genus, & differentiam, & tamen hęc neque diſtinguũtur, neque opponuntur à parte rei; ſed ſolùm per rationem, vt omnibus cõpertum eſt. Prima autē ſubſtantia & Secunda, licet nõ diſtinguãtur, aut opponantur â parte rei, diſtinguuntur tamen, & opponuntur per rationem.

42 Inſtabis: diuiſio debet fieri in membra prout diſtincta; ergo ſi ſolùm diſtinguantur per rationem, fiet in illa, prout inuoluunt aliquid rationis: ſed Prima, & Secunda ſubſtantia, prout inuoluunt aliquid rationis, non ſunt apta ſubſtare realiter accidentibus in actu exercito: ergo non poſſunt eſſe membra prædictæ diuiſionis ratione aptitudinis ſubſtandi realiter. Duo hic ſunt diſtinguenda, nempè & id, ratione cuius membra diuidentia participant rationem diuiſi; & conditio requiſita ad hoc, vt diuiſio fiat in talia membra. In præſenti ergo id, ratione cuius Prima, & Secunda ſubſtãtia participant rationem diuiſi eſt ipſa entitas realis illarum: quia Prima, ratione ſuæ entitatis realis eſt apta ſubſtare realiter accidentibus in actu exercito; & Secunda, ratione etiã ſuæ entitatis realis eſt prædicatũ eſſentiale Primæ, propter quod illi attribuitur hoc, quod eſt ſubſtare realiter accidẽtibus, quibus in actu exercito ſubſtat Prima ſubſtantia. Diſtinctio verò rationis ſolùm ſe habet vt conditio requiſita, tum vt diuiſio prædicta fiat in Primam, & Secundã ſubſtantiã, tùm vt exercitium realiter ſubſtã di dicatur conuenire Secundę ratione Primæ.

43 Vnde ad inſtantiam factã, diſtinguo primum antecedens: diuiſio debet fieri in membra prout diſtincta, ita vt diſtinctio ſe habeat vt ratio formalis participandi diuiſum, nego antecedens: ita vt ſe habeat vt conditio requiſita ad faciendam diuiſionem, concedo antecedens. Et diſtinguo conſequens: ergo, ſi ſolùm diſtinguantur per rationẽ, fiet in illa, prout inuoluunt aliquid rationis tanquàm conditionem requiſitam ad faciendam diuiſionem, concedo: tanquàm rationem formalem participandi diuiſum, nego conſequentiam. Denique, conceſsa maiori, diſtinguo vltimum conſequens: ergo non poſſunt eſſe membra prædictæ diuiſionis ratione aptitudinis ſubſtandi realiter, ſi illis

illis non accedat diſtinctio rationis; tanquam conditio requiſita, vt ſint diuerſa membra, concedo: ſi accedat, nego conſequentiam. Hic eſt aduertendum, diſtinctionem rationis ad hanc diuiſionem requiſitam, eſſe cognitionem, per quam Secunda ſubſtantia negatiuè præſcinditur à Primâ: quia, cum ipſa ſecunda ſubſtantia præſciſſa per talem cognitionem non ſit ratio aliqua ex parte obiecti ſeparata à ſingularibus; ſed ipſa ſingularia expreſsè cognita ſecundùm eam rationem, in quâ aſsimilantur; & confusè ſecundùm eas, in quibus diſsident, vt diximus diſputat.5. ſection.3. omnia munera, quæ exercent realiter ſingularia, atribui poſſunt ipſi Secundæ ſubſtantiæ ratione identitatis realis illius, quod expreſsè concipitur per præciſsionem, cum ipſis ſingularibus confuſsè cognitis per eandem præciſsionem.

44 Obijcies ſecundo: vel aptitudo ſubſtandi realiter accidentibus in actu exercito eſt de conceptu intrinſeco tàm Secundæ, quàm Primæ ſubſtantiæ: vel non. Si primum: ergo talis aptitudo eſt conceptus communis, & vniuocus vtrique ſubſtantiæ, ac per conſequens diuidetur in illas diuiſione vniuoci in vniuocata. Si ſecundum: ergo ſecunda ſubſtantia non erit membrum diuidens: cum non participet rationem diuiſi. Reſpondeo, prædictam aptitudinem eſſe de conceptu intrinſeco Primæ ſubſtantiæ, & attribui quaſi extrinſece Secundæ, eò quod eſt prædicatum eſſentiale Primæ. Quod quidem ſufficit, vt prædicta diuiſio dicatur eſſe analogi in analogata attributionis. Sicut enim *ſanum* dicitur diuidi analogicè in *medicinam*, *pulſum*, & *animal gaudens ſanitate*, quia res ſignificata per illud nomen inuenitur intrinſecè in *animali*; & reliquis attribuitur extrinſecè ratione ordinis, connexionis, aut attributionis ad *ſanitatem* animalis; ſic etiam *aptum ſubſtare accidentibus in actu exercito* dici poteſt diuidi analogicè (analogiâ attributionis) in Primam; & Secundam ſubſtantiam; quia talis aptitudo eſt de conceptu intrinſeco Primæ ſubſtantiæ, & attribuitur quaſi extrinſece Secundæ, eò quod ſit prædicatum eſſentiale Primæ, cum quâ connectitùr per rationem noſtram. Hinc fit, hanc non tam eſſe diuiſionem rei, quàm nominis in varia ſignificata, quorum vni applicatur ratione connexionis, quàm habet cum alio, quod propriè ſignificatur per ipſum nomen.

45 Obijcies tertio: Prima, & Secunda ſubſtantia debent eſſe membra diuidentia ſecundùm eam rationem, ſecundùm quam definiuntur ab Ariſtotel. in præſentii: atqui non definiuntur ab Ariſtotel. ſecundùm aptitudinem ſubſtandi; ſed potius

tius ſecundùm actum, vt conſtat ex definitionibus ſuprà adductis: ergo non ſunt membra diuidentia ſecundùm aptitudinem; ſed ſecundùm actum ſubſtandi. Nego minorem; quia verba in definitione, iuxta commune dialecticorum proloquium, frequenter *non ſignificant actum: ſed potentiam, & aptitudinem*: & ideò Ariſtoteles vſus eſt prædictis verbis in definitionibus ſubſtantiæ Primæ, & Secundæ ad ſignificandam aptitudinem ſubſiſtendi, & ſubſtandi; non actum. Obijcies quarto: in definitionibus Primæ, & Secundæ ſubſtantiæ non ſolùm meminit Ariſtoteles muneris ſubſtandi accidentibus, & ſubſiſtendi in ſe; ſed etiam prædicati, & ſubiecti prædicationis: ergo Prima, & Secunda ſubſtantia non ſolùm ſunt membra diuidentia ratione aptitudinis ſubſtandi, & ſubſiſtendi; ſed etiam ratione denominationis ſubiecti, & prædicati. Reſpondeo, Ariſtotelem commemoraſſe denominationes ſubiecti, & prædicati non tanquàm rationes diuidendi ſubſtantiam; ſed tanquàm proprietates, per quas vtcumque explicaret membra diuidentia à nobis tradita, quorum vnum, nempè Primam ſubſtantiam prout aptam ſubſiſtere realiter in ſe, & ſubſtare accidentibus in actu exercito ratione ſui, conſequitur per ſe hoc, quod eſt eſſe primum ſubiectum prædicationum; alterum verò, nempe Secundam ſubſtantiam prout aptam ſubſiſtere; & ſubſtare ratione Primæ conſequitur per ſe hoc, quod eſt eſſentialiter prædicari de Primà.

De Definito definitionis Primæ ſubſtantiæ.

46 SEcundo eſt difficultas; quidnàm definiatur per definitionem Primæ ſubſtantiæ? Et ratio dubitandi eſt: quia vel definitio competit omnibus primis ſubſtantijs immediatè; vel alicui rationi omnibus communi, & vniuocæ. Non primum: quia plura vt plura non poſſunt vnica definitione definiri. Non ſecundùm: quia, cum dictum ſit, eſſe de conceptu intrinſeco primarum ſubſtantiarum id, quod explicatur per prædictam definitionem, ſi eſſet vna ratio vniuoca illarum, haberet rationem ſpeciei reſpectu illarum, ac per conſequens pertineret ad ſecundas ſubſtantias, quæ comprehendunt omnia genera, & ſpecies, quæ de primis prædicantur.

47 Reſpondeo, id, quod immediatè definitur, eſſe vnam rationem analogicè communem omnibus primis ſubſtantijs analogià tranſcendentiæ: quia aptitudo ad ſubſiſtendum in ſe, & ad ſubſtandum accidentibus in actu exercito, ex vnâ parte poteſt concipi, non conceptis expreſ-

preſſè ſingularibus ſubſtantiæ, vt experientiâ conſtare poteſt: ex aliâ verò parte eſt de intrinſeco, & formali conceptu cuiuslibet Primæ ſubſtantiæ; vt ſingularis eſt; quia, cum actiones ſint in actu exercito ſint ſingularium vt talium, eo ipſo quod concipitur quæuis prima ſubſtantia vt ſingularis, debet concipi vt proximè apta ad propria munera obeunda in actu exercito: ergo per definitionem, aut deſcriptionem Primæ ſubſtantiæ explicatur vna ratio, quæ cum tranſcendat differentias, poteſt concipi ſine illis, ac per conſequens eſt analoga analogiâ tranſcendentiæ, iuxta dicta diſputat. 13. ſection. 5. & 9. Idem dicito circa definitum definitionis Secundę ſubſtantię: quod quidem eſt quidquid eſt prædicatum eſſentiale Primę: hæc autem ratio tranſcendit omnia prædicata eſſentialia illius, & poteſt concipi expreſsè, quin hoc, & illud, &c. expreſsè concipiantur & ideo eſt ratio quædam analoga analogiâ tranſcendentiæ.

48 Dices: Ariſtoteles agit in præſenti de ſubſtantiâ ſub eâ ratione, quâ pertinet ad prędicamentum; agit enim de ſubſtantiâ prædicamentali: ſed ſubſtantia non pertinet ad prædicamentum ſub aliquâ ratione analogâ: ergo non agit de primis ſubſtantijs, prout conueniunt in aliqua ratione analoga. Minor probatur quia prædicamentum componitur ex coordinatione generum, ſpecierum, & indiuiduorum, ex quibus genera, & ſpecies ſunt vniuoca; indiuidua verò ſunt ea, de quibus genera & ſpecies vniuocè prędicantur. Diſtinguo maiorem: Ariſtoteles agit de ſubſtantia ſub ea ratione, quâ pertinet ad prędicamentum in aliquo ſtatu concedo: in omni ſtatu, nego maiorem. Itaque ratio Primæ ſubſtantiæ, quæ definitur hic ab Ariſtotele, & habet ſtatum præciſsionis à ſingularibus ſubſtantijs, & habet ſtatum contractionis. Secundum ſtatum præciſsionis non pertinet ad prædicamentum, quia neque eſt genus, neque ſpecies, neque indiuiduum, de quo ea prædicantur: at verò prout habet ſtatũ contractionis pertinet ad prædicamẽtum, quia cum tranſcendat formaliter indiuidua, pertinet ad cõceptum formalem illorum, & ideo ponitur in prædicamento, eo modo, quo ipſa ponuntur; nempè tanquam prima ſubſtantia, de quibus genera, & ſpecies prædicantur formaliter, & directè. Idem dico ſuo modo de ſecundis ſubſtãtijs quia licet hoc, quod eſt eſſe prædicatum eſſentiale vt analogicè præciſſum non pertineat ad prædicamentum: pertinet tamen prout contractum ad ſingula prædicata directè poſita in prædicamento; quia pertinet ad conceptum formalem illorum.

49 Dices: ab indiuiduis vt indiuidua ſunt non poteſt præſcindi vna ratio adhuc analogica

analogiâ tranſcēdentiæ vt conſtat ex dictis diſput. 7. ſection. 7. ergo neque à primis ſubſtantijs. Patet conſequentia: quia primæ ſubſtantiæ ſunt indiuidua. Reſpōdeo ab indiuiduis non poſſe abſtrahi vnam rationem ſignificatam hoc nomine, *indiuiduum*: quia hoc nomen ſignificat illa; vt diuerſa ſunt ſecundum ſe, & diuerſa ſecūdùm ſe, formaliter vt talia nullatenus conuenire poſſunt in aliqua ratione vnâ, vt loco citato probabamus. At primæ ſubſtantiæ, prout hoc nomine ſignificatæ aliquam conuenientiam habere poſſunt, vt conſtat ex dictis in hac ſectione, & ideò poteſt ab illis præſcindi ratio aliqua analogicè vnâ.

50 Rogas primò: an indiuiduum vagum, vt, *aliquis homo*; *quidam homo*, ſit Prima ſubſtantia? Et ratio dubitandi eſt: quia ex vnâ parte Ariſtotel. adduxit illud in exemplum primarum ſubſtantiarum; ex aliâ vero videtur prædicari formaliter de primis ſubſtantijs, quia verè dicitur, *Petrus eſt quidam homo, Ioannes eſt quidam homo*: hoc autem pugnat cum ratione Primæ ſubſtantiæ, quæ dici non poteſt de ſubiecto. Reſpondeo, indiuiduum vagum, eſſe, non vnam primam ſubſtantiam determinatam; ſed plures disiunctiuè ſumptas; idem enim eſt, *quidam homo*, ac, *hic homo*, *vel hic homo*, & c.: vnde non prædicatur de primis ſubſtantijs vt prædicatum aliquod ſuperius illis; ſed vt ipſa ratio illorum aliquantulum explicita ſub quâdam disiunctione. Non autem eſt contra rationem Primæ ſubſtantiæ, quod explicitè ſignificata prædicetur de ſe ipsâ confusè ſignificata ad eum modum, quo definitio de ſuo definito prædicatur. Dum ergo Ariſtotel. docuit Primam ſubſtantiam non dici de ſubiecto; locutus eſt de ſubiecto; à quo ipſa formaliter diſtinguatur tanquam prædicatum ſuperius, ſeu eſſentiale vniuocum reſpectu illius, vel tanquam forma accidentalis illi aduenens. Rogas ſecundo: an differentiæ dicendæ ſint ſecundæ ſubſtantiæ, an primæ? Reſpondeo, neque primas, neque ſecundas. Quòd non ſint primæ eſt certum. Quòd vero non ſint ſecundæ, facile probatur: quia non ſunt genera, aut ſpecies; reduci tamen poſſunt ad ſecundas, quia ſūt formæ conſtituentes ſpecies in ſuo eſſe.

SECTIO V.

De proprietatibus ſubſtantiæ.

51 SEx ſubſtantiæ proprietates enumerauit Ariſtoteles in præſenti capite. Prima eſt, *non eſſe in ſubiecto*. Secunda, *vniuocè prædicari*. Tertia eſt, *ſignificare hoc aliquid*. Quarta, non

non habere contrarium. Quinta, *non ſuſcipere magis, & minus.* Sexta denique, quam maximè proꝑriam vocat Ariſtotel. eſt, *vna numero cùm ſit, eſſe ſuſceptiuam contrariorum.* Circa primam ergo proprietatem aduerto, duo eſſe conſideranda in ſubſtantia, nempe conceptum poſitiuum, ratione cuius illi repugnat eſſe in ſubiecto; & negationem, ſeu carentiam exiſtendi in ipſo ſubiecto conſequentem per ſe talem conceptum poſitiuum. Primum eſt de conceptu formali ſubſtantiæ prout diſtinguitur contra accidens: quia, vt conſtat ex dictis diſp. 14. ſect. 3. omni ſubſtantiæ vt tali repugnat, eſſe in ſubiecto. Secundum verò eſt proprietas illam conſequens, atque adeò non ſolùm conuenit ſubſtantiæ Primæ, & Secundæ; ſed etiam cuilibet rei, quæ eſt de complemento, & integritate ſubſtantiæ, vt ſunt partes phyſicæ eſſentiales, aut integrales; modi ſubſtantiales; differentiæ conſtitutiuæ ſubſtantiarum, &c. Rogabis: an hæc negatio exiſtendi in ſubiecto ſit ſubſtantiæ proprietas quarto modo? Reſpondeo ſub diſtinctione: nam, ſi ſermo ſit de tali negatione debita ex natura rei entitati non exiſtenti in ſubiecto, *ſoli* conuenit ſubſtantiæ, & *omni*, & *ſemper*: & ideò eſt proprietas illius quarto modo. Si vero ſermo ſit de negatione exiſtendi in ſubiecto, quæ vtcunque conueniat entitati, non eſt proprietas ſubſtantiæ quarto modo; quia, vt ſic, de facto conuenit accidentibus Euchariſticis exiſtentibus miraculoſe ſine ſubiecto.

52 Secunda proprietas; quæ eſt *vniuocè prædicari*, prædicatione ſcilicet formali, & directa, neque conuenit omnibus ſubſtantijs, neque ſolis. Non ſolis: quia genera, & ſpecies accidentium prædicantur vniuocè de inferioribus, quibus eſſentialia ſunt: vt, *color* de *albedine*, & *nigredine*; & *albedo* de hac, & illa albedine. Nō conuenit omnibus ſubſtantijs: quia primæ de nullo ſubiecto prædicantur vniuocè, vt omnibus compertum eſt. Conuenit tamen non ſolum ſecundis ſubſtantijs, generibus videlicet, & ſpeciebus ſubſtantiæ; ſed etiam eorum differētijs eſſentialibus: quia vniuocè prædicari illud dicitur, quod, cùm ſit vnum ſimpliciter, eſſentialiter conuenit inferioribus, à quibus abſtrahitur: hoc autem non ſolum conuenit generibus, & ſpeciebus; ſed etiā differentijs eſſentialibus illorum: vt conſtat ex dictis in ſuperioribus: ergo nihil deeſt differentijs eſſentialibus, vt vniuocè dicantur prędicari.

53 Tertia proprietas, quæ eſt, *hoc aliquid ſignificare*, non ſubſtantijs; ſed earum nominibus accommodari debet: ſignificare enim proprium eſt vocum potiùs, quàm rerum: facilè tamen rebus tribui poterit, ſi pro *ſigni-*

ficare ponat, *eſſe hoc aliquid*. Dicitur autem *hoc aliquid* in phraſi Ariſtotel. id, quod per ſe exiſtit omnino alteri ſubſtantiæ incommunicabile. Hinc eſt, quod hæc proprietas ſoli conuenit Primæ ſubſtantiæ: quia ea ſola conſtituitur per ſubſiſtentiam incommunicabilis in actu exercito alteri ſubſtantiæ: ſecundæ enim, cùm præſcindantur à primis, ſemper ſunt communicabiles illis, ſiquidem aptæ ſunt in primis eſſe, & de illis formaliter prædicari tanquam id, quod eſt illis eſſentiale. Propterea ipſe Ariſtoteles in hoc eodem capite dixit, ſecundas ſubſtantias *quale aliquid* ſignificare, eo quod, cũ communicabiles ſint primis, ſimilitudinem aliquam habent cum qualitate, cuius eſt communicari ſubſtantiæ.

54 Quarta proprietas eſt, *Subſtantiæ nihil eſſe contrarium*. Pro cuius explicatione noto, duplicem contrarietatem diſtingui poſſe. Vnam latam prout extenditur ad quamlibet oppoſitionem, contradictoriam, videlicet, vt, *homo*, *non homo*; aut priuatiuam, vt, *viſus*, & *carentia illius*, aut relatiuam, vt *Pater*, & *Filius*. Alteram ſtrictam, & propriam, quæ inuenitur inter ea, *quæ ſub eodem genere maximè diſtant*, & *ab eodem ſubiecto mutuo ſe expellunt*, vt ſunt *albedo*, & *nigredo*: *calor*, & *frigus*, &c. Priorem contrarietatem nullatenus excludit Ariſtoteles à ſubſtantia, cum homo reuerà opponatur contradictoriè, cum *non homine*; *forma ſubſtantialis* exiſtens in materia cum *carentia ipſius* in eàdem materiâ: & *Pater* cum *Filio*, &c. Poſteriorem verò dicit non inueniri in ſubſtantia. Cuius ratio eſt: quia ea ſolùm dicuntur propriè contraria, quæ *cũ ſub eodem genere maximè diſtent*, *ab eodem ſubiecto mutuo ſe expellunt*: ergo ijs ſolùm competit talis contrarietas, quibus competit eſſe in ſubiecto; neque enim à ſubiecto ſe mutuo expellere poſſunt, niſi ea, quæ eſſe poſſunt in ſubiecto: atqui nulla ſubſtantia eſſe poteſt in ſubiecto: ergo nulli ſubſtantiæ competere poteſt prædicta contrarietas. Minor probatur: quia, vt dictum eſt diſputatione 14. ſection. 3. numero 38. & num. 36. vt aliquid dicatur eſſe in ſubiecto, eſt neceſſarium quod ſit in ſubſtantià completà taliter, vt non ſit pars, aut de integritate, ſeu complemento ſubſtantiali illius: atqui hoc nulli ſubſtantiæ competere poteſt, quia omnis ſubſtantia, vel eſt completa, vel, pars illius; vel de complemento, aut integritate ſubſtantiali ipſius, vt inductione conſtare poteſt: ergo nulla ſubſtantia eſſe poteſt in ſubiecto. Hæc proprietas conuenit omni ſubſtantiæ; ſed non ſoli, quia etiam competit quantitati, duratio-

ni,

Digitized by Google

ni, & alijs: licèt enim magna, & parua quantitas opponātur, talis oppoſitio non eſt pluſquam priuatiua, ſiquidem paruum in eo ſolùm differt à magno, quod illud, cùm aliquàm habeat partē, caret tamen aliâ exiſtente in iſto. Idem dicito de duratione magna, & paruâ.

55 Quinta ſubſtantiarum proprietas eſt, *non ſuſcipere magis, & minus.* Duplici modo poteſt intelligi hoc, quod eſt ſuſcipere magis, & minus: vno ſecundum extenſionem, altero ſecundùm intenſionem. Id explicari poteſt in calore exiſtente in manu, qui ita poteſt creſcere, vt ſe dilatet per totum corpus, & ſic dicitur extenſiuè: ſeu ſecundùm extenſionem maior, quàm erat antea. Vel ita poteſt creſcere vt in eadem manu fortior fiat, & augeatur, & tunc dicitur maior intenſiuè, ſeu ſecundùm intenſionem. Hoc autem incrementum eſt id, ratione cuius aliquid propriè dicitur, *ſuſcipere magis, & minus*, & in hoc ſenſu negat Ariſtoteles, ſubſtantiam ſuſcipere magis, & minus; quia, licèt poſsit augmentum ſuſcipere, ſecundùm extenſionem, vt contingit, quando homo nouas partes acquirit per nutritionem: nunquam tamen poteſt augmentum ſuſcipere ſecundùm intenſionem: quia non poteſt homo eſſe magis homo, quàm ferat anteà ſecundùm eandem partem, quæ naturam hominis participet nunc, magis, quàm anteà. Dum autem Ariſtoles dixit Primam ſubſtantiam eſſe magis ſubſtantiam, quàm ſecundam; non locutus eſt de augmento ſecundum intenſionem; ſed de augmento ſecundùm extenſionem; quia videlicèt, dum Prima ſubſtantia pluribus ſubſtat; quàm Secunda, ad plures operationes ſe extendit. Hæc proprietas conſiſtit in negatione ſuſcipiendi magis, & minus ſecundùm intenſionem, per ſe conſequente ſubſtantiam, & non conuenit ſoli ſubſtantiæ; ſed etiam quantitati.

56 Vltima proprietas eſt, quod ſubſtantia *vna numero permanens ſuſceptiua ſit contrariorum.* Dicitur *vna numero permanens* ad excludenda aliqua genera accidentium, quæ contrarietatem aliquam admittunt, ita tamen, vt in ſingulis contrarijs non vna; ſed diuerſa ſint ſpecie, & numero: vt, *calor*, qui per differentias diuerſas contrahitur ad *albedinem*, & *nigredinem*, qualitates quidem contrarias; in illis tamen non perſeuerat idem color; ſed diuerſus numero; & ſpecie eſt color exiſtens in albedine ab exiſtente in nigredine. Deinde dum dicitur *ſuſceptiua contrariorum* ſermo eſt de contrarijs propriè, & ſtrictè ſumptis Nec ita intelli-

ligendum eſt, vt ea ſimul recipere poſsit; ſed ſucceſsiuè, quia contraria propria non poſſunt ſimul eſſe in eodem ſubiecto, vt omnibus compertum eſt. Pro huius proprietatis explicatione noto primò, hoc, quod eſt ſuſcipere contraria, poſſe contingere vel in actu exercito, vel in actu ſignato. Diſtinctionem inter actum ſignatum, & exercitum explicui ſupra diſputatione 6. numero 22. Noto ſecundo, duplex eſſe ſubiectum ſuſceptiuum contrariorum: vnum, quod ita, recipit contraria, vt ipſum ſuſtentetur in alio, vel tanquam in ſubiecto, in quo recipitur ex naturâ rei, vel tanquàm in compoſito ſubſtantiali, ad cuius compoſitionem ordinatur ex naturâ ſuâ. Hoc ſubiectum dicitur ſubiectum *quo*. Alterum quod ita recipit illa, vt ipſum non ſuſtentetur in alio, vel tanquam in ſubiecto proprio, vel tanquam in compoſito ſubſtantiali, ad cuius compoſitionem ordinetur. Hoc dicitur ſubiectum *quod*. His poſitis.

57 Dico primò: hoc, quod eſt eſſe ſuſceptiuum in actu exercito contrariorum vt ſubiectum *quod*, conuenit omnibus primis ſubſtantijs phyſicè completis in ſuo eſſe ſubſtantiali, tam incorporeis, quàm corporeis; tam incorruptibilibus, quàm corruptibilibus. Id facilè ſuadetur: quia primæ ſubſtantiæ corporeæ corruptibiles, quales ſunt *homo, equus, ignis, lapis, &c.* eædem numero permanentes, ſunt aptæ ſuſcipere in actu exercito *albedinem, & nigredinem: calorem, & frigus, &c.* vt experientiâ conſtat. Deinde cœli (qui ſunt primæ ſubſtantiæ corporeæ incorruptibiles) apti ſunt recipere motus ab Oriente in Occidentem; & è contra, ab Occidente in Orientem, qui motus ſunt propriè contrarij. Præterea, idem numero Angelus (qui eſt ſubſtantia ſpiritualis) poteſt ſuſcipere *amorem, & odium: ſcientiam, & errorem* circa idem obiectum: ergo omnes primæ ſubſtantiæ ſunt ſuſceptiuæ contrariorum. Deinde hæ iam completæ in ſuo eſſe ſubſtantiali per ſubſiſtentiam nec poſſunt recipi in alio ſubiecto, neque ad alicuius compoſiti ſubſtantialis conſtitutionem ordinantur ex naturâ ſuâ, vt omnibus compertum eſt: ergo omni primæ ſubſtantiæ phyſicè completæ in ſuo eſſe ſubſtantiali per ſubſiſtentiam, competit eſſe ſuſceptiuam vt *quod* in actu exercito contrariorum. Dixi, id illi phyſicè iam completæ per ſubſiſtentiam conuenire; quia vt dicam in Phyſic. diſputatione 8. ſection. 7. ſubſiſtentia eſt conditio per ſe requiſita ex parte naturæ ſubſtantialis ad recipienda accidentia, & ideò non poteſt in actu exercito talia accidentia recipere, niſi ſupponatur completa per ſubſiſtentiam.

58 Ad-

58 Addo, hoc, quod eſt ſuſcipere in actu exercito contraria vt ſubiectum *quod*, ſolis convenire primis ſubſtantijs: quia, licet materia prima, anima rationalis, & quantitas poſsint recipere contraria, ea tamen recipiunt duæ priores, vt partes, quæ ex natura ſua ordinantur, vel aptæ ſunt ex ſe ad conſtitutionem compoſiti ſubſtantialis; & poſterior tanquam id, quod in alio ſubiecto ſuſtentatur ex natura rei: & ideo non ſe habent vt ſubiectum *quod*; ſed ſolùm vt ſubiectum *quo*. Deinde, ſecundæ ſubſtantiæ, & ſi contraria recipere dicantur in actu exercito ratione primarum, non ideo eſt, quia ea in ſe ipſis recipiant; ſed quia exiſtunt per identitatem realem in primis, in quibus ea propriè recipiuntur eo modo, quo diximus ſupra ſect. 4. num. 42

59 Dico ſecundó: *eſſe ſuſceptiuum contrariorum in actu ſignato* conuenit ſecundę ſubſtantię, vt ſubiecto *quo*, & primæ tanquã ſubiecto *quod*. Hæc concluſio conſtat ex primà: quia hoc, quod eſt eſſe ſuſceptiuum contrariorum in actu ſignato attribuitur ſecundis ſubſtantijs tanquàm prædicatis, ex quibus Prima eſſentialiter coaleſcit: ergo ſe habent vt id, medio quo hoc, quod eſt eſſe ſuſceptiuum contrariorum, attribuitur Primæ ſubſtantiæ tanquam toti eſſentialiter ex illis coaleſcenti: ergo Secundæ ſubſtantiæ ſe habent, vt ſubiectum, quo Prima ſuſcipit contraria in actu ſignato: & hæc ut ſubiectum *quod* medijs illis dicitur in actu ſignato recipere omnia contraria quæ ſingulis prædicatis ſeorſim correſpondent. Hic eſt aduertendũ, ad hoc, vt ſubſtantia dicatur eſſe ſuſceptiua contrariorum tám in actu exercito, quam in actu ſignato, non eſſe neceſſarium, quod ipſa ex ſe petat duo contraria ſuſcipere (ignis enim eſt ſuſceptiuus caloris, & frigoris, & tamen non exigit vtrunque) ſed ſufficere, quod ſit capax recipiendi contraria, ſiue nullum, ſiue vnum tãtum exigat ex natura ſua.

60 Rogas: an eſſe ſuſceptiuã contrariorum tàm in actu exercito, quàm in actu ſignato vt ſubiectum *quod*, ſit proprietas Primæ ſubſtantiæ quarto modo? Reſpondeo ſub diſtinctione: ſi prima ſubſtãtia recipit cõtraria, media potentià ſuperadditã, hoc, quod eſt eſſe proximè, & formaliter ſuſceptiuam contrariorum vt ſubiectũ *quod*, erit proprietas illius quarto modo. Erit proprietas: quia hæc potentia proxima, & formalis receptiua contrariorum, erit (in caſu poſito) potentia quædam per ſe conſequens potentiam ſuſceptiuam radicalem, quæ eſt de conceptu formali Primę ſubſtãtię. Deinde erit proprietas quarto modo: quia talis potentia conuenit omni primæ ſubſtãtiæ, ſoli, & ſemper, vt cõſtat ex dictis. Talis eſt quãtitas in ſubſtantijs corporeis reſpectu qualitatum corporearũ, *caloris & frigoris: albedinis; & nigredinis*: quia, vt dicemus in Phyſ. quanti-

tas

tas eſt accidens per ſe conſequens ſubſtantiam corporeã tanquã id, medio quo ipſa vt *quod* recipit qualitates corporeas.

61 Si vero Prima ſubſtantia recipit contraria immediatè per ſe ipſam, aut per aliquam ſui partem eſſentialem, & non media aliqua potentia accidentali ſuperaddita, hoc, quod eſt eſſe ſuſceptiuam cõtrariorum vt ſubiectum *quod*, erit de conceptu formali illius, & non proprietas. Ratio eſt clara: quia in tali caſu ipſa eſt ſuſceptiua immediatè ratione ſui, & non medio aliquo ipſi ſuperaddito: ergo præter potentiam ſuſceptiuam (quæ eſſet radicalis, ſi daretur illi potentia ſuperaddita) non eſt neceſſarium addere illi entitati aliam potẽtiam: ſed illa potentia ſuſceptiua eſſet de conceptu formali ſubſtantiæ Primæ in eo caſu: ergo, & in præſenti. Talem dicemus in lib. de Anim. eſſe in Angelo, & in anima rationali potentiam ſuſceptiuam amoris, & odij: ſciẽtiæ, & erronis: quia hæc accidentia recipiuntur immediatè in iſtis ſubſtãtijs, & non mediâ potentia aliquâ ſuperaddita, vt ibidem dicemus.

Coordinatio prædicamenti Subſtantiæ.

62 SVbſtantia, quæ eſt generaliſſimum genus huius prædicamenti, primo diuiditur in *ſpiritualem*, & *corporeã*. *Spiritualis* diuiditur in varias ſpecies Angelorum. *Corporea* in *incorruptibilẽ*, & *corruptibilẽ*. *Incorruptibilis* diuiditur in varias ſpecies *cælorũ* (ſi fortè dãtur plures cœli ſpecie diſtincti) & *Planetariũ*, *Corruptibilis* in *viuẽs*, & *nõ viuens*. *Nõ viuẽs* diuiditur in *elemẽtale*, & *mixtũ* & vnũquodque horũ in varias ſpecies. Viuẽs in *ſenſibile*, & *inſenſibile*. *Inſenſibile*, quod eſt *plãta*, diuiditur in *arborẽ*, & *herbã*. Et quælibet ex his in varias ſpecies. *Senſibile*, quod eſt *animal*, in *hominẽ*, & *brutum*. Denique *brutũ* diuiditur in varias ſpecies. Et *homo* in *Petrũ*, *Ioannẽ*, & reliqua indiuidua. Sic fit deſcenſus à genere ſupremo vſque ad indiuidua. Aſcenſus è contra fit ab indiuiduis vſque ad genus ſupremum, v.g. *Petrus*, *homo*, *animal*, *viuens*, *corruptibile*, *corpus ſubſtantia*. Et eodem modo fit aſcenſus ab indiuiduis contentis ſub alijs ſpeciebus.

DISPVTATIO XVII.

De Quantitate.

LIcèt Quantitas inter prædicamenta accidentium nõ ſit prima in dignitate (qualitas enim excedit in perfectione quãtitatem) nihilominus Ariſtoteles agit de illa immediatè poſt ſubſtantiam: certè non alia de cauſa, vt Boetius docet, niſi quia ſocia eſt ipſi ſubſtantiæ in vno è præcipuis eius attributis, in ſuſtentatione, videlicet, aliorum accidentium: quia, vt dicemus in Phyſ. qualitates nõ ſuſtentãtur immediatè in ſubſtan-

tia, ſed media quantitate. Et propterea nos Ariſtotelem ſecuti, explicata natura ſubſtantiæ, & eius proprietatibus, gradum facimus ad quantitatem.

SECTIO I.

In quonam conſiſtat formalis ratio Quantitatis.

1 ARiſt. lib. 5. Met. tex. 18. ſic quantum definiuit: *Quantũ dicitur, quod eſt diuiſibile in ea, quæ inſunt, quorũ vtrunq; aut ſingulũ vnũ quid, & hoc aliquid aptũ eſt eſſe.* Aliqui putant hic definiri ab Ariſtot. cõcretum reſultans ex ſubſtantia completa, & quãtitate. Id colligunt tum ex eo, quod hoc eſt, quod abſolute dicitur *Quãtũ*: tum quod in fine definitionis additur, quod ſingulæ partes, in quas diuiditur, debẽt *eſſe vnũ quid, & hoc aliquid*: atqui in phraſi Ariſt. *hoc aliquid* ſignificat ſubſtantiam cõpletã: ergo aperte loquitur de quanto coaleſcente ex ſubſtantiâ completâ, & quantitate. Addunt vlteriùs, eſſe malam definitionẽ. Primò: quia cœlum eſt quantũ, & non eſt diuiſibile in partes, cum ſit incorruptibile. Secundo, quia viuentia ſunt diuiſibilia in partes, quæ non ſunt *hoc aliquid*, ſi quidẽ cauda lacertę poſt diuiſionem nõ eſt ſubſtantia completa, ergo prædicta definitio non conuenit omnibus quantis.

2 Hi authores extra mentem Philoſophi eius definitionem explicarunt, & ideo non mirum, quod malam deprehenderint. Dico ergo Ariſtotel. in præſenti non definire quantum coaleſcens ex ſubſtantia completâ, & quantitate; ſed ſolam quantitatem quam in præſenti vocat quantam. Id colligitur aperte ex contextu: addit enim immediate poſt definitionem: *multitudo igitur quantum quid eſt, ſi numerabilis eſt; magnitudo verò, ſi menſurabilis*: quibus verbis magnitudinẽ appellat quãtã, & ſtatim ſubiungit, magnitudinẽ diuidi in continua: atqui ſubſtãtia completa affecta quãtitate nõ appellatur magnitudo; ſed magna, ratione quantitatis, quæ propriè dicitur magnitudo: ergo quãtum, quod in præſenti definitur, non eſt aliud pręter quantitatem, quæ propter molẽ partiũ, quibus conſtat, dicitur quanta. Deinde paulo inferius dicit, ſpecies magnitudinis eſſe *longitudinẽ*, quam vocat *lineam*; *latitudinẽ*, quã vocat *ſuperficiẽ*, & *profunditatẽ* quã vocat *corpus*, & addit *lineam eſſe quantũ quiddã per ſe*: atqui linea ſuperficies, & corpus ſunt ſpecies quantitatis in abſtracto, non concreti ex illâ, & ſubiecto reſultantis, vt omnibus cõpertum eſt: ergo quantitatẽ in abſtracto definiuit Ariſtoteles, & non concretum ex illâ, & ſubiecto reſultãs. Quod clarius exprimit; dum lineam enumerat inter ea, quæ *quantum quiddam per ſe* dicuntur. Si enim lineæ cõpetit eſſe quantum quiddã per ſe, & linea eſt quãtitas in abſtracto, de hac loquitur in definitione.

Digitized by Google

3 Si autem ſola quantitas definitur, facile conſtabit, eſſe bonã definitionem ex eius declaratione. Dicitur eſſe *diuiſibile in ea, quæ inſunt*: quia partes, ex quib⁹ quãtitas coaleſcit, poſſunt mutuò vna ab altera ſeparari ab agente corporeo earũ vnionẽ deſtruente. Deinde additur, *quorũ vtrunque: aut ſingulum vnũ quid aptum eſt eſſe*, vt denotetur, partes ex quibus quantitas coaleſcit eſſe tales, quæ ſeiunctæ, ſingulæ ſint quoddã totum, & ſubiũgitur, *& hoc aliquid* quia ita debent eſſe ſingulæ vnum totũ, vt ſint totum eiuſdem rationis cum eo, quod antea cõponebãt: hoc eſt, diuiſibile in alias partes diuiſibiles in alias in infinitũ. Sic explicãt hanc definitionẽ PP. Connimb. hic q. 1. art. 1. Et licèt in praſi Ariſt. per *hoc aliquid* abſolutè prolatũ ſignificari ſoleat ſubſtantia cõpleta, id nõ tollit, quod aſſumi etiam poſsint ea verba ad ſignificanda accidentia, quæ totũ quoddam ſunt per ſe, præſertim, quando ex adiunctis, clarè colligitur, in hoc ſenſu prolata eſſe, vt contingit in præſenti. Hinc colliges prædictã definitionem omni quantitati conuenire. Conuenit enim quantitati cæleſti: quia, licet prout exiſtens in cælo nõ poſſit naturaliter diuidi; id tamẽ prouenit ex diſpoſitionibus, quibus ibi eſt adiuncta non ex natura ipſius quantitatis; hæc enim quatenus ex ſe eſt, diuiſibilis eſt, Deinde conuenit quantitati viuentiũ: quia licet hæc non poſsint diuidi in partes, quæ ſint viuentia completa, nihilominùs quantitas talium partium eſt quantitas completa in ratione quantitatis poſt diuiſionem, & ideò verificatur, quod quantitas exiſtens in viuente ſit diuiſibilis in alias quãtitates totales. Idem dicito de quantitatibus aliarum ſubſtantiarum.

Explicatur, quænam inueniantur in Quantitate?

4 HÆc circa definitionem Ariſtot. Nunc eſt difficultas: an ſit eſſentialis, vel deſcriptiua? Pro cuius ſolutione explicare oportet, quænã ſit ratio formalis, ſeu eſſentia quantitatis: & inde facile colligetur, quid dicendũ ſit circa prædictã definitionẽ. Plura ergo inueniuntur in quãtitate, de quibus dubitari poſſet, an ad formalem eius rationem ſpectent? In primis enim conſtat partibus, quę ſunt impenetrabiles inter ſe ſe, & cum partibus alterius quãtitatis. Porro impenetrabile cum alio id dicitur, quod vim habet arcendi illud à ſuo loco, prohibẽdo, ne in illud ſimul ſecũ ingrediatur. Vnde, ſi aliquid aliud locũ huius nõ poſsit penetrare ratione propriæ naturæ, & non ex vi huius, nõ dicetur hoc impenetrabile cũ illo. Proptereà præſentia Angeli Michaelis in hoc loco nõ dicitur impenetrabilis cum præſentia cõſtituente Gabrielem in alio loco, licet præſentiæ huius non poſsit penetrare locũ præſentiæ illi⁹: quia videlicèt, id nõ oritur ex eo, quod præſentia Michaelis vi ſua impe-

diat,

Digitized by Google

diat, ne præſẽtia Gabrielis in eius locu n ingrediatur; ſed ex eo, quod quælibet præſentia ita eſt affixa ſuo loco, vt non poſſit ad aliam transferri. Hęc doctrina eſt maximè obſeruanda vt valde vtilis ad plures quæſtiones infra reſoluendas.

5 Deinde, quantitas conſtat partibus petentibus occupare diuerſum locum: nam, cùm ex naturà ſua petant, ſe pellere ab eodem loco, ſingulis debeatur neceſſe eſt diuerſus locus. Hinc oritur, quod ſi ſuæ naturæ relinquantur prædictæ partes; habeant ſemper, & actualem impenetrationẽ, & actualem extenſionem. Hæc cõſiſtit in forma poſitiua conſtituente partes qãtitatis in diuerſis locis; illa ſupra hanc formã addit, quod vna non ſit in loco alterius, quod quidem fieri poterat per aliquã aliã præſentiam. Vtroque hoc actu caret quantitas Chriſti Domini in Euchariſtia: quia præſentia eius eſt talis naturæ; quæ conſtituit totum corpus Chriſti Domini in ſingulis partibus ſpatij, & propterea neque habet extenſionem, quæ ex natura ſuã conſtituit ſingulas partes corporis in ſingulis partibus ſpatij; neque habet impenetrationem ipſarum partium, ſi quidem omnes partes ſunt ſimul in ſingulis partibus ſpatij.

6 Ex his duo alia oriuntur in quantitate, nẽpè, & quòd aſſumi poſſit vt menſura ad alia menſuranda; & quod ipſa mẽſurari poſſit per alia: quia, eo ipſo quod habet partes extra partes cõſtituentes certam magnitudinem, poteſt conferri cum alia, vt dignoſcatur quãta ſit huius magnitudo: & alia poſſunt aſſumi ad illius magnitudinẽ dignoſcendam. Sic mercatores vtuntur menſura lignea (quã vlnam vocant) ad extenſionem panni diſcernendam & palmus aſſumitur ad dignoſcendã extenſionem vlnæ. Datur præterea in quãtitate diuiſibilitas, ratione cuius poſſunt partes eius, quatenus eſt ex ſe, mutuò ſeparari ui agẽtis corporei per corruptionem vnionis earum inter ſe. His poſitis.

Conceptus formalis quantitatis exponitur.

7 Dicendum eſt, quantitatem conſtitui formaliter in eſſe talis per hoc, quod eſt eſſe ratione ſui impenetrabilem. Explico concluſionem. Impenetrabile cum alio diximus eſſe id, quod vim habet excludendi illud à ſuo loco. Cæterum poteſt hæc vis conuenire alicui entitati vel ratione ſui, vel per aliam formam illi ſuperadditam: dicimus ergo quantitatem ratione ſui, & non per formam ſuperadditã habere hanc vim, & in ea cõſiſtere rationem formalẽ, ſeu eſſentialem propriã quantitatis. Ita P. Hurt. in Met. diſp. 13. ſect. 4. n. 39. P. Arri. diſ. 3. ſect. 1. ſub ſect. 2. & communiter recentiores. Probatur: quia impenetrabilitas ſic explicata eſt ita propria ſolius quantitatis, vt per eam differat à quocunq; alio, & ſit radix reliquorũ, quæ diximus inueniri in

quantitate tanquam propria illi, ergo in impenetrabilitate conſiſtit ratio formalis, & eſſentialis quantitatis vt talis. Conſequentia eſt bona: quia ratio formalis propria, & eſſentialis cuiuſcũque rei eſt illa, quæ eſt radix cæterorum, quæ in illa reperiuntur, & eam ſeparat à quocumque alio, vt fatentur omnes. Antecedens verò probatur: quia in primis, vt experientia conſtat, in nullo alio nouimus hucuſque impenetrabilitatem niſi in quantitate, & effectus ex hac ortos ſemper tribuimus quantitati: ergo illi ſoli conuenit impenetrabilitas, ac per conſequens per eam differt à reliquis,

8 Deinde ex impenetrabilitate prouenit extẽſio actualis, & impenetratio partium ipſius quantitatis inter ſe ſe, & cum quauis alia quantitate: quia ex eo, quod partes ſint impenetrabiles, prouenit, & quod ſe mutuo pellant ex eodem loco, ac propterà extendi debeāt ad diuerſas loci partes occupandas; & quod non permittant aliam quantitatem cum ipſis actu penetrari. Hinc etiam prouenit, quòd aſſumi poſsint ad aliam quãtitatem menſurandam, & ipſæ per aliam menſurari queant; eo enim ipſo quòd partes huiùs quãtitatis determinatam habent extenſionem: poſſunt nobis deſeruire ad extenſionem aliarum dignoſcendam: & alias poſſumus aſſumere ad illam menſurandam, vt experientia quotidiana oſtendit.

6 Inde prouenit vlterius, quod quantitas poſsit diuidi in ſuas partes ab agente corporeo; neque enim eas ſeparare poſſet per diuiſionem, niſi vna eſſet extra aliam; ſed poſitio vnius extra aliam oritur per ſe ex impenetrabilitate earum: ergo, & diuiſibilitas. Conſequentia eſt bona. Minor conſtat ex dictis. Maior ſola indiget probatione, quam ſic probo: agens corporeum non poteſt vnam partem quantitatis ab aliâ ſeparare per diuiſionem, niſi corrumpendo earum vnionem: hanc autem non poteſt corrumpere, niſi aut introducendo in quantitate formam cum ipſa vnione incompoſsibilem, aut imprimendo impulſum quo vnã cogat abiungi ab alia: atqui, ſi quantitas haberet ſuas partes, non quidem vnas extra alias, ſed omnes in eodem ſpatio indiuiſibili, non poſſet agẽs corporeum vnionem partiũ corrumpere per impulſum; tũ quia ſi tale agens ex natura ſua petit extenſionem (vt eam petunt omnia agentia corporea, quæ de facto dantur, & quæ nouit Ariſtoteles) nullum effectum poteſt producere niſi in paſſo extenſo, vt dicemus in Phyſic. diſputat. 1. ſect. 4. tum etiam quia eo ipſo quod impulſus producitur in vnâ parte quantitatis, debet idem ex natura rei produci in reliquis cum illa penetratis, vt conſtabit ex dicendis in lib. de Generat. & Corrup. circa actiuitatẽ agentium naturalium, & ideo quocunque vna pars moueatur per illũ impulſum moueantur aliæ neceſſe; eſt ac per con-

Digitized by Google

conſequens nulla ſeparabitur ab alijs.

10 Deinde neque poſſet agens corporeum vnionem corrumpere introducendo formam incópoſsibilem cum tali vnione: quia vel nullam talem formam poteſt producere agẽs corporeum; vel, ſi eã poteſt, nequit tamen illam producere, niſi in paſſo extenſo, vt dicemus in Phyſ. loco citato: ergo nullo modo poteſt quantitas ab agente naturali diuidi, ſi non habeat extẽſionẽ: ergo, cum hęc ſupponat, ſeu proueniat quãtitati ab impenetrabilitate, ab eadem etiã proueniet diuiſibilitas proxima, imò, & remota, ac radicalis (ſi ab impenetrabilitate diſtinguatur) quia ſicut diuiſio actualis ſupponit extẽſionẽ, ita etiã capacitas radicalis diuiſionis cõuenire debet quantitati ex eo, quod petat extenſionem: atqui quantitas ex eo, quòd eſt impenetrabilis, petit extenſionem: ergo ex eo etiã, quod eſt impenetrabilis eſt capax diuiſionis. Ex omnibus dictis concluditur, impenetrabilitatem radicalem eſſe rationem formalem primariam, & eſſentialem quãtitatis vt talis. Deinde conſtat definitionem quantitatis, quam ſupra diximus traditam ab Ariſt. eſſe deſcriptiuam; quia datur per diuiſibilitatem, quæ eſt proprietas quantitatis, vt conſtat ex dictis.

11 Sed Obijcies primò contra hanc concluſionẽ impenetrabilitas eſt negatio potentiæ ad penetrationẽ; ſed ratio formalis quãtitatis nõ poteſt conſiſtere in negatione, ſiquidẽ in cõſenſu omnium eſt entitas poſitiua: ergo nõ poteſt cõſiſtere in impenetrabilitate. Nego maiorẽ: quia dixi ſupra, impenetrabilitatẽ eſſe virtutem vnius ad excludendum aliud à ſuo loco quæ virtus poſitiua eſt. Obijcies ſecundo: impenetrabilitas auffertur à quantitate Chriſti D. in Euchariſtia quia partes eius penetrãtur inter ſe, & cum quantitate ſpecierũ ſacramẽtalium: ergo nõ poteſt eſſe ratio formalis, & eſſentialis ipſius quantitatis. Reſpondeo auferri quidẽ impenetrationem actualẽ: non vero impenetrabilitatem: quia ibi perſeuerat in quantitate Chriſti Domini virtus, vt partes eius, & ſe mutuò, & quãcunq; aliam quantitatem excluderent à ſuo loco, ni miraculosè impedirẽtur, & ideò negandũ eſt antecedens obiectionis.

Cui quonam quantitas ſit impenetrabilis.

12 **H**Vcuſq; probatũ eſt rationẽ formalẽ quantitatis vt talis cõſiſtere in impenetrabilitate. Explicandũ reſtat, cui quonam debeat eſſe impenetrabilis. Et quidem in ſententia Ariſt. aſſerentis, quantitatem coaleſcere ex partibus infinitis, quarum quælibet eſt diuiſibilis in alias, & alias in infinitum, facile expeditur difficultas ſi dicatur *quantitas eſſe accidens conſtans partibus impenetrabilib' inter ſe.* Et, cùm partes vnius quãtitatis ſint eiuſdẽ rationis cum partibus alterius, eo ipſo quod inter

ficare ponat, *eſſe hoc aliquid*. Dicitur autem *hoc aliquid* in phraſi Ariſtotel. id, quod per ſe exiſtit omnino alteri ſubſtantiæ incommunicabile. Hinc eſt, quod hæc proprietas ſoli conuenit Primæ ſubſtantiæ: quia ea ſola conſtituitur per ſubſiſtentiam incommunicabilis in actu exercito alteri ſubſtantiæ: ſecundæ enim, cùm præſcindantur à primis, ſemper ſunt communicabiles illis, ſiquidem aptæ ſunt in primis eſſe, & de illis formaliter prædicari tanquàm id, quod eſt illis eſſentiale. Propterea ipſe Ariſtoteles in hoc eodem capite dixit, ſecundas ſubſtantias *quale aliquid* ſignificare, eo quod, cũ communicabiles ſint primis, ſimilitudinem aliquam habent cum qualitate, cuius eſt communicari ſubſtantiæ.

54 Quarta proprietas eſt, *Subſtantiæ nihil eſſe contrarium.* Pro cuius explicatione noto, duplicem contrarietatem diſtingui poſſe. Vnam latam prout extenditur ad quamlibet oppoſitionem, contradictoriam, videlicet, vt, *homo*, *non homo*; aut priuatiuam, vt, *viſus*, *& carentia illius*, aut relatiuam, vt *Pater*, *& Filius*. Alteram ſtrictam, & propriam, quæ inuenitur inter ea, *quæ ſub eodem genere maximè diſtant*, *& ab eodem ſubiecto mutuo ſe expellunt*, vt ſunt *albedo*, *& nigredo*: *calor*, *& frigus*, *&c.* Priorem contrarietatem nullatenus excludit Ariſtoteles à ſubſtantia, cum homo reuerà opponatur contradictoriè, cum *non homine*; *forma ſubſtantialis* exiſtens in materia cum *carentia ipſius* in eàdem materiâ: & *Pater* cum *Filio*, &c. Poſteriorem verò dicit non inueniri in ſubſtantia. Cuius ratio eſt: quia ea ſolùm dicuntur propriè contraria, quæ *cũ ſub eodem genere maximè diſtent*, *ab eodem ſubiecto mutuo ſe expellunt*: ergo ijs ſolùm competit talis contrarietas, quibus competit eſſe in ſubiecto; neque enim à ſubiecto ſe mutuo expellere poſſunt, niſi ea, quæ eſſe poſſunt in ſubiecto: atqui nulla ſubſtantia eſſe poteſt in ſubiecto: ergo nulli ſubſtantiæ competere poteſt prædicta contrarietas. Minor probatur: quia, vt dictum eſt diſputatione 14. ſection. 3. numero 38. & num. 36. vt aliquid dicatur eſſe in ſubiecto, eſt neceſſarium quod ſit in ſubſtantiâ completâ taliter, vt non ſit pars, aut de integritate, ſeu complemento ſubſtantiali illius: atqui hoc nulli ſubſtantiæ competere poteſt, quia omnis ſubſtantia, vel eſt completa, vel, pars illius; vel de complemento, aut integritate ſubſtantiali ipſius, vt inductione conſtare poteſt: ergo nulla ſubſtantia eſſe poteſt in ſubiecto. Hæc proprietas conuenit omni ſubſtantiæ; ſed non ſoli, quia etiam competit quantitati, duratio-

ni,

Digitized by Google

ni, & alijs: licèt enim magna, & parua quantitas opponátur, talis oppoſitio non eſt pluſquam priuatiua, ſiquidem paruum in eo ſolùm differt à magno, quod illud, cùm aliquàm habeat parté, caret tamen aliâ exiſtente in iſto. Idem dicito de duratione magna, & paruâ.

55 Quinta ſubſtantiarum proprietas eſt, *non ſuſcipere magis, & minus.* Duplici modo poteſt intelligi hoc, quod eſt ſuſcipere magis, & minus: vno ſecundum extenſionem, altero ſecundùm intenſionem. Id explicari poteſt in calore exiſtente in manu, qui ita poteſt creſcere, vt ſe dilatet per totum corpus, & ſic dicitur extenſiuè: ſeu ſecundùm extenſionem maior, quàm erat antea. Vel ita poteſt creſcere vt in eadem manu fortior fiat, & augeatur, & tunc dicitur maior intenſiuè, ſeu ſecundùm intenſionem. Hoc autem incrementum eſt id, ratione cuius aliquid propriè dicitur, *ſuſcipere magis, & minus*, & in hoc ſenſu negat Ariſtoteles, ſubſtantiam ſuſcipere magis, & minus; quia, licèt poſsit augmentum ſuſcipere, ſecundùm extenſionem, vt contingit, quando homo nouas partes acquirit per nutritionem: nunquam tamen poteſt augmentum ſuſcipere ſecundùm intenſionem: quia non poteſt homo eſſe magis homo, quàm erat anteà ſecundùm eandem partem, quæ naturam hominis participet nunc, magis, quàm anteà. Dum autem Ariſtoles dixit Primam ſubſtantiam eſſe magis ſubſtantiam, quàm ſecundam; non locutus eſt de augmento ſecundum intenſionem; ſed de augmento ſecundùm extenſionem; quia videlicèt, dum Prima ſubſtantia pluribus ſubſtat; quàm Secunda, ad plures operationes ſe extendit. Hæc proprietas conſiſtit in negatione ſuſcipiendi magis, & minus ſecundùm intenſionem, per ſe conſequente ſubſtantiam, & non conuenit ſoli ſubſtantiæ; ſed etiam quantitati.

56 Vltima proprietas eſt, quod ſubſtantia *vna numero permanens ſuſceptiua ſit contrariorum.* Dicitur *vna numero permanens* ad excludenda aliqua genera accidentium, quæ contrarietatem aliquam admittunt, ita tamen, vt in ſingulis contrarijs non vna; ſed diuerſa ſint ſpecie, & numero: vt, *calor*, qui per differentias diuerſas contrahitur ad *albedinem*, & *nigredinem*, qualitates quidem contrarias; in illis tamen non perſeuerat idem color; ſed diuerſus numero; & ſpecie eſt color exiſtens in albedine ab exiſtente in nigredine. Deinde dum dicitur *ſuſceptiua contrariorum* ſermo eſt de contrarijs propriè, & ſtrictè ſumptis Nec ita intel-

ligendum eſt, vt ea ſimul recipere poſsit; ſed ſucceſsiuè, quia contraria propria non poſſunt ſimul eſſe in eodem ſubiecto, vt omnibus compertum eſt. Pro huius proprietatis explicatione noto primò, hoc, quod eſt ſuſcipere contraria, poſſe contingere vel in actu exercito, vel in actu ſignato. Diſtinctionem inter actum ſignatum, & exercitum explicui ſupra diſputatione 6. numero 22. Noto ſecundo, duplex eſſe ſubiectum ſuſceptiuum contrariorum: vnum, quod ita, recipit contraria, vt ipſum ſubſtentetur in alio, vel tanquam in ſubiecto, in quo recipitur ex naturâ rei, vel tanquàm in compoſito ſubſtantiali, ad cuius compoſitionem ordinatur ex naturâ ſuâ. Hoc ſubiectum dicitur ſubiectum *quo*. Alterum quod ita recipit illa, vt ipſum non ſuſtentetur in alio, vel tanquam in ſubiecto proprio, vel tanquam in compoſito ſubſtantiali, ad cuius compoſitionem ordinetur. Hoc dicitur ſubiectum *quod*. His poſitis.

57 Dico primò: hoc, quod eſt eſſe ſuſceptiuum in actu exercito contrariorum vt ſubiectum *quod*, conuenit omnibus primis ſubſtantijs phyſicè completis in ſuo eſſe ſubſtantiali, tam incorporeis, quàm corporeis; tam incorruptibilibus, quàm corruptibilibus. Id facilè ſuadetur: quia primæ ſubſtantiæ corporeæ corruptibiles, quales ſunt *homo, equus, ignis, lapis, &c.* eædem numero permanentes, ſunt aptæ ſuſcipere in actu exercito *albedinem, & nigredinem: calorem, & frigus, &c.* vt experientiâ conſtat. Deinde cœli (qui ſunt primæ ſubſtantiæ corporeæ incorruptibiles) apti ſunt recipere motus ab Oriente in Occidentem; & è contra, ab Occidente in Orientem, qui motus ſunt propriè contrarij. Prætereà, idem numero Angelus (qui eſt ſubſtantia ſpiritualis) poteſt ſuſcipere *amorem, & odium: ſcientiam, & errorem* circa idem obiectum: ergo omnes primæ ſubſtantiæ ſũt ſuſceptiuæ contrariorum. Deinde hæ iam completæ in ſuo eſſe ſubſtantiali per ſubſiſtentiam nec poſſunt recipi in alio ſubiecto, neque ad alicuius compoſiti ſubſtantialis conſtitutionem ordinantur ex naturâ ſuâ, vt omnibus compertum eſt: ergo omni primæ ſubſtantiæ phyſicè completæ in ſuo eſſe ſubſtantiali per ſubſiſtentiam, competit eſſe ſuſceptiuam vt *quod* in actu exercito contrariorum. Dixi, id illi phyſicè iam completæ per ſubſiſtentiam conuenire; quia vt dicam in Phyſic. diſputatione 8. ſectiõn. 7. ſubſiſtentia eſt conditio per ſe requiſita ex parte naturæ ſubſtantialis ad recipienda accidentia, & ideò non poteſt in actu exercito talia accidentia recipere, niſi ſupponatur completa per ſubſiſtentiam.

58 Addo, hoc, quod eſt ſuſcipere in actu exercito contraria vt ſubiectum *quod*, ſolis convenire primis ſubſtantijs: quia, licet materia prima, anima rationalis, & quantitas poſsint recipere contraria, ea tamen recipiunt duæ priores, vt partes, quæ ex natura ſua ordinantur, vel aptæ ſunt ex ſe ad conſtitutionem compoſiti ſubſtantialis, & poſterior tanquam id, quod in alio ſubiecto ſuſtentatur ex natura rei: & ideo non ſe habent vt ſubiectum *quod*; ſed ſolùm vt ſubiectum *quo*. Deinde, ſecundæ ſubſtantiæ, & ſi contraria recipere dicantur in actu exercito ratione primarum, non ideo eſt, quia ea in ſe ipſis recipiant; ſed quia exiſtunt per identitatem realem in primis, in quibus ea propriè recipiuntur eo modo, quo diximus ſupra ſect. 4. num. 42.

59 Dico ſecundò: *eſſe ſuſceptiuum contrariorum in actu ſignato* conuenit ſecundę ſubſtantię, vt ſubiecto *quo*, & primæ tanquã ſubiecto *quod*. Hæc concluſio conſtat ex primâ: quia hoc, quod eſt eſſe ſuſceptiuum contrariorum in actu ſignato attribuitur ſecundis ſubſtantijs tanquàm prædicatis, ex quibus Prima eſſentialiter coaleſcit: ergo ſe habent vt id, medio quo hoc, quod eſt eſſe ſuſceptiuum contrariorum, attribuitur Primæ ſubſtantiæ tanquam toti eſſentialiter ex illis coaleſcenti: ergo Secundæ ſubſtantiæ ſe habent, vt ſubiectum, *quo* Prima ſuſcipit contraria in actu ſignato: & hæc ut ſubiectum *quod* medijs illis dicitur in actu ſignato recipere omnia contraria quæ ſingulis prædicatis ſeorſim correſpondent. Hic eſt aduertendũ, ad hoc, vt ſubſtantia dicatur eſſe ſuſceptiua contrariorum tàm in actu exercito, quam in actu ſignato, non eſſe neceſſarium, quod ipſa ex ſe petat duo contraria ſuſcipere (ignis enim eſt ſuſceptiuus caloris, & frigoris, & tamen non exigit vtrunque) ſed ſufficere, quod ſit capax recipiendi contraria, ſiue nullum, ſiue vnum tãtum exigat ex natura ſua.

60 Rogas: an eſſe ſuſceptiuã contrariorum tàm in actu exercito, quàm in actu ſignato vt ſubiectum *quod*, ſit proprietas Primæ ſubſtantiæ quarto modo? Reſpondeo ſub diſtinctione: ſi prima ſubſtãtia recipit cõtraria, media potentiâ ſuperadditâ, hoc, quod eſt eſſe proximè, & formaliter ſuſceptiuam contrariorum vt ſubiectũ *quod*, erit proprietas illius quarto modo. Erit proprietas: quia hæc potentia proxima, & formalis receptiua contrariorum, erit (in caſu poſito) potentia quædam per ſe conſequens potentiam ſuſceptiuam radicalem, quæ eſt de conceptu formali Primę ſubſtãtię. Deinde erit proprietas quarto modo: quia talis potentia conuenit omni primæ ſubſtãtiæ, ſoli, & ſemper, vt cõſtat ex dictis. Talis eſt quãtitas in ſubſtantijs corporeis reſpectu qualitatum corporearũ, *caloris & frigoris: albedinis, & nigredinis*: quia, vt diximus in Phyſ. quanti-

tas

tas eſt accidens per ſe conſequens ſubſtantiam corporeã tanquã id, medio quo ipſa vt *quod* recipit qualitates corporeas.

61 Si vero Prima ſubſtantia recipit contraria immediatè per ſe ipſam, aut per aliquam ſui partem eſſentialem, & non media aliqua potentia accidentali ſuperaddita, hoc, quod eſt eſſe ſuſceptiuam cõtrariorum vt ſubiectum *quod*, erit de conceptu formali illius, & non proprietas. Ratio eſt clara: quia in tali caſu ipſa eſt ſuſceptiua immediatè ratione ſui, & non medio aliquo ipſi ſuperaddito: ergo præter potentiam ſuſceptiuam (quæ eſſet radicalis, ſi daretur illi potentia ſuperaddita) non eſt neceſſarium addere illi entitati aliam potẽtiam: ſed illa potentia ſuſceptiua eſſet de conceptu formali ſubſtantiæ Primæ in eo caſu: ergo, & in præſenti. Talem dicemus in lib. de Anim. eſſe in Angelo, & in anima rationali potentiam ſuſceptiuam amoris, & odij: ſciẽtiæ, & erroris: quia hæc accidentia recipiuntur immediatè in iſtis ſubſtãtijs, & non medià potentia aliquà ſuperaddita, vt ibidem dicemus.

Coordinatio prædicamenti Subſtantiæ.

62 Subſtantia, quæ eſt generaliſſimum genus huius prædicamenti, primo diuiditur in *ſpiritualem*, & *corporeã*. *Spiritualis* diuiditur in varias ſpecies Angelorum. *Corporea* in *incorruptibilẽ*, & *corruptibilẽ*. *Incorruptibilis* diuiditur in varias ſpecies cælorũ (ſi fortè dãtur plures cæli ſpecie diſtincti) & *Planetarũ*, *Corruptibilis* in *viuẽs*, & *nõ viuens*. *Nõ viuẽs* diuiditur in *elemẽtale*, & *mixtũ* & vnũ quodque horũ in varias ſpecies. Viuẽs in *ſenſibile*, & *inſenſibile*. *Inſenſibile*, quod eſt *plãta*, diuiditur in *arborẽ*, & *herbã*. Et quælibet ex his in varias ſpecies. *Senſibile*, quod eſt *animal*, in *hominẽ*, & *brutum*. Denique *brutũ* diuiditur in varias ſpecies. Et *homo* in *Petrũ*, *Ioannẽ*, & reliqua indiuidua. Sic fit deſcenſus à genere ſupremo vſque ad indiuidua. Aſcenſus è contra fit ab indiuiduis vſque ad genus ſupremum, v.g. *Petrus*, *homo animal*, *viuens*, *corruptibile*, *corpus ſubſtantia*. Et eodem modo fit aſcenſus ab indiuiduis contentis ſub alijs ſpeciebus.

DISPVTATIO XVII.

De Quantitate.

LIcèt Quantitas inter prædicamenta accidentium nõ ſit prima in dignitate (qualitas enim excedit in perfectione quãtitatem) nihilominus Ariſtoteles agit de illa immediatè poſt ſubſtantiam: certè non alia de cauſa, vt Boetius docet, niſi quia ſocia eſt ipſius ſubſtantiæ in vno è præcipuis eius attributis, in ſuſtentatione, videlicet, aliorum accidentium: quia, vt dicemus in Phyſ. qualitates nõ ſuſtentãtur immediatè in ſubſtan-

tia,

Digitized by Google

tia, ſed media quantitate. Et proptereà nos Ariſtotelem ſecuti, explicata natura ſubſtantiæ, & eius proprietatibus, gradum facimus ad quantitatem.

SECTIO I.

In quonam conſiſtat formalis ratio Quantitatis.

1 ARiſt. lib. 5. Met. tex. 18. ſic quantum definiuit: *Quantũ dicitur, quod eſt diuiſibile in ea, quæ inſunt, quorũ vtrunq; aut ſingulũ vnũ quid, & hoc aliquid aptũ eſt eſſe.* Aliqui putant hic definiri ab Ariſtot. cõcretum reſultans ex ſubſtantia completa, & quãtitate. Id colligunt tum ex eo, quod hoc eſt, quod abſolute dicitur *Quãtũ*: tum quod in fine definitionis additur, quod ſingulæ partes, in quas diuiditur, debẽt *eſſe vnũ quid, & hoc aliquid*: atqui in phraſi Ariſt. *hoc aliquid* ſignificat ſubſtantiam cõpletã: ergo aperte loquitur de quanto coaleſcente ex ſubſtantiâ completa, & quantitate. Addunt vlteriùs, eſſe malam definitionẽ. Primò: quia cœlum eſt quantũ, & non eſt diuiſibile in partes, cum ſit incorruptibile. Secundo, quia viuentia ſunt diuiſibilia in partes, quæ non ſunt *hoc aliquid*, ſi quidẽ cauda lacertę poſt diuiſionem nõ eſt ſubſtantia completa, ergo prædicta definitio non conuenit omnibus quantis.

2 Hi authores extra mentem Philoſophi eius definitionem explicarunt, & ideo non mirum, quod malam deprehenderint. Dico ergo Ariſtotel. in præſenti non definire quantum coaleſcens ex ſubſtantia completà, & quantitate; ſed ſolam quantitatem quam in præſenti vocat quantam. Id colligitur aperte ex contextu: addit enim immediate poſt definitionem: *multitudo igitur quantum quid eſt, ſi numerabilis eſt; magnitudo verò, ſi menſurabilis*: quibus verbis magnitudinẽ appellat quãtã, & ſtatim ſubiungit, magnitudinẽ diuidi in continua: atqui ſubſtãtia completa affecta quãtitate nõ appellatur magnitudo; ſed magna, ratione quantitatis, quæ propriè dicitur magnitudo: ergo quãtum, quod in præſenti definitur, non eſt aliud pręter quantitatem, quæ propter molẽ partiũ, quibus conſtat, dicitur quanta. Deinde paulo inferius dicit, ſpecies magnitudinis eſſe *longitudinẽ*, quam vocat *lineam*; *latitudinẽ*, quã vocat *ſuperficiẽ*, & *profunditatẽ* quã vocat *corpus*, & addit *lineam eſſe quantũ quiddã per ſe*: atqui linea ſuperficies, & corpus ſunt ſpecies quantitatis in abſtracto, non concreti ex illâ, & ſubiecto reſultantis, vt omnibus compertum eſt: ergo quantitatẽ in abſtracto definiuit Ariſtoteles, & non concretum ex illâ, & ſubiecto reſultãs. Quod clarius exprimit; dum lineam enumerat inter ea, quæ *quantum quiddam per ſe* dicuntur. Si enim lineæ cõpetit eſſe quantum quiddã per ſe; & linea eſt quãtitas in abſtracto, de hac loquitur in definitione.

3 Si

3 Si autem ſola quantitas deſinitur, facile conſtabit, eſſe bonã definitionem ex eius declaratione. Dicitur eſſe *diuiſibile in ea, quæ in ſunt*: quia partes, ex quib⁹ quãtitas coaleſcit, poſſunt mutuó vna ab altera ſepari ab agente corporeo earũ vnionẽ deſtruente. Deinde additur, *quorũ vtrunque: aut ſingulum vnũ quid aptum eſt eſſe*, vt denoterur, partes ex quibus quantitas coaleſcit eſſe tales, quæ ſeiunctæ, ſingulæ ſint quoddã totum, & ſubiũgitur, *& hoc aliquid* quia ita debent eſſe ſingulæ vnum totũ, vt ſint totum eiuſdem rationis cum eo, quod antea cõponebãt: hoc eſt, diuiſibile in alias partes diuiſibiles in alias in infinitũ. Sic explicat hanc definitionẽ PP. Connimb. hic q. 1. art. 1. Et licèt in praſi Ariſt. per *hoc aliquid* abſolutè prolatũ ſignificari ſoleat ſubſtantia cõpleta, id nõ tollit, quod aſſumi etiam poſsint ea verba ad ſignificanda accidentia, quæ totũ quoddam ſunt per ſe, præſertim, quando ex adiunctis, clarè colligitur, in hoc ſenſu prolata eſſe, vt contingit in præſenti. Hinc colliges prædictã definitionem omni quantitati conuenire. Conuenit enim quantitati cœleſti: quia, licet prout exiſtens in cœlo nõ poſſit naturaliter diuidi; id tamẽ prouenit ex diſpoſitionibus, quibus ibi eſt adiuncta non ex natura ipſius quantitatis; hæc enim quatenus ex ſe eſt, diuiſibilis eſt. Deinde conuenit quantitati viuentiũ: quia licet hæc non poſsint diuidi in partes, quæ ſint viuentia completa, nihilominùs quantitas talium partium eſt quantitas completa in ratione quantitatis poſt diuiſionem, & ideò verificatur, quod quantitas exiſtens in viuente ſit diuiſibilis in alias quãtitates totales. Idem dicito de quantitatibus aliarum ſubſtantiarum.

Explicatur, quænam inueniantur in Quantitate?

4 HÆc circa definitionem Ariſtot. Nunc eſt difficultas: an ſit eſſentialis, vel deſcriptiua? Pro cuius ſolutione explicare oportet, quænã ſit ratio formalis, ſeu eſſentia quantitatis: & inde facile colligetur, quid dicendũ ſit circa prædictã definitionẽ. Plura ergo inueniuntur in quãtitate, de quibus dubitari poſſet, an ad formalem eius rationem ſpectent? In primis enim conſtat partibus, quę ſunt impenetrabiles inter ſe ſe, & cum partibus alterius quãtitatis. Porro impenetrabile cum alio id dicitur, quod vim habet arcendi illud à ſuo loco, prohibẽdo, ne in illud ſimul ſecũ ingrediatur. Vnde, ſi aliquid aliud locũ huius nõ poſsit penetrare ratione propriæ naturæ, & non ex vi huius, nõ dicetur hoc impenetrabile cũ illo. Propterea præſentia Angeli Michaelis in hoc loco nõ dicitur impenetrabilis cum præſentia cõſtituente Gabrielem in alio loco, licet præſentia huius non poſsit penetrare locũ præſentiæ illi⁹: quia, videlicèt, id nõ oritur ex eo, quod præſentia Michaelis vi ſua impe-

diat, ne præſentia Gabrielis in eius locum ingrediatur; ſed ex eo, quod quælibet præſentia ita eſt affixa ſuo loco, vt non poſſit ad alium transferri. Hęc doctrina eſt maximè obſeruanda vt valde vtilis ad plures quæſtiones infra reſoluendas.

5 Deinde, quantitas conſtat partibus petentibus occupare diuerſum locum: nam, cùm ex naturâ ſua petant, ſe pellere ab eodem loco, ſingulis debeatur neceſſe eſt diuerſus locus. Hinc oritur, quod ſi ſuæ naturæ relinquantur prædictæ partes; habeant ſemper, & actualem impenetrationē, & actualem extenſionem. Hæc cōſiſtit in forma poſitiua conſtituente partes qātitatis in diuerſis locis: illa ſupra hanc formā addit, quod vna non ſit in loco alterius, quod quidem fieri poterat per aliquā aliā præſentiam. Vtroque hoc actu caret quantitas Chriſti Domini in Euchariſtia: quia præſentia eius eſt talis naturæ, quæ conſtituit totum corpus Chriſti Domini in ſingulis partibus ſpatij, & propterea neque habet extenſionem, quæ ex natura ſuâ conſtituit ſingulas partes corporis in ſingulis partibus ſpatij; neque habet impenetrationem ipſarum partium, ſi quidem omnes partes ſunt ſimul in ſingulis partibus ſpatij.

6 Ex his duo alia oriuntur in quantitate, nēpe, & quòd aſſumi poſſit vt menſura ad alia menſuranda; & quod ipſa mēſurari poſſit per aliā: quia, eo ipſo quòd habet partes extra partes cōſtituentes certam magnitudinem, poteſt conferri cum aliâ, vt dignoſcatur quāta ſit huius magnitudo: & alia poſſunt aſſumi ad illius magnitudinē dignoſcendam. Sic mercatores vtuntur menſura lignea (quā vlnam vocant) ad extenſionem panni diſcernendam & palmus aſſumitur ad dignoſcendā extenſionem vlnæ. Datur præterea in quātitate diuiſibilitas, ratione cuius poſſunt partes eius, quatenus eſt ex ſe, mutuò ſeparari ui agētis corporei per corruptionem vnionis earum inter ſe. His poſitis.

Conceptus formalis quantitatis exponitur.

7 Dicendum eſt, quantitatem conſtitui formaliter in eſſe talis per hoc, quod eſt eſſe ratione ſui impenetrabilem. Explico concluſionem. Impenetrabile cum alio diximus eſſe id, quod vim habet excludendi illud à ſuo loco. Cæterum poteſt hæc vis conuenire alicui entitati vel ratione ſui, vel per aliam formam illi ſuperadditam: dicimus ergo quantitatem ratione ſui, & non per formam ſuperadditā habere hanc vim, & in ea cōſiſtere rationem formalē, ſeu eſſentialem propriā quantitatis. Ita P. Hurt. in Met disp. 13. ſect. 4. n. 39. P. Arri. disp. 3. ſect. 1. ſub ſect. 2. & communiter recentiores. Probatur: quia impenetrabilitas ſic explicata eſt ita propria ſolius quantitatis, vt per eam differat à quocunq; alio, & ſit radix reliquorū, quæ diximus inueniri in quan-

conſequens nulla ſeparabitur ab alijs.

10 Deinde neque poſſet agens corporeum vnionem corrumpere introducendo formam incōpoſsibilem cum tali vnione: quia vel nullam talem formam poteſt producere agēs corporeum; vel, ſi eā poteſt, nequit tamen illam producere, niſi in paſſo extenſo, vt dicemus in Phyſ. loco citato: ergo nullo modo poteſt quantitas ab agente naturali diuidi, ſi non habeat extēſionē: ergo, cum hęc ſupponat, ſeu proueniat quātitati ab impenetrabilitate; ab eadem etiā proueniet diuiſibilitas proximā, imò, & remota, ac radicalis (ſi ab impenetrabilitate diſtinguatur) quia ſicut diuiſio actualis ſupponit extēſionē, ita etiā capacitas radicalis diuiſionis cōuenire debet quantitati ex eo, quod petat extenſionem: atqui quantitas ex eo, quòd eſt impenetrabilis, petit extenſionem: ergo ex eo etiā, quod eſt impenetrabilis eſt capax diuiſionis. Ex omnibus dictis concluditur, impenetrabilitatem radicalem eſſe rationem formalem primariam, & eſſentialem quātitatis vt talis. Deinde conſtat definitionem quantitatis, quam ſupra diximus traditam ab Ariſt. eſſe deſcriptiuam: quia datur per diuiſibilitatem, quæ eſt proprietas quantitatis, vt conſtat ex dictis.

11 Sed Obijcies primò contra hanc concluſionē impenetrabilitas eſt negatio potentiæ ad penetrationē: ſed ratio formalis quātitatis nō poteſt conſiſtere in negatione, ſiquidē in cōſenſu omnium eſt entitas poſitiua: ergo nō poteſt cōſiſtere in impenetrabilitate. Nego maiorē: quia dixi ſupra, impenetrabilitatē eſſe virtutem vnius ad excludendum aliud à ſuo loco quæ virtus poſitiua eſt. Obijcies ſecundo: impenetrabilitas aufertur à quantitate Chriſti D. in Euchariſtia quia partes eius penetrātur inter ſe, & cum quantitate ſpecierū ſacramētalium: ergo nō poteſt eſſe ratio formalis, & eſſentialis ipſius quantitatis. Reſpondeo auferri quidē impenetrationem actualē: non vero impenetrabilitatem: quia ibi perſeuerat in quantitate Chriſti Domini virtus, vt partes eius, & ſe mutuò, & quācunq; aliam quantitatem excluderent à ſuo loco, ni miraculosè impediretur, & ideò negandū eſt antecedens obiectionis.

Cum quonam quantitas ſit impenetrabilis.

12 HVcuſq; probatū eſt rationē formalē quantitatis vt talis cōſiſtere in impenetrabilitate. Explicandū reſtat, cum quonam debeat eſſe impenetrabilis. Et quidem in ſententia Ariſt. aſſerentis, quantitatem coaleſcere ex partibus infinitis, quarum quælibet eſt diuiſibilis in alias, & alias in infinitum, facile expedietur difficultas ſi dicatur *quantitas eſſe accidens conſtans partibus impenetrabilib' inter ſe.* Et, cùm, partes vnius quātitatis ſint eiuſdē rationis cum partibus alterius, eo ipſo quod inter

ſe

15 Dices: id, cum quo de facto non poteſt penetrari quantitas, eſt alia quantitas, & nō aliud præter illam, quia cum omnibus alijs poteſt penetrari: ergo perinde eſt dicere in definitione, quod ſit *impenetrabilis cum aliquo alio*, ac dicere, *quod ſit impenetrabilis cum alia quantitate.* Conceſſo antecedente, nego conſequētiā: quia ex vna parte ad exprimendū conceptum quantitatis, per quem conſtituitur in eſſe diſtincto à quolibet alio ente, ſufficit cōcipere, eſſe impenetrabilem cum aliquo alio (etiam ſi non concipiatur expreſsè, quod nam ſit hoc aliud) quando quidem nulli alteri conuenit impenetrabilitas cum aliquo alio, niſi ipſi quātitati: ex alia verò parte ſi in definitione exprimeretur, quod illud aliud eſt quantitas alia ab ea, quę definitur, non poſſet definiri quantitas in communi præſcindens ab omnibus quantitatibus; ſed definiretur quantitas iam contracta per aliquam differentiam ſpecialem, ratione cuius conſtitueretur diſtincta ab aliâ quantitate: hoc autem dici nequit, vt probatum eſt num. 13. & ideo eſt neceſſarium, quod explicetur definitio modo quo eſt à nobis tradita.

16 Obijcies: ſi non eſſet poſſibile, niſi vnum indiuiduum quantitatis omnino indiuiſibile, hoc eſt, nullis conſtās partibus, illud eſſet quātitas; & tamen non eſſet impenetrabile cum alio; quia, ſi cum aliquo, maximè cū aliâ quantitate, quam ſupponimus impoſſibilem: ergo eſſentia quantitatis non conſiſtit in impenetrabilitate. Reſpōdeo: vel in eo caſu eſſet poſſibile aliquid aliud, cum quo non poſſet penetrari illud indiuiduum quantitatis; vel non eſſet poſſibile. Si primum: iam maneret cum impenetrabilitate requiſita ad rationem formalem quātitatis. Si ſecundum: non poteſt admitti caſus; quia, cum ex effectibus proprijs quātitatis probaueri mus, impenetrabilitatem eſſe rationem formalem, & propriam quantitatis, implicatur in terminis, dū admittitur quantitas; quæ non ſit impenetrabilis. Id, quod vrgeri poteſt hoc exemplo: rationem formalē hominis vt talis dicim⁹ eſſe rationalitatem, quia ex effectibus, quos hucuſq; vidimus, colligimus eam eſſe primariā hominis rationem, & radicem reliquorum, quæ in illo reperiuntur: hoc ergo ſuppoſito, liceret ne ſic argumentari? Demus casū, in quo non ſit poſſibile niſi vnum indiuiduum hominis, cui ſit impoſſibilis ratiocinatio; in illo caſu ille eſſet homo, & nō eſſet rationalis: ergo non eſt de eſſentia hominis eſſe rationalem? Certè hic caſus implicaret in terminis: quia, ſi ſemel naturali ducti ratione ſupponimus, eſſentiam hominis eſſe rationalitatem, qua ratione poteſt admitti poſſibilis homo, qui non poſſit ratiocinari? Idem contingit in tua obiectione, & ideo nullatenus admittēdus eſt caſus à te poſitus.

SECTIO II.

An quãtitas diſtinguatur realiter à materia prima?

17 Nominalium ſententia fuit, quantitatem non diſtingui realiter à materia prima: eos refert P. Suar. in Met. diſp. 40. ſect. 2. In hanc ſententiam inclinat P. Arriag. in Met. diſp. 5. ſect. 1. ſub. ſect. 1. & probabilẽ putat P. Hur. diſp. 13. ſect. 2. Ratio eſt: quia nõ ſunt multiplicandæ entitates ſine neceſsitate, aut fundamento efficaci ad id cogente: ſed nulla vrget neceſsitas, aut fundamentũm efficax ad diſtinguendam realiter quantitatem à materia prima: ergo non eſt, cur diſtingui dicatur. Confirmatur quia materia prima per ſe ipſam eſt receptiua formarum ſubſtãtialiũ: ergo & per ſe ipſam petit ea, quæ neceſſaria ſunt ad earum receptionem: atqui vnum ex requiſitis ad harum receptionem eſt extenſio actualis, & impenetratio: ergo per ſe ipſam petit materia prima hosa ctus. Cũ autem eſſentia quantitatis conſiſtat in exigentia horum actuum, vt diximus ſect. præcedente, ipſa entitas materiæ erit realiter eſſentia quantitatis.

18 Oppoſita ſententia tenenda eſt: eam docuit S. Thom. 3. par. quæſt. 77. art. 2. & in 4. diſt. 12. quæſt. 1. art. 1, Scot. Durand. Richar. & alij Doctores ibidem Capreol. in 2. diſt. 18. art. 2. & eſt communis omnium Thomiſtarũ, quos refert, & ſequitur P. Suarez ſupra num. 7. & 8. Probatur ex Ariſtot. lib. 7. Met, tex. 8. vbi cũ dixiſſet materiã primã eſſe ſubſtãtiam addidit; *longitudo, latitudo, & profunditas quantitates quadã ſunt; ſed non ſubſtantia, quantitas enim non eſt ſubſtantia, ſed magis, cui hæc primo inſunt, illud eſt ſubſtantia*. Quibus verbis clarè docet, quãtitatẽ diſtingui à materia prima, & idẽ docet pluribus alijs in locis, quæ refert P. Suar. ſuprà. Probatio huius ſententiæ ſumitur ex ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento, in quo quantitas panis, & vini ſeparatur ab his ſubſtantijs: quia per conſecrationẽ deſinunt eſſe tales ſubſtãtię, vt docet fides; & perſeuerat quantitas, vt experientia oſtendit: tum quia accidẽtia ibi remanentia ſeruant partes impenetrabiles inter ſe, & cum quauis alia quantitate extenſa: tum etiam quia agentia naturalia producunt ibi calorem, frigiditatem, humiditatem, &c. corrumpendo qualitates contrarias, quæ anteà ibi erant: ergo datur ibi cõmune ſubiectum, in quo qualitates eas denuo producant, & à quo oppoſitas remoueant; quia vt dicemus in Phyſ. nullum agens naturale poteſt effectum aliquẽ producere, niſi in ſubiecto, atqui nullum aliud ſubiectum præter quãtitatem poteſt ibi aſsignari ad recipiendum calorem, & frigus, humiditatem, & ſiccitatem, &c. ergo fateri debemus permanere ibi quantitatem.

19 Reſ-

19 Respondent Nominales, ibi manere quantitates identifica tas realiter cum qualitatibus ibi perſeuerātibus, putāt enim quodlibet accidens corporeum habere ſuam quantitatē ſecum identifica tā, ratione cuius partes eius ſunt impenetrabiles inter ſe, & cum quouis alio accidente eiuſdē ſpeciei. Deinde addunt, non eſſe ibi ſubiectum aliquod cōmune qualitatum, in quo agentia naturalia eas producant, & ideò nihil ibi ab his agentibus produci poſſe; Deū tamen, vt, myſterio abſcondito, ſuus fidei locus relinquatur, producere per creationem ad præſentiam agentium naturalium, qualitates, quas ipſa aliàs producerēt, & oppoſitas corrumpere. Hęc reſponſio mihi diſplicet quoad vtrāque partem. Et, vt ab hàc vltimà incipiamus: quotieſcunque effectus aliquis ponitur ad præſentiā cauſæ naturalis, tribuendus neceſſariò eſt tali cauſæ, niſi Fides, aut ratio efficax oppoſitū ſuadeat: at qui in præſenti neque Fides docet, ea accidentia non oriri à propriâ, & connaturali cauſa applicatâ, vt conſtat; neque ratio aliquâ vel leuiter id probat, vt conſtabit ex ſolutione eorum, quæ pro contrariâ ſententiâ afferuntur: cur ergo negabimus, eos effectus à ſuis cauſis oriri, & cōfugimus ad miracula.

20 Veniamus ad primam partē. Dicis, perſeuerare ibi quantitates identificatas realiter cum accidentibus panis; quia proprium eſt accidentium materialium cōſtare partibus ratione ſui impenetrabilibus inter ſe ſe, & cum alijs accidētibus eiuſdem ſpeciei. Sed contra: impertinens omnino eſt hæc impenetrabilitas in ijs accidentibus: ergo non eſt illis concedenda. Probo antecedēs: quia ea accidentia ex natura ſua petunt, ita eſſe intimè penetrata cum ſubſtantia corporea tanquā cum ſubiecto, ſit nulla vt agentium naturalium poſsint ab ea ſeparari: ſed eo ipſo quod penetrata ſint cū ſubſtātia corporea, erunt partes eorū impenetrabiles inter ſe, & cū alijs eiuſdē ſpeciei, ratione quātitatis ipſius ſubſtātiæ: ergo ſuperflue datur illis impenetrabilitas ratione ſui. Minor eſt certa: quia, cùm ita penetrata ſint cum ſubſtantia; vt ſingulæ partes cuiuslibet ex illis accidentibus intimè affixę ſint ſingulis partibus ſubſtātię, & partes huius non poſsint penetrari inter ſe ratione propriæ quātitatis, neceſſariū eſt, quod neque penetrari poſsint inter ſe partes ſingulorū accidentiū. Deinde, cum quodlibet aliud accidens eiuſdē ſpeciei debeat eſſe affixum intimè alteri ſubſtantiæ quantæ, & vna ſubſtantia quāta nō poſsit penetrari cum alia diſtincta etiam quanta, neceſſarium eſt, quod non poſsint penetrari inter ſe accidentia, quæ in diuerſis illis ſubſtantijs ſubiciātur ergo quantitas ſubſtantiæ erit ſufficiens ad hoc, vt talia accidentia nō ſint penetrabilia ex natura rei, ad quid ergo tribuentur illis propriæ quantitates diſtinctæ à quantitate ſubſtantiæ?

21 Dices illas concedendas eſſe, vt ſi aliquando ſeparentur à ſubſtantia, ſint ratione ſui impenetrabiles. Sed contra: illis repugnat ex naturâ rei ſeparari: ergo illis repugnat ex naturâ rei quidquid non eſt neceſſarium, niſi ad ſtatum ſeparationis. Cõfirmatur: eo ipſo quod ijs accidentibus repugnat ex natura rei ſeparari à ſubiecto, repugnat illis ex natura rei actio, quæ nõ eſt neceſſaria niſi ad conſeruanda illa ſeparata. (Id ad nititur ab omnibus, & propterea dicunt, creationem, per quã hæc accidentia conſeruantur ſeparata à ſubiecto, eſſe illis ſupernaturalem, aut ſaltem non eſſe cõſonam naturæ eorum.) Ergo eo ipſo quod eiſdem accidẽtibus *repugnat ex natura rei* ſeparari à ſubſtantia, repugnare debet illis ex naturâ rei cõceptus quantitatis, qui non eſt illis neceſſarius, niſi ad ſtatum ſeparationis: ergo non eſt concedendus conceptus quantitatis cum illis realiter idẽtificatus.

22 P. Arriag. ſupra n. 4. aliter reſpondet: dicit enim, ſimul cum ſpeciebus ſacramentalibus manere vbicationem, ſeu pręſentiã materiæ primæ idẽtificatæ cum quãtitate, & addit hanc præſentiam eſſe, quæ immediatè fundat impenetrationem cum alijs rebus habentibus ſimilem præſentiam, & ideò ratione huius non poſſe penetrari accidentia Euchariſtica cum alijs diſtinctis, neque eorum partes inter ſe. Sed contra: duo hic diſtinguenda ſunt, nempè & id, quod eſt cauſa immediata impenetrationis, & conditio requiſita ex parte cauſæ ad cauſandam talem impenetrationẽ. Fateor ergo vbicationem, ac præſentiã propriam, & connaturalem quantitatis eſſe conditionem requiſitã ex parte ipſius quãtitatis ad cauſandam impenetrationem actualem; non tamen eſt cauſa immediata talis impetrationis: quia id eſt cauſa immediata impenetrationis actualis, quod, poſitis omnibus cõditionibus, vi propria, & ratione ſui impedit ingreſſum alterius corporis in ſuum locum: atqui vbicatio quantitatis nõ impedit vi propria talem ingreſſum; ſed eſt tantum conditio, qua poſita quantitas illũ impedit ingreſſum. Alioqui ſicut in ſententia diſtinguente quantitatem à materiâ primâ, licet hæc ſit radix illius, nihilominus illa ſola dicitur quãtitas formaliter, quia ipſa vi propria, & ratione ſui impedit penetrationem; ſic etiã vbicatio illa dicenda eſſet quantitas formaliter, quia illa eſſet, quæ vi propria, & ratione ſui impediret penetrationẽ: atqui id nõ concedis, neque vllus ſanæ mẽtis cõcedet: ergo dicendũ nõ eſt, vbicationẽ materię primę eſſe cauſam immediatã impenetrationis; ſed ſolùm conditionẽ requiſitam ad hoc, vt materia, ſeu quantitas cauſet immediatè ipſam impenetrationem. Si autem ſolum eſt cõditio, non poterit eſſe in cauſa, vt ratione illius ſolius impediatur penetratio accidentium ſacramẽtalium, quia ſicut id, quod eſt tantum

tum conditio, vt ignis calefaciat non poteſt abſente igne calefacere: ſic etiam, quod eſt tantùm cōditio vt quantitas cauſet impenetrationem, non poterit eam cauſare abſente quantitate.

23 Ad rationē oppoſitæ ſententiæ reſpōdeo, negando minorem, nempè, quod non ſit fundamentum aliquod efficax ad diſtinguendam quantitatem á materiâ primâ: quia in primis pro hàc parte ſtat authoritas Ariſt. & fere omnium philoſophorum id aſſerentium. Secundo: idem confirmat Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, in quo remanent accidētia impenetrabilia abſque vllà materiâ primâ, aut ſubſtantiâ: atqui nequeunt eſſe impenetrabilia ratione alicuius diſtincti â quantitate, quæ antea erat in ſubſtantiâ, vt probatum eſt: neque aliàs eſt aliquod fundamentum ad aſſerendum, ibi dari nouum miraculum ad hoc vt non penetrentur talia accidentia cum alijs eiuſdem rationis: ergo concedendum eſt perſeuerare ibi quantitatē ſeparatam â materia prima. Si autem ſeparatur, diſtinguatur ab illa neceſſe eſt. Ad confirmationem, conceſſo primò antecedente, diſtinguo cōſequens: ergo per ſe ipſam proximè vel remotè petit ea, quæ neceſſaria ſunt ad receptionē formarum ſubſtantialium, concedo: per ſe ipſam proxime tantum, nego conſequentiam. Deinde, conceſſa minori, diſtinguo cōſequēs: ergo materia prima per ſe ipſam petit proximè, vel remotè hos actus, concedo: proximè, nego cōſequentiam. Itaque non eſt neceſſariū, quod materia proxime petat ea omnia, quibus diſponitur ad receptionem formarum ſubſtantialium; ſed ſufficit, quod aut proximè ea petat, aut remotè; neque enim vllum eſt fundamentū, quod oppoſitum ſuadeat. Materia, ergo, licèt nō immediatè exigat extenſionem, & impenetrationem; petit tamen illa mediatè: quatenùs immediatè petit quantitatem, â quâ immediatè procedunt tales actus.

SECTIO III.

An partes integrātes cōueniāt materiæ primæ ratione quantitatis;

24 PArtes integrantes dicuntur illæ, quæ ita concurrunt ad conſtituendum compoſitū ex illis coaleſcens, vt non ſe habeant tanquam ſubiectum, & forma (ad diſtinctionem partium eſſentialiū, quæ ſemper ſe habent vt ſubiectū & forma. In quo vero cōſiſtat ratio ſubiecti, & ratio formæ dico in lib. Phyſic. diſput. 2. & 3.) tales ſunt brachia pectus, caput, &c. in homine: & guttæ aquæ in aquâ, &c. Deinde partes integrātes alicuius rei poſſunt conſiderari, vel vt diſtinctæ ſunt inter ſe, vel vt aptæ ſunt, aut petunt occupare diuerſum locum. Eſt ergo difficultas in præſenti, an effectus formalis quantitatis ſit tribuere materiæ primæ partes integrantes in-

inter ſe diſtinctas; vel ſolum his iam diſtinctis inter ſe ex parte ipſius materiæ, tribuere aptitudinē proximam ad occupādum diuerſum locum.

Proponitur ſententia Thomiſtarū, & P. Vazquez.

25 PRima ſententia tenet, effectum formalem quantitatis eſſe tribuere materiæ partium diſtinctionem non ſolùm in ordine ad occupandum diuerſum locū, ſed etiā in ordine ad ſe, ita vt materia nullas habeat partes interſe diſtinctas ratione ſui; ſed ratione ſolius quantitatis. Hanc tenet Capreol. in 2. diſt. 3. q. 1. art. 3. ad vltimū Scoti contra 2. cōcl. & diſt. 18. q. 1. ſequitur Sonzi. 5. Met. q. 19. & eſt ſatis vulgaris inter Thomiſtas, quibus ſubſcripſit P. Vazquez tom. 3. in 3. p. diſp. 190. nu. 25. Probatur primo: quia de conceptu quantitatis vt talis eſt eſſe diuiſibilē in partes etiam diuiſibiles in alias, &c. vt docet Ariſt. adductus ſupra num. 1. & explicat. num. 3. ergo, ſi quidquam aliud eſt diuiſibile in partes, non poteſt id habere ratione ſui; ſed ratione quantitatis, alioqui iam id non eſſet proprium quantitatis vt talis: atqui, ſi materia prima ratione ſui haberet partes integrales inter ſe diſtinctas, eſſet diuiſibilis ratione ſui, & non ratione quantitatis: ergo dicenda eſt eas non habere niſi à quantitate. Minor eſt certa, quia Deus poſſet materiam à quantitate ſeparatam diuidere in ſuas partes, corrumpendo vnionem, quà copulantur inter ſe.

26 Confirmatur primo: quia habere partes extēſas eſt effectus formalis accidētarius in materiâ, ſicut eſſe albam: ergo ſicut eſſe albam habet formaliter ab albedine, ita, & conſtare partibus extenſis habebit formaliter à quantitate. Antecedens probatur: quia nō eſt de eſſētia materiæ habere partes extenſas; alioqui, vt quid addenda eſſet illi quantitas? Ergo eſt illi accidentale. Confirmatur ſecundo: quia, ſi materia haberet partes integrātes ratione ſui, vna materia eſſet maior altera ratione ſui, & nō ratione quantitatis: atqui eſt cōtra Ariſt. & omnes philoſophos aſſerentes, omnem magnitudinem eſſe quātitatem, & ab illa prouenire maioritatem, aut minoritatem: ergo; &c. Maior eſt certa: quia ſi vna materia poſſet habere plures partes, quā alia: ergo poſſet eſſe maior ratione ſui. Confirmatur tertiò, quia materia ratione ſui eſt pura potentia: ergo non poteſt ratione ſui habere partes diſtinctas. Conſequentia probatur: quia omnis diſtinctio ſumitur ab aliquo actu, vt docet Ariſt. 7. Met. tex. 49.

27 Nunquam potui aſſentire huic ſententiæ. Primò: quia materia prima diſtinguitur realiter & à parte rei à quantitate, ita vt ex parte materiæ, vt diſtinctæ à quantitate nihil quantitatis includatur; neque è contra, ex parte quantitatis, vt diſtinctæ a materia,

ria, nihil materiæ includatur, vt conſtat ex dictis ſectione præcedente, & admittunt Tomiſtæ, cũ quibus concertatio eſt in præſenti. Vel ergo vt diſtincta realiter à quãtitate eſt entitas omnino ſimplex, vel compoſita ex partibus integralibus. Si primum: non poteſt accipere à quantitate partes, quæ ſint partes integrantes ipſam materiam, quia quod omnino ſimplex eſt non poteſt integrari ex partibus; & propterea anima rationalis, licet in ſentẽtia aduerſariorum ſimul cum materiâ recipiat quantitatem, non poteſt accipere ab iſta partes integrantes. Si dicatur ſecundum: ergo, cûm materia vt diſtincta à quantitate ſit ſubſtantia, debet coaleſcere ex partibus ſubſtãtialibus. Patet cõſequentia: quia cõpoſitum nihil aliud eſt niſi ſuæ partes, & vniones, quibus eæ partes connectuntur inter ſe: ſi autem compoſitũ eſt ſubſtantiale, partes eius debẽt eſſe ſubſtãtiales, cum ſint de integritate ſubſtantiæ compoſitæ, de cuius integritate nullũ poteſt eſſe accidẽs, vt dicemus in Phyſic. & cõſtat ex diſp. 16. ſect. 1. atqui materia non poteſt accipere à quantitate partes ſubſtantiales: ergo eas habet ratione ſui.

28 Minorem probo: quia non poteſt eas accipere à quantitate tanquàm à cauſa formali; nã cauſa formalis vt talis nihil aliud tribuit effectui formali niſi ſe ipſam; cum autem quantitas ſecundùm ſe non ſit formaliter ſubſtantia, non poteſt tribuere formaliter materiæ partes ſubſtantiales. Neque poteſt materia eas accipere à quantitate tanquàm à cauſa efficienti: tum quia quantitas non eſt cauſa efficiens ſubſtantiæ, præſertim materiæ primę, quæ ex vna parte ſupponi debet producta ante quantitatem, cum illa ſit ſubiectum huius; ex alia vero produci debet per creationem, quam nullum agens creatum ſaltem ex natura rei poteſt attingere, vt dicemus in Phyſic. ex communi omnium philoſophorum conſenſu: tum etiam, quia licet, quantitas eas partes efficeret, eſſent nihilominus realiter diſtinctæ ratione ſui, & non ratione quantitatis formaliter; quia effectus realis non diſtinguitur realiter ab alijs, ratione cauſæ efficientis formaliter; ſed ratione ſuæ entitatis realis, vt nullus non fatetur: ergo nullatenus dici poteſt, effectum formalem quantitatis eſſe tribuere materiæ partes integrantes inter ſe diſtinctas.

29 Dices primò, materiam primam vt diſtinctam realiter à quantitate neque eſſe ſimplicem, neque compoſitam; ſed præſcindere ab vtroque. Sed contra eſt, quod compoſitio realis, & ſimplicitas realis, inuoluunt terminos contrariè oppoſitos, compoſitio enim eſſentialiter eſt ex partibus; & ſimplicitas eſſentialiter dicit non habere partes: ergo alterutrum debet conuenire realiter materię primę vt diſtinctę realiter à quantitate: quia, *quodlibet eſt, vel non eſt*, & ideò, ſi vnum ex

lis contradictorijs non conuenit materiæ primæ, conueniat aliud neceſſe eſt. Vel ergo materia vt diſtincta realiter à quãtitate eſt realiter compoſita; vel non eſt compoſita, Si primũ:habeo intentum. Si ſecundũ: eſt ſimplex, quia,eo ipſo quod eſt entitas realis,& non eſt realiter compoſita, debet eſſe realiter ſimplex.

30 Dices ſecundò, materiam vt diſtinctam à quantitate habere partes in potentia,& non in actu, & ideò eſſe compoſitam in potentia, non in actu. Sed contra: materia vt diſtincta à quantitate eſt ens, non merè poſsibile;ſed in actu,& exiſtens; neque enim vllus eſt: qui dicat materiam exiſtere per quantitatem formaliter; ſed vel per exiſtentiam formæ, vt aſſerunt Thomiſtæ, vel per exiſtentiã propriam,vt nos dicemus in Phyſic. vel ergo materia prout ens in actu diſtincto à quantitate inuoluit actu plures partes, vel non. Si primum: ergo prout diſtincta à quantitate eſt compoſita, non in potentia; ſed in actu, quia id eſt compoſitum in actu, quod actu inuoluit plures partes. Si dicatur ſecundũ,ergo actu eſt entitas ſimplex:ſed quod actu eſt entitas ſimplex non poteſt ex partibus coaleſcere, quantumuis cõiungatur cũ forma habente partes; vt clarè cõſtat in anima rationali,quæ in tua ſententia ſimul cum materia recipit quantitatem habẽtem partes integrantes, & nihilominus nullatenus poteſt coaleſcere ex partibus; certè non alia de cauſa, niſi quia in ſe eſt ſimplex actu. Idem ergo dicito de materia prima.

31 Confirmatur: quia materiam habere partes in potẽtia vel eſt,quod poſsint illi denuo aduenire partes diſtinctæ ab illius entitate; vel quod ipſa entitas materiæ eadem perſeuerans poſsit fieri plures partes. Non hoc vltimum: quia id,quod in ſe eſt actu vnum, & ſimplex, non poteſt idem perſeuerans fieri plures: nam ſi idem perſeuerat, perſeueret vnum, & ſimplex neceſſe eſt: vnum autem, & ſimplex vt tale repugnat eſſe multiplex, vt ex ipſis terminis cõſtat. Si dicatur primum: rogo, an partes denuo aduenĩetes ſint ſubſtantiales omnino diſtinctæ à partibus quantitatis denuo aduenientibus; vel an ſolum ſint ipſę partes quantitatis? Si reſpondeas hoc vltimum: non poſſunt eæ partes dici eſſe partes materiæ; ſicut neque poſſunt dici eſſe partes animæ rationalis, etiamſi in tua ſententiâ adueniant animæ rationali. Si reſpondeas illud primũ, eæ partes ſubſtantiales prout diſtinctæ omnino à partibus quãtitatis nõ ſunt in ſe vnum quid ſimplex; ſed plura, cum ſint plures partes: ergo prout diſtinctæ à quãtitate diſtinguuntur inter ſe, ac per conſequens non habent diſtinctionem formaliter à quantitate, ſed per ſe ipſas.

Tẽperatur prædicta ſentẽtia à Thomiſtis recentioribus.

32 PRopter hæc argumẽta, quæ certè maximam vim habẽt nonnulli recentiores Thomiſtæ tem-

temperarunt ſententiam antiquorum. Dicunt ergo, diſtinctionem poſſe duplici modo conſiderari: vno prout opponitur vnitati omnino ſimplici; altero modo prout opponitur cõfuſioni. Si diſtinctio ſumatur primo modo, dicitur materiam habere à ſe, & non à quantitate partes diſtinctas, quia in ſe non eſt vna entitas omnino ſimplex: ſi verò ſumatur ſecundo modo, dicunt habere à quãtitate partes diſtinctas: quia licet in ſe habeat plures partes, quarũ vna entitatiuè non eſt alia; eas tamen habet confuſas, quouſque illi adueniat quantitas, quæ eas explicet, & confuſionem tollat.

33 Hoc autẽ ſic explicant. De ratione partium integralium eſt, quod vna nõ vniatur penetratiuè ſecundũ ſe totã alteri (ſicut vniuntur partes eſſentiales, quales ſunt materia, & forma; hæc enim ſecũdùm ſe totã vnitur illi ſe penetrando cum tota illa) ſed ſolùm ſecundùm vnam extremitatẽ, ita vt vna extremitas huius partis vniatur cum alia extremitate alterius: atque adeò non dabuntur partes integrantes vbi non datur vna, & altera extremitas, ratione quarum poſsint inter ſe vniri, & vnũ totum integrare. Cum autẽ non poſsint inueniri vna, & altera extremitas ſine extenſione, & hæc proueniat materiæ à quãtitate, neceſſarium eſt, quod partes integrantes ipſius materiæ proueniãt etiã illi à quantitate. Hac verò ablata tolluntur omnes extremitates, & omnia indiuiſibilia, ratione quorum partes materiæ vniebantur integraliter (quia vniebãtur per pũcta, lineas, & ſuperficies, quæ ſunt indiuiſibilia propria ſolius quantitatis) & ideo licet maneat tota entitas partiũ materiæ; manet tamen confuſa, & per modũ vniꝰ, ita vt nõ poſſit dici manere ibi vnã, & alteram partẽ integralẽ formaliter; ſed ſolùm radicaliter. Hanc doctrinam cõfirmant prędicti authores pluribus teſtimonijs Angelici Doctoris: quibus infra reſpõdebimus.

34 Acutè ſunt hæc excogitata ſed multis mihi videntur difficultatibus implicari. Et in primis certum eſt, materiam primã cum ſuis partibus, quãdo ſunt ſub quãtitate, diſtingui realiter ab ipſa quãtitate. Nullus hoc negabit: quia materia eſt ſubſtãtia; quantitas accidens phyſicum: materia eſt ſubiectũ reale quãtitatis, ita vt in parte materię ſubiectetur pars quãtitatis, & tota quãtitas in tota materia: ſubſtantiam autem, & accidẽs phyſicum, ſubiectum reale, & formã talis ſubiecti nullus eſt, qui nõ dicat, diſtingui realiter. Sic igitur argumentor. Partes integrales materiæ, imò & totius compoſiti ſubſtãtialis (quia in ſententia aduerſariorum hoc etiã habet partes integrales á quantitate) exiſtentes ſub quantitate prout diſtinctæ realiter à partibus quãtitatis, vel vniuntur inter ſe per indiuiſibilia diſtincta ab indiuiſibilibus quantitatis; vel per ipſa indiuiſibilia quantitatis.

35 Si dicatur primum: ergo ex parte ſubſtantię prout diſtincta à quan-

3 Si autem ſola quantitas definitur, facile conſtabit, eſſe bonã definitionem ex eius declaratione. Dicitur eſſe *diuiſibile in ea, quæ in ſunt*: quia partes, ex quib' quãtitas coaleſcit, poſſunt mutuò vna ab altera ſepari ab agente corporeo earũ vnionẽ deſtruente. Deinde additur, *quorũ vtrunque: aut ſingulum vnũ quid aptum eſt eſſe*, vt denotetur, partes ex quibus quantitas coaleſcit eſſe tales, quæ ſeiunctæ, ſingulæ ſint quoddã totum, & ſubiũgitur, *& hoc aliquid* quia ita debent eſſe ſingulæ vnum totũ, vt ſint totum eiuſdem rationis cum eo, quod antea cõponebãt: hoc eſt, diuiſibile in alias partes diuiſibiles in alias in infinitũ. Sic explicãt hanc definitionẽ P P. Connimb. hic q. 1. art. 1. Et licèt in praſi Ariſt. per *hoc aliquid* abſolutè prolatũ ſignificari ſoleat ſubſtantia cõpleta, id nõ tollit, quod aſſumi etiam poſsint ea verba ad ſignificanda accidentia, quæ totũ quoddam ſunt per ſe, præſertim, quando ex adiunctis, clarè colligitur, in hoc ſenſu prolata eſſe, vt contingit in præſenti. Hinc colliges prædictã definitionem omni quantitati conuenire. Conuenit enim quantitati cœleſti: quia, licet prout exiſtens in cœlo nõ poſſit naturaliter diuidi; id tamẽ prouenit ex diſpoſitionibus, quibus ibi eſt adiuncta non ex natura ipſius quantitatis; hæc enim quatenus ex ſe eſt, diuiſibilis eſt, Deinde conuenit quantitati viuentiũ: quia licet hæc non poſsint diuidi in partes, quæ ſint viuentia completa, nihilominùs quantitas talium partium eſt quantitas completa in ratione quantitatis poſt diuiſionem, & ideò verificatur, quod quantitas exiſtens in viuente ſit diuiſibilis in alias quãtitates totales. Idem dicito de quantitatibus aliarum ſubſtantiarum.

Explicatur, quænam inueniantur in Quantitate?

4 HÆc circa definitionem Ariſtot. Nunc eſt difficultas: an ſit eſſentialis, vel deſcriptiua? Pro cuius ſolutione explicare oportet, quænã ſit ratio formalis, ſeu eſſentia quantitatis: & inde facile colligetur, quid dicendũ ſit circa prædictã definitionẽ. Plura ergo inueniuntur in quãtitate, de quibus dubitari poſſet, an ad formalem eius rationem ſpectent? In primis enim conſtat partibus, quę ſunt impenetrabiles inter ſe ſe, & cum partibus alterius quãtitatis. Porro impenetrabile cum alio id dicitur, quod vim habet arcendi illud à ſuo loco, prohibẽdo, ne in illud ſimul ſecũ ingrediatur. Vnde, ſi aliquid aliud locũ huius nõ poſsit penetrare ratione propriæ naturæ, & non ex vi huius, nõ dicetur hoc impenetrabile cũ illo. Propterea præſentia Angeli Michaelis in hoc loco nõ dicitur impenetrabilis cum præſentia cõſtituente Gabrielem in alio loco, licet præſentia huius non poſsit penetrare locũ præſentiæ illi': quia. videlicèt, id nõ oritur ex eo, quod præſentia Michaelis vi ſua impediat,

diat, ne præſētia Gabrielis in eius locū nō ingrediatur; ſed ex eo, quod quælibet præſentia ita eſt affixa ſuo loco, vt non poſſit ad alium transferri. Hęc doctrina eſt maximè obſeruanda vt valde vtilis ad plures quæſtiones infra reſoluendas.

5 Deinde, quantitas conſtat partibus petentibus occupare diuerſum locum: nam, cùm ex naturâ ſua petant, ſe pellere ab eodem loco, ſingulis debeatur neceſſe eſt diuerſus locus. Hinc oritur, quod ſi ſuæ naturæ relinquantur prædictæ partes; habeant ſemper, & actualem impenetrationē, & actualem extenſionem. Hæc cōſiſtit in forma poſitiua conſtituente partes qātitatis in diuerſis locis; illa ſupra hanc formā addit, quod vna non ſit in loco alterius, quod quidem fieri poterat per aliquā aliā præſentiam. Vtroque hoc actu caret quantitas Chriſti Domini in Euchariſtia; quia præſentia eius eſt talis naturæ, quæ conſtituit totum corpus Chriſti Domini in ſingulis partibus ſpatij, & proptereà neque habet extenſionem, quæ ex natura ſuā conſtituit ſingulas partes corporis in ſingulis partibus ſpatij; neque habet impenetrationem ipſarum partium, ſi quidem omnes partes ſunt ſimul in ſingulis partibus ſpatij.

6 Ex his duo alia oriuntur in quantitate, nēpè, & quòd aſſumi poſſit vt menſura ad alia menſuranda; & quod ipſa menſurari poſſit per alia: quia, eo ipſo quòd habet partes extra partes cōſtituentes certam magnitudinem, poteſt conferri cum aliâ, vt dignoſcatur quāta ſit huius magnitudo: & alia poſſunt aſſumi ad illius magnitudinē dignoſcendam. Sic mercatores vtuntur menſura lignea (quā vlnam vocant) ad extenſionem panni diſcernendam: & palmus aſſumitur ad dignoſcendā extenſionem vlnæ. Datur præterea in quātitate diuiſibilitas, ratione cuius poſſunt partes eius, quatenus eſt ex ſe, mutuò ſeparari ab agētis corporei per corruptionem vnionis earum inter ſe. His poſitis.

Conceptus formalis quantitatis exponitur.

7 Dicendum eſt, quantitatem conſtitui formaliter in eſſe talis per hoc, quod eſt eſſe ratione ſui impenetrabilem. Explico concluſionem. Impenetrabile cum alio diximus eſſe id, quod vim habet excludendi illud à ſuo loco. Cæterum poteſt hæc vis conuenire alicui entitati vel ratione ſui, vel per aliam formam illi ſuperadditam: dicimus ergo quantitatem ratione ſui, & non per formam ſuperadditā habere hanc vim, & in ea cōſiſtere rationem formalē, ſeu eſſentialem propriā quantitatis. Ita P. Hurt. in Met. diſp. 13. ſect. 4. n. 39. P. Arri. d. 3. ſect. 1. ſub ſect. 2. & cōmuniter recentiores. Probatur: quia impenetrabilitas ſic explicata eſt ita propria ſolius quantitatis, vt per eam differat à quocunq; alio, & ſit radix reliquorū, quæ diximus inueniri in quan-

conſequens nulla ſeparabitur ab alijs.

10 Deinde neque poſſet agens corporeum vnionem corrumpere introducendo formam incōpoſsibilem cum tali vnione: quia vel nullam talem formam poteſt producere agēs corporeum; vel, ſi eā poteſt, nequit tamen illam producere, niſi in paſſo extenſo, vt dicemus in Phyſ. loco citato: ergo nullo modo poteſt quantitas ab agente naturali diuidi, ſi non habeat extēſionē: ergo, cum hęc ſupponat, ſeu proueniat qnātitati ab impenetrabilitate, ab eadem etiā prouenict diuiſibilitas: proxima, imò, & remota, ac radicalis (ſi ab impenetrabilitate diſtinguatur) quia ſicut diuiſio actualis ſupponit extēſionē, ita etiā capacitas radicalis diuiſionis cōuenire debet quantitati ex eo, quod petat extenſionem: atqui quantitas ex eo, quòd eſt impenetrabilis, petit extenſionem: ergo ex eo etiā, quod eſt impenetrabilis eſt capax diuiſionis. Ex omnibus dictis concluditur, impenetrabilitatem radicalem eſſe rationem formalem primariam, & eſſentialem quātitatis vt talis. Deinde conſtat definitionem quantitatis, quam ſupra diximus traditam ab Ariſt. eſſe deſcriptiuam: quia datur per diuiſibilitatem, quæ eſt proprietas quantitatis, vt conſtat ex dictis.

11 Sed Obiijcies primò contra hanc concluſionē impenetrabilitas eſt negatio potentiæ ad penetrationē: ſed ratio formalis quātitatis nō poteſt conſiſtere in negatione, ſiquidē in cōſenſu omnium eſt entitas poſitiua: ergo nō poteſt cōſiſtere in impenetrabilitate. Nego maiorē: quia dixi ſupra, impenetrabilitatē eſſe virtutem vnius ad excludendum aliud à ſuo loco quæ virtus poſitiua eſt. Obijcies ſecundo: impenetrabilitas aufertur à quantitate Chriſti D. in Euchariſtia quia partes eius penetrā tur inter ſe, & cum quantitate ſpecierū ſacramētalium: ergo nō poteſt eſſe ratio formalis, & eſſentialis ipſius quantitatis. Reſpondeo auferri quidē impenetrationem actualē: non vero impenetrabilitatem: quia ibi perſeuerat in quantitate Chriſti Domini virtus, vt partes eius, & ſe mutuò, & quācunq; aliam quantitatem excluderent à ſuo loco, ni miraculoſè impedirē tur, & ideò negandū eſt antecedens obiectionis.

Cur quonam quantitas ſit impenetrabilis.

12 HVcuſq; probatū eſt rationē formalē quantitatis vt talis cōſiſtere in impenetrabilitate. Explicandū reſtat, cum quonam debeat eſſe impenetrabilis. Et quidem in ſententia Ariſt. aſſerentis, quantitatem coaleſcere ex partibus infinitis, quarum quælibet eſt diuiſibilis in alias, & alias in infinitum, facile expedietur difficultas ſi dicatur *quantitas eſſe accidens conſtans partibus impenetrabilib. inter ſe*. Et, cùm, partes vnius quātitatis ſint eiuſdē rationis cum partibus alterius, eo ipſo quod inter

15 Dices id, cum quo de facto non poteſt penetrari quantitas, eſt alia quantitas, & nō aliud præter illam, quia cum omnibus alijs poteſt penetrari: ergo perinde eſt dicere in definitione, quod ſit *impenetrabilis cum aliquo alio*, ac dicere, *quod ſit impenetrabilis cum alia quantitate.* Conceſſo antecedente, nego conſequētiā: quia ex vna parte ad exprimendū conceptum quantitatis, per quem conſtituitur in eſſe diſtincto à quolibet alio ente, ſufficit cōcipere, eſſe impenetrabilem cum aliquo alio (etiam ſi non concipiatur expreſsè, quod nam ſit hoc aliud) quando quidem nulli alteri conuenit impenetrabilitas cum aliquo alio, niſi ipſi quātitati: ex alia verò parte ſi in definitione exprimeretur, quod illud aliud eſt quantitas alia ab ea, quę definitur, non poſſet definiri quantitas in communi præſcindens ab omnibus quantitatibus; ſed definiretur quantitas iam contracta per aliquam differentiam ſpecialem, ratione cuius conſtitueretur diſtincta ab aliâ quantitate: hoc autem dici nequit, vt probatum eſt num. 13. & ideo eſt neceſſarium, quod explicetur definitio modo quo eſt à nobis tradita.

16 Obijcies: ſi non eſſet poſſibile, niſi vnum indiuiduum quantitatis omnino indiuiſibile, hoc eſt, nullis conſtas partibus, illud eſſet quātitas; & tamen non eſſet impenetrabile cum alio; quia, ſi cum aliquo, maximè cū aliâ quantitate, quam ſupponimus impoſſibilem: ergo eſſentia quantitatis non conſiſtit in impenetrabilitate. Reſpōdeo: vel in eo caſu eſſet poſſibile aliquid aliud, cum quo non poſſet penetrari illud indiuiduum quantitatis; vel non eſſet poſsibile. Si primum: iam maneret cum impenetrabilitate requiſita ad rationem formalem quātitatis. Si ſecundum non poteſt admitti caſus; quia, cum ex effectibus proprijs quātitatis probauerimus, impenetrabilitatem eſſe rationem formalem, & propriam quantitatis, implicatur in terminis, dū admittitur quantitas; quæ non ſit impenetrabilis. Id, quod vrgeri poteſt hoc exemplo: rationem formalē hominis vt talis dicim' eſſe rationalitatem, quia ex effectibus, quos hucuſq; vidimus, colligimus eam eſſe primariā hominis rationem, & radicem reliquorum, quæ in illo reperiuntur: hoc ergo ſuppoſito, liceret ne ſic argumentari? Demus caſū, in quo non ſit poſsibile niſi vnum indiuiduum hominis, cui ſit impoſsibilis ratiocinatio; in illo caſu ille eſſet homo, & nō eſſet rationalis: ergo non eſt de eſſentia hominis eſſe rationalem? Certè hic caſus implicaret in terminis: quia, ſi ſemel naturali ducti ratione ſupponimus, eſſentiam hominis eſſe rationalitatem, qua ratione poteſt admitti poſsibilis homo, qui non poſsit ratiocinari? Idem contingit in tua obiectione, & ideo nullatenus admittēdus eſt caſus à te poſitus.

SECTIO II.

An quātitas diſtinguatur realiter à materia prima?

17 Nominalium ſententia fuit, quantitatem non diſtingui realiter à materia prima: eos refert P. Suar. in Met. diſp. 40. ſect. 2. In hanc ſententiam inclinat P. Arriag. in Met. diſp. 5. ſect. 1. ſub. ſect. 1. & probabilē putat P. Hur. diſp. 13. ſect. 2. Ratio eſt: quia nō ſunt multiplicandæ entitates ſine neceſsitate, aut fundamento efficaci ad id cogente: ſed nulla vrget neceſsitas, aut fundamentūm efficax ad diſtinguendam realiter quantitatem à materia prima: ergo non eſt, cur diſtingui dicatur. Confirmatur quia materia prima per ſe ipſam eſt receptiua formarum ſubſtātialiū: ergo & per ſe ipſam petit ea, quæ neceſſaria ſunt ad earum receptionem: atqui vnum ex requiſitis ad harum receptionem eſt extenſio actualis, & impenetratio: ergo per ſe ipſam petit materia prima hosactus. Cū autem eſſentia quantitatis conſiſtat in exigentia horum actuum, vt dictum eſt ſect. præcedente, ipſa entitas materiæ erit realiter eſſentia quantitatis.

18 Oppoſita ſententia tenenda eſt: eam docuit S. Thom. 3. par. quæſt. 77. art. 2. & in 4. diſt. 12. quæſt. 1. art. 1. Scot. Durand. Richar. & alij Doctores ibidem Capreol. in 2. diſt. 18. art. 2. & eſt communis omnium Thomiſtarū, quos refert, & ſequitur P. Suarez ſupra num. 7. & 8. Probatur ex Ariſtot. lib. 7. Met. tex. 8. vbi cū dixiſſet materiā primā eſſe ſubſtātiam addidit; *longitudo, latitudo, & profunditas quantitates quadā ſunt; ſed non ſubſtantia, quantitas enim non eſt ſubſtantia, ſed magis, cui hec primo inſunt, illud eſt ſubſtantia*. Quibus verbis clarè docet, quātitatē diſtingui à materia prima, & idē docet pluribus alijs in locis, quæ refert P. Suar. ſuprà. Probatio huius ſententiæ ſumitur ex ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento, in quo quantitas panis, & vini ſeparatur ab his ſubſtantijs: quia per conſecrationē deſinunt eſſe tales ſubſtātię, vt docet fides; & perſeuerat quantitas, vt experientia oſtendit: tum quia accidētia ibi remanentia ſeruant partes impenetrabiles inter ſe, & cum quauis alia quantitate extenſa: tum etiam quia agentia naturalia producunt ibi calorem, frigiditatem, humiditatem, &c. corrumpendo qualitates contrarias, quæ anteà ibi erant: ergo datur ibi cōmune ſubiectum, in quo qualitates eas denuo producant, & à quo oppoſitas remoueant; quia vt dicemus in Phyſ. nullum agens naturale poteſt effectum aliquē producere, niſi in ſubiecto, atqui nullum aliud ſubiectum præter quātitatem poteſt ibi aſsignari ad recipiendum calorem, & frigus, humiditatem, & ſiccitatem, &c. ergo fateri debemus permanere ibi quantitatem.

19 Reſ-

Digitized by Google

19 Reſpondent Nominales, ibi manere quantitates identificatas realiter cum qualitatibus ibi perſeuerãtibus, putãt enim quodlibet accidens corporeum habere ſuam quantitatẽ ſecum identificatã, ratione cuius partes eius ſunt impenetrabiles inter ſe, & cum quouis alio accidente eiuſdẽ ſpeciei. Deinde addunt, non eſſe ibi ſubiectum aliquod cõmune qualitatum, in quo agentia naturalia eas producant, & ideò nihil ibi ab his agentibus produci poſſe; Deũ tamen, vt, myſterio abſcondito, ſuus fidei locus relinquatur, producere per creationem ad præſentiam agentium naturalium, qualitates, quas ipſa aliàs producerẽt, & oppoſitas corrumpere. Hęc reſponſio mihi diſplicet quoad vtrãque partem. Et, vt ab hâc vltimâ incipiamus: quotieſcunque effectus aliquis ponitur ad præſentiã cauſæ naturalis, tribuendus neceſſariò eſt tali cauſæ, niſi Fides, aut ratio efficax oppoſitũ ſuadeat: atqui in præſenti neque Fides docet, ea accidentia non oriri à propriâ, & connaturali cauſa applicatâ, vt conſtat; neque ratio aliquâ vel leuiter id probat, vt conſtabit ex ſolutione eorum, quæ pro contrariâ ſententiâ afferuntur: cur ergo negabimus, eos effectus à ſuis cauſis oriri, & cõfugiemus ad miracula.

20 Veniamus ad primam partẽ. Dicis, perſeuerare ibi quantitates identificatas realiter cum accidentibus panis; quia proprium eſt accidentium materialium cõſtare partibus ratione ſui impenetrabilibus inter ſe ſe, & cum alijs accidẽtibus eiuſdem ſpeciei. Sed contra: impertinens omnino eſt hæc impenetrabilitas in ijs accidentibus: ergo non eſt illis concedenda. Probo antecedẽs: quia ea accidentia ex natura ſua petunt, ita eſſe intimè penetrata cum ſubſtantia corporea tanquã cum ſubiecto, ſit nulla vt agentium naturalium poſsint ab ea ſeparari: ſed eo ipſo quod penetrata ſint cũ ſubſtãtia corporea, erunt partes eorũ impenetrabiles inter ſe, & cũ alijs eiuſdẽ ſpeciei, ratione quãtitatis ipſius ſubſtãtiæ: ergo ſuperflue datur illis impenetrabilitas ratione ſui. Minor eſt certa: quia, cùm ita penetrata ſint cum ſubſtantia; vt ſingulæ partes cuiuslibet ex illis accidentibus intimè affixę ſint ſingulis partibus ſubſtãtię, & partes huius non poſsint penetrari inter ſe ratione propriæ quãtitatis, neceſſariũ eſt, quod neque penetrari poſsint inter ſe partes ſingulorũ accidentiũ. Deinde, cum quodlibet aliud accidens eiuſdẽ ſpeciei debeat eſſe affixum intimè alteri ſubſtantiæ quantæ, & vna ſubſtantia quãta nõ poſsit penetrari cum alia diſtincta etiam quanta, neceſſarium eſt, quod non poſsint penetrari inter ſe accidentia, quæ in diuerſis illis ſubſtantijs ſubijciũtur ergo quantitas ſubſtantiæ erit ſufficiens ad hoc, vt talia accidentia nõ ſint penetrabilia ex natura rei, ad quid ergo tribuentur illis propriæ quantitates diſtinctæ à quantitate ſubſtantiæ?

21 Dices illas concedendas eſſe, vt ſi aliquando ſeparentur à ſubſtantia, ſint ratione ſui impenetrabiles. Sed contra: illis repugnat ex naturâ rei ſeparari: ergo illis repugnat ex naturâ rei quidquid non eſt neceſſarium, niſi ad ſtatum ſeparationis. Cōfirmatur: eo ipſo quod ijs accidentibus repugnat ex natura rei ſeparari à ſubiecto, repugnat illis ex natura rei actio, quæ nō eſt neceſſaria niſi ad conſeruanda illa ſeparata. (Id ad nititur ab omnibus, & propterea dicunt, creationem, per quā hæc accidentia conſeruantur ſeparata à ſubiecto, eſſe illis ſupernaturalem, aut ſaltem non eſſe cōſonam naturæ eorum.) Ergo eo ipſo quod eiſdem accidētibus *repugnat ex natura rei* ſeparari à ſubſtantia, repugnare debet illis ex naturâ rei conceptus quantitatis, qui non eſt illis neceſſarius, niſi ad ſtatum ſeparationis: ergo non eſt concedendus conceptus quantitatis cum illis realiter idētificatus.

22 P. Arriag. ſupra n. 4. aliter reſpondet: dicit enim, ſimul cum ſpeciebus ſacramentalibus manere vbicationem, ſeu præſentiā materiæ primæ idētificatæ cum quātitate, & addit hanc præſentiam eſſe, quæ immediatè fundat impenetrationem cum alijs rebus habentibus ſimilem præſentiam, & ideò ratione huius non poſſe penetrari accidentia Euchariſtica cum alijs diſtinctis, neque eorum partes inter ſe. Sed contra: duo hic diſtinguenda ſunt, nempè & id, quod eſt cauſa immediata impenetrationis, & conditio requiſita ex parte cauſæ ad cauſandam talem impenetrationē. Fateor ergo vbicationem, ac præſentiā propriam, & connaturalem quantitatis eſſe conditionem requiſitā ex parte ipſius quātitatis ad cauſandam impenetrationem actualem; non tamen eſt cauſa immediata talis impetrationis: quia id eſt cauſa immediata impenetrationis actualis, quod, poſitis omnibus cōditionibus, vi propria, & ratione ſui impedit ingreſſum alterius corporis in ſuum locum: atqui vbicatio quantitatis nō impedit vi propria talem ingreſſum; ſed eſt tantum conditio, qua poſita quantitas illū impedit ingreſſum. Alioqui ſicut in ſententia diſtinguente quantitatem à materiâ primâ, licet hæc ſit radix illius, nihilominus illa ſola dicitur quātitas formaliter, quia ipſa vi propria, & ratione ſui impedit penetrationem; ſic etiā vbicatio illa dicenda eſſet quantitas formaliter, quia illa eſſet, quæ vi propria, & ratione ſui impediret penetrationē: atqui id nō concedis, neque vllus ſanæ mētis cōcedet: ergo dicendū nō eſt, vbicationē materię primę eſſe cauſam immediatā impenetrationis; ſed ſolùm conditionē requiſitam ad hoc, vt materia, ſeu quantitas cauſet immediatè ipſam impenetrationem. Si autem ſolum eſt cōditio, non poterit eſſe in cauſa, vt ratione illius ſolius impediatur penetratio accidentium ſacramētalium, quia ſicut id, quod eſt tantum

tum conditio, vt ignis calefaciat non poteſt abſente igne calefacere: ſic etiam, quod eſt tantùm cõditio vt quantitas cauſet impenetrationem, non poterit eam cauſare abſente quantitate.

23 Ad rationē oppoſitæ ſententiæ reſpõdeo, negando minorem, nempè, quod non ſit fundamentum aliquod efficax ad diſtinguendam quantitatem á materiâ primâ: quia in primis pro hâc parte ſtat authoritas Ariſt. & fere omnium philoſophorum id aſſerentium. Secundo: idem confirmat Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, in quo remanent accidētia impenetrabilia abſque vllâ materiâ primâ, aut ſubſtantiâ: atqui nequeunt eſſe impenetrabilia ratione alicuius diſtincti â quantitate, quæ antea erat in ſubſtantiâ, vt probatum eſt: neque aliàs eſt aliquod fundamentum ad aſſerendum, ibi dari nouum miraculum ad hoc vt non penetrentur talia accidentia cum alijs eiuſdem rationis: ergo concedendum eſt perſeuerare ibi quantitatē ſeparatam â materia prima. Si autem ſeparatur, diſtinguatur ab illa neceſſe eſt. Ad confirmationem, conceſſo primò antecedente, diſtinguo cõſequens: ergo per ſe ipſam proximè vel remotè petit ea, quæ neceſſaria ſunt ad receptionē formarum ſubſtantialium, concedo: per ſe ipſam proxime tantum, nego conſequentiam. Deinde, conceſſa minori, diſtinguo cõſequēs: ergo materia prima per ſe ipſam petit proximè, vel remotè hos actus, concedo: proximè, nego cõſequentiam. Itaque non eſt neceſſariũ, quod materia proxime petat ea omnia, quibus diſponitur ad receptionem formarum ſubſtantialium; ſed ſufficit, quod aut proximè ea petat, aut remotè; neque enim vllum eſt fundamentũ, quod oppoſitum ſuadeat. Materia, ergo, licét nõ immediatè exigat extenſionem, & impenetrationem; petit tamen illa mediatè: quatenùs immediatè petit quantitatem, â quâ immediatè procedunt tales actus.

SECTIO III.

An partes integrãtes cõueniãt materiæ primæ ratione quantitatis?

24 PArtes integrantes dicuntur illæ, quæ ita concurrunt ad conſtituendum compoſitũ ex illis coaleſcens, vt non ſe habeant tanquam ſubiectum, & forma (ad diſtinctionem partium eſſentialiũ, quæ ſemper ſe habent vt ſubiectũ & forma. In quo vero cõſtat ratio ſubiecti, & ratio formæ dico in lib. Phyſic. diſput. 2. & 3.) tales ſunt brachia pectus, caput, &c. in homine: & guttæ aquæ in aquâ, &c. Deinde partes integrãtes alicuius rei poſſunt conſiderari, vel vt diſtinctæ ſunt inter ſe, vel vt aptæ ſunt, aut petunt occupare diuerſum locum. Eſt ergo difficultas in præſenti, an effectus formalis quantitatis ſit tribuere materiæ primæ partes integrantes in-

inter ſe diſtinctas; vel ſolum his iam diſtinctis inter ſe ex parte ipſius materiæ, tribuere aptitudinē proximam ad occupādum diuerſum locum.

Proponitur ſententia Thomiſtarū, & P. Vazquez.

25 PRima ſententia tenet, effectum formalem quantitatis eſſe tribuere materiæ partium diſtinctionem non ſolùm in ordine ad occupandum diuerſum locū, ſed etiā in ordine ad ſe, ita vt materia nullas habeat partes interſe diſtinctas ratione ſui; ſed ratione ſolius quantitatis. Hanc tenet Capreol. in 2. diſt. 3. q. 1. art. 3. ad vltimū Scoti contra 2. cōcl. & diſt. 18. q. 1. ſequitur Sonzi. 5. Met. q. 19. & eſt ſatis vulgaris inter Thomiſtas, quibus ſubſcripſit P. Vazquez tom. 3. in 3. p. diſp. 190. nu. 25. Probatur primo: quia de conceptu quantitatis vt talis eſt eſſe diuiſibilē in partes etiam diuiſibiles in alias, &c. vt docet Ariſt. adductus ſupra num. 1. & explicat⁹ num. 3. ergo, ſi quidquam aliud eſt diuiſibile in partes, non poteſt id habere ratione ſui; ſed ratione quantitatis, alioqui iam id non eſſet proprium quantitatis vt talis: atqui, ſi materia prima ratione ſui haberet partes integrales inter ſe diſtinctas, eſſet diuiſibilis ratione ſui, & non ratione quantitatis: ergo dicenda eſt eas non habere niſi à quantitate. Minor eſt certa, quia Deus poſſet materiam à quantitate ſeparatam diuidere in ſuas partes, corrumpendo vnionem, quā copulantur inter ſe.

26 Confirmatur primo: quia habere partes extēſas eſt effectus formalis accidētarius in materiā, ſicut eſſe album: ergo ſicut eſſe album habet formaliter ab albedine, ita, & conſtare partibus extenſis habebit formaliter à quantitate. Antecedens probatur: quia nō eſt de eſſētia materiæ habere partes extenſas; alioqui, vt quid addenda eſſet illi quantitas? Ergo eſt illi accidentale. Confirmatur ſecundo: quia, ſi materia haberet partes integrātes ratione ſui, vna materia eſſet maior altera ratione ſui, & nō ratione quantitatis: atqui eſt cōtra Ariſt. & omnes philoſophos aſſerentes, omnem magnitudinem eſſe quātitatem, & ab illa prouenire maioritatem, aut minoritatem: ergo; &c. Maior eſt certa: quia ſi vna materia poſſet habere plures partes, quā alia: ergo poſſet eſſe maior ratione ſui. Confirmatur tertiò, quia materia ratione ſui eſt pura potentia: ergo non poteſt ratione ſui habere partes diſtinctas. Conſequentia probatur: quia omnis diſtinctio ſumitur ab aliquo actu, vt docet Ariſt. 7. Met. tex. 49.

27 Nunquam potui aſſentire huic ſententiæ. Primò: quia materia prima diſtinguitur realiter & à parte rei à quantitate, ita vt ex parte materiæ, vt diſtinctæ à quantitate nihil quantitatis includatur; neque è contra, ex parte quantitatis, vt diſtinctæ a materia,

ria, nihil materiæ includatur, vt conſtat ex dictis ſectione præcedente, & admittunt Tomiſtæ, cũ quibus concertatio eſt in præſenti. Vel ergo vt diſtincta realiter à quãtitate eſt entitas omnino ſimplex, vel compoſita ex partibus integralibus. Si primum: non poteſt accipere à quantitate partes, quæ ſint partes integrantes ipſam materiam, quia quod omnino ſimplex eſt non poteſt integrari ex partibus; & propterea anima rationalis, licet in ſentẽtia aduerſariorum ſimul cum materia recipiat quantitatem, non poteſt accipere ab iſta partes integrantes. Si dicatur ſecundum: ergo, cûm materia vt diſtincta à quantitate ſit ſubſtantia, debet coaleſcere ex partibus ſubſtãtialibus. Patet cõſequentia: quia cõpoſitum nihil aliud eſt niſi ſuæ partes, & vniones, quibus eæ partes connectuntur inter ſe: ſi autem compoſitũ eſt ſubſtantiale, partes eius debẽt eſſe ſubſtãtiales, cum ſint de integritate ſubſtantiæ compoſitæ, de cuius integritate nullũ poteſt eſſe accidẽs, vt dicemus in Phyſic. & cõſtat ex diſp. 16. ſect. 1. atqui materia non poteſt accipere à quantitate partes ſubſtantiales: ergo eas habet ratione ſui.

28 Minorem probo: quia non poteſt eas accipere à quantitate tanquàm à cauſa formali; nã cauſa formalis vt talis nihil aliud tribuit effectui formali niſi ſe ipſam; cum autem quantitas ſecundùm ſe non ſit formaliter ſubſtantia, non poteſt tribuere formaliter materiæ partes ſubſtantiales. Neque poteſt materia eas accipere à quantitate tanquàm à cauſa efficienti: tum quia quantitas non eſt cauſa efficiens ſubſtantiæ, præſertim materiæ primę, quæ ex vna parte ſupponi debet producta ante quantitatem, cum illa ſit ſubiectum huius; ex alia vero produci debet per creationem, quam nullum agens creatum ſaltem ex natura rei poteſt attingere, vt dicemus in Phyſic. ex communi omnium philoſophorum conſenſu: tum etiam, quia licet, quantitas eas partes efficeret, eſſent nihilominus realiter diſtinctæ ratione ſui, & non ratione quantitatis formaliter; quia effectus realis non diſtinguitur realiter ab alijs, ratione cauſæ efficientis formaliter; ſed ratione ſuæ entitatis realis, vt nullus non fatetur: ergo nullatenus dici poteſt, effectum formalem quantitatis eſſe tribuere materiæ partes integrantes inter ſe diſtinctas.

29 Dices primò, materiam primam vt diſtinctam realiter à quantitate neque eſſe ſimplicem, neque compoſitam; ſed præſcindere ab vtroque. Sed contra eſt, quod compoſitio realis, & ſimplicitas realis, inuoluunt terminos contrariè oppoſitos, compoſitio enim eſſentialiter eſt ex partibus; & ſimplicitas eſſentialiter dicit non habere partes: ergo alterutrum debet conuenire realiter materię primę vt diſtinctę realiter à quantitate: quia, *quodlibet eſt, vel non eſt*, & ideò, ſi vnum ex illis

temperarunt ſententiam antiquorum. Dicunt ergo, diſtinctionem poſſe duplici modo conſiderari: vno prout opponitur vnitati omnino ſimplici; altero modo prout opponitur cōfuſioni. Si diſtinctio ſumatur primo modo, dicitur materiam habere à ſe, & non à quantitate partes diſtinctas, quia in ſe non eſt vna entitas omnino ſimplex: ſi verò ſumatur ſecundo modo, dicunt habere à quātitate partes diſtinctas: quia licet in ſe habeat plures partes, quarū vna entitatiuè non eſt alia; eas tamen habet confuſas, quouſque illi adueniat quantitas, quæ eas explicet, & confuſionem tollat.

33 Hoc autē ſic explicant. De ratione partium integralium eſt, quod vna nō vniatur penetratiuè ſecundū ſe totā alteri (ſicut vniuntur partes eſſentiales, quales ſunt materia, & forma; hæc enim ſecūdùm ſe totā vnitur illi ſe penetrando cum tota illa) ſed ſolùm ſecundùm vnam extremitatē, ita vt vna extremitas huius partis vniatur cum alia extremitate alterius: atque adeò non dabuntur partes integrantes vbi non datur vna, & altera extremitas, ratione quarum poſſint inter ſe vniri, & vnū totum integrare. Cum autē non poſſint inueniri vna, & altera extremitas ſine extenſione, & hæc proueniat materiæ à quātitate, neceſſarium eſt, quod partes integrantes ipſius materiæ proueniāt etiā illi à quantitate. Hac verò ablata tolluntur omnes extremitates, & omnia indiuiſibilia, ratione quorum partes materiæ vniebantur integraliter (quia vniebātur per pūcta, lineas, & ſuperficies, quæ ſunt indiuiſibilia propria ſolius quantitatis) & ideo licet maneat tota entitas partiū materiæ; manet tamen confuſa, & per modū vnius, ita vt nō poſſit dici manere ibi vnā, & alteram partē integralē formaliter; ſed ſolùm radicaliter. Hanc doctrinam cōfirmant prędicti authores pluribus teſtimonijs Angelici Doctoris: quibus infra reſpōdebimus.

34 Acutè ſunt hæc excogitata ſed multis mihi videntur difficultatibus implicari. Et in primis certum eſt, materiam primā cum ſuis partibus, quādo ſunt ſub quātitate, diſtingui realiter ab ipſa quātitate. Nullus hoc negabit: quia materia eſt ſubſtātia; quantitas accidens phyſicum: materia eſt ſubiectū reale quātitatis, ita vt in parte materię ſubiectetur pars quātitatis, & tota quātitas in tota materia: ſubſtantiam autem, & accidēs phyſicum, ſubiectum reale, & formā talis ſubiecti nullus eſt, qui nō dicat, diſtingui realiter. Sic igitur argumentor. Partes integrales materiæ, imò & totius compoſiti ſubſtātialis (quia in ſententia aduerſariorum hoc etiā habet partes integrales à quantitate) exiſtentes ſub quantitate prout diſtinctæ realiter à partibus quātitatis, vel vniuntur inter ſe per indiuiſibilia diſtincta ab indiuiſibilibus quantitatis; vel per ipſa indiuiſibilia quantitatis.

35 Si dicatur primum: ergo ex parte ſubſtantię prout diſtincta à

quan-

dentale. Sed contra: ſubſtantia ſecundùm ſe prout excludens realiter à ſuo conceptu quãtitatem, & extenſionem non eſt vna entitas omnino ſimplex; ſed coaleſcẽs ex partibus, quas tu vocas radicaliter integrales. Vel ergo ſubſtantia (quando eſt ſub quãtitate) ſumpta ſecundum ea, quæ ſunt de conceptu proprio illius vt talis, coaleſcit ex iſtis tuis partibus vnitis inter ſe: vel non vnitis. Si hoc vltimũ erit aggregatum quoddã per accidens; quia cõſtat entitatibus, quæ neque ſunt vnũ entitatiuè, neque vniuntur aliquo nexu. Si cõſtat partibus vnitis inter ſe, & non dantur aliæ vniones pręter indiuiſiblia quantitatis; iam admittis ſubſtãtiam prout talem includere in ſuo conceptu aliquid accidentale; ſi vero vniones ſunt ſubſtantiales, ſubſtantia vt talis prout diſtincta à quantitate habebit partes integrales formaliter ratione ſui, quia prout diſtincta à quãtitate habet partes proprias, & vniones, per quas vniuntur partes, non ſecundùm ſe totas; ſed ſecundùm aliquid ſui.

38 Secundo argumentor contra id, quod dicunt recentiores ſupra adducti, nempè ſubſtãtiam ſeparatam à quãtitate habere partes cõfuſas; & claritatis gratia ponamus ſubſtantiam equi ſeparatã miraculosè a ſua quantitate: ipſi enim admittũt, hoc fieri poſſe de potẽtia Dei. Facta ergo ſeparatione, ea ſubſtantia, quæ reſpõdebat capiti, nõ eſt realiter idem entitatiuè cũ ea, quæ reſpondebat pedibus (& idem dico de reliquis) ac que adeò debet eſſe realiter diſtincta entitatiuè: vel ergo eæ partes tunc vniuntur quoad ſuas entitates inter ſe, vel nõ. Si hoc vltimũ: omnes partes, quas tu vocas radicales illius ſubſtãtiæ erunt vltimo diuiſæ ab alijs; quia eæ partes ſũt vltimo diuiſæ, quę nullã vnionem inter ſe habent; & tu dicis nullam vnionẽ habere inter ſe eas partes: Hinc iterùm infertur, ſingulas illas partes eſſe omnino indiuiſibiles, quia non poteſt diuidi, quod nõ includit aliquas partes inter ſe vnitas: atqui per te nulla ex illis partibus coaleſcit ex alijs inter ſe vnitis: ergo omnes ſũt indiuiſibiles ergo ſubſtantia conſtat ex indiuiſibilibus, & non ex partibus, vt tu dicis in Phyſica. Si verò eę partes ſunt vnitæ quoad ſuas entitates, erunt partes integrales formaliter: nam eæ entitates ſunt vnitæ formaliter: non vt partes eſſentiales, quia non ſe habẽt vt materia, & forma; ergo vt partes integrales formaliter, quia non poſſunt formaliter vniri, niſi vt vnum ex his duobus generibus partium.

39 Dices, eas partes non eſſe diſtinctas realiter formaliter; ſed tãtũ realiter radicaliter: quia diſtinctio realis formalis earũ ſumitur à quãtitate; & ideò, hac deficiente, non poſſunt realiter formaliter diſtingui. Sed contra primo: infra probabo, nullã rẽ poſſe diſtingui realiter ab alia per aliquid à ſe diſtinctum. Secundò, in ea ſubſtãtia ſepa-

totales, aut aquæ totales; quia ex eo eæ partes quæ anteà erant diuiſę per quātitates in eis exiſtentes, iſtis ſeiunctis, manent lapides, aut aquæ totales, quia poſt ablatas quātitates nō vniuntur: ergo cum partes illius, qui antea erat vnus lapis, non vniantur inter ſe ablata quantitate; neceſſe eſt, quod ſint lapides totales. Si verò ablata quātitate vniuntur inter ſe, cur nō concedis, eſſe tunc partes integrantes illius ſubſtantię? quia vt ſupra probabamus, nihil illis deficit ad rationē partium integraliū. S. Tho. non fauet iſtis authoribus, vt videbimus ſectione ſequenti.

Vera ſententia, & argumenta oppoſitæ ſoluta.

42 VEra ſententia eſt, materiam primam, & ſubſtantiam ex illâ, & formâ ſubſtantiali cóaleſcentem habere ratione ſui partes integrantes inter ſe diſtinctas, & vnitas per indiuiſibilia ſubſtantialia; per quantitatem verò cōſtitui tales partes impenetrabiles proximè, & determinatas ad diuerſum locū occupandum. Ita Scot. 5. Met. q. 9. Anton. Andreæ q. 10. Durand. in 1. diſt. 34. quæſt. 1. Niph. lib. 5. Met. diſp. 9. Louanienſ. & Scot. in Prædicam. P. Fōſec. lib. 5. Met. cap. 13. q. 1. ſect. 2 & 3. P. Suar. in Met. diſp. 40. ſect. 4. à n. 7. P. Hurt. in Met. diſp. 13. ſect. 4. à n. 28. & P. Arriaga diſp. 5 ſect. 1. ſubſect. 2. & cōmuniter eā defendūt recētiores. Et quod attinet ad priorē partē, ſatis probata manet ex dictis contra oppoſitam ſententiā. Et amplius roborari poteſt: quia pars materiæ hominis, quę eſt in capite, eſt realiter diſtincta à ſua quātitate; & pars materiæ quæ eſt in brachio, eſt realiter diſtincta à ſua quantitate. Id admittunt authores oppoſitæ ſententiæ, & eſt certum apud omnes.

43 Deinde materia capitis prout diſtincta à ſua quātitate, eſt diſtincta realiter à materia brachij prout diſtincta etiā à ſua quantitate, neq; enim vna ſimplex materia ſubeſt omnib⁹ partib⁹ quātitatis, vt cōcedūt aduerſarij, & deducitur ab experientia, qua nouimus, brachiū ſeparari à capite; & tamē certū eſt apud omnes philoſophos non ſeparari ſolā quātitatē; ſed ſimul cum illa materiā, quā antea quantitas informabat: atqui materia, quæ perſeuerat in brachio ſeparato non eſt eadem cum materia remanente in capite: quia vna & eadē res creata, præcipuè ſi ſit corporea, non poteſt ſimul eſſe in duobus locis diſcontinuis, vt fatentur omnes: ergo materia, quā anteà quantitas brachij informabat, erat entitativè diſtincta à parte rei à materia capitis. Prætereà materia capitis, & materia brachij prout diſtinctæ, & inter ſe ſe; & à ſuis quātitatibus, cum vnam integrent materiā, debēt vniri aliquo nexu: nō accidentali, quia ex illis ſic vnitis non reſultaret materia, quæ eſſet vnū ſubſtātiale; ſed vnū accidētale, vt probatū eſt n. 36. ergo talis nexus debet eſſe ſubſtātialis. Denique non repugnat, quod

mi

materia cũ iſtis partib⁹, & nexib⁹ ſubſtantialibus ſeparatur miraculoſè à quantitate: quia ſi hæc poteſt ſeparari ab illâ, cur nõ illa ab iſtâ, cum materia neque exiſtat per exiſtentiam quãtitatis, neque ſit modus illius? cur ergo non dicetur habere partes integrales formaliter ratione ſui, & non formaliter à quantitate?

44 Iam verò, quod effectus formalis quãtitatis ſit reddere materiam, aut partes eius impenetrabiles proximè, facile probatur: quia cõceptus formalis quãtitatis eſt, quod partes eius ſint ratione ſui impenetrabiles (ſi eas habeat) & inter ſe ſe, & cum alio: ergo, eo ipſo quod informat materiam, tribuit illi hanc impenetrabilitatẽ. Patet cõſequentia: quia eo ipſo quod informat materiam, debet penetrari cũ ipſa materia; forma enim ſemper vnitur penetratiuè cum ſubiecto, vt fatentur omnes: eo autem ipſo quod cum materia penetratur, debet excludere ab ſpatio, quod occupat materia, quidquid excludit à proprio, quia eo ipſo quod materia, & quantitas ſunt in eodẽ loco quidquid admittitur in locũ materię, admitti debet in locum quantitatis: ergo, ſi repugnat aliquid admitti in locũ quãtitatis, repugnabit etiã admitti in locum materię. Hinc eſt, quod partes materię ratione quãtitatis ſint determinatę ad diuerſum ſpatiũ occupandũ, quia ſingulæ partes materiæ informantur ſingulis partibus quãtitatis: atq; adeò, cùm ſingulæ partes quãtitatis ratione ſui ſint determinatæ ad diuerſũ ſpatiũ occupãdu; ad idẽ determinatę erũt ſingulę partes materię ratione illarũ.

45 Nunc facilè ſoluẽtur argumẽta oppoſitæ ſententiæ adducta n. 24. & 25. Ad Primũ dico, quãtitatẽ definiri per diuiſibilitatẽ, nõ vtcũque ſumptã; ſed quæ oriri debeat ab agẽte corporeo: hoc enim nõ poteſt diuidere materiam, aut ſubſtantiã (& idẽ eſt de accidẽtib⁹ corporeis) niſi ea ſit affecta quãtitate, & propterea rectè dicitur nõ eſſe diuiſibilis ab agẽte corporeo, niſi ratione quãtitatis in illâ exiſtẽtis. Ratio huius eſt: quia ſubſtãtia nõ poteſt diuidi in ſuas partes, niſi per diſſolutionẽ vnionis earũ inter ſe, agens vero corporeũ nõ poteſt hãc vnionẽ diſſoluere, niſi per impulſũ cogẽtẽ partes abire in diuerſa loca, vel per introductionẽ alicuius diſpoſitionis petẽtis deſtructionẽ vnionis vni⁹ partis cũ alia: atqui neutro ex his modis poteſt vnionẽ materię diſſoluere, niſi hęc affecta ſit quãtitate; quia impulſũ nõ poteſt introducere in ipſa materia, ſeu in eius partib⁹, niſi & eas phyſicè tãgat, & ipſę aliquãtulũ ei reſiſtãt, ne in earũ locũ ingrediatur. Nã vt experiẽtia cõſtat, quo corpus aliquod min⁹ reſiſtit alteri impellẽti, minorẽ impulſũ ab eo recipit, atq; adeò ſi nullaten⁹ ei reſiſtat nullũ impulſũ ab eo recipiet: materia autẽ nõ poteſt reſiſtere, ne aliud corp⁹ in locũ ei⁹ ingrediatur, niſi habeat quãtitatẽ, quia talis reſiſtẽtia cõuenit corporib⁹ ratione impenetrabilitatis, quæ quidẽ nõ cõuenit materię, niſi ratione quan-

tita-

titatis; vt dictum eſt: ac per conſequens nullum agens corporeum poterit vnionem partium materię diſſoluere per impulſum, niſi ea affecta ſit quantitate.

45 Deinde neque poteſt per introductionem alicuius diſpoſitionis exigẽtis deſtructionẽ talis vnionis: quia, vt dicã in Phyſ. diſpoſitiones afficientes ſubſtantiam nõ ſubiectantur immediatè in ſubſtãtiã; ſed in quãtitate: atque adeò, hac deficiente, nulla diſpoſitio induci poterat in ipſam ſubſtantiã. Hinc facile ſoluitur argumentũ in formã. Diſtinguo primum antecedens: de conceptu quantitatis vt talis eſt eſſe diuiſibilem ab agente corporeo, concedo: eſſe diuiſibilẽ à Deo tantum, vel ab agente ſpirituali, nego antecedens. Et diſtinguo ſimiliter conſequens: ergo; ſi quidquã aliud eſt diuiſibile in partes ab agente corporeo, nõ poteſt id habere, niſi ratione quantitatis cõcedo: ſi eſt diuiſibile à Deo, nõ poteſt, &c. nego cõſequentiã. Materia autẽ, etſi ratione ſui habeat partes integrales, nõ eſt diuiſibilis ab agẽte corporeo: & ideò non habet ratione ſui diuiſibilitatem, quæ eſt propria quãtitatis. In hoc ſenſu locutus eſt S. Tho. nõnullis in locis, in quib⁹ dixit, materiam nõ eſſe diuiſibilẽ, niſi ratione quãtitatis. Deinde, cum dixit, aut inſinuauit diſtinctionem partiũ materię deſumendam eſſe ex quantitate intelligẽdus eſt de diſtinctione partium, non ſecundùm ſe: ſed quoad nos, qui non agnoſcimus diſtinctionem partiũ materiæ, niſi ratione quantitatis per quam partes eius determinantur ad occupandas diuerſas partes ſpatij.

47 Ad primã cõfirmationẽ reſpondeo, in hoc, quod eſt materiã habere partes extẽſas, duo inuolui, & quod habeat partes; & quod hæ ſint extẽſæ. Primũ nõ eſt quid illi accidentale; ſed eſt ipſa ſubſtãtia eius, quæ nihil aliud eſt: niſi ſuę partes. Secũdũ eſt illi accidẽtale; neq; illi provenit formaliter à quãtitate; ſed ab extẽſione actuali. A quantitate verò prouenit illi impenetrabilitas proxima, & exigẽtia immediata talis extenſionis; quòd quidẽ eſt etiã illi accidentale. Ad ſecundã confirmationẽ reſpondeo, hoc, quod eſt eſſe maius, aut minus propriè loquẽdo, nõ ſumi ex eo ſolũ, quod vnũ habet plures, aut pauciores partes, quã aliud; ſed ex locali etiã extẽſione taliũ partiũ: ſi enim in extẽſum eſſet corpus aliquod, nõ diceretur magnũ, aut paruũ. Cum autẽ materia per quãtitatẽ determinetur ad extẽſionẽ localẽ, quia ſine quãtitate ad ſpatiũ indiuiſibile reduci poſſet, propterea dicitur cõuenire ipſi magnitudo ratione quãtitatis. Ad tertiã cõfirmationẽ admitto, materiã eſſe purã potẽtiã eo modo quo explicabo in Phyſ. & nego cõſequẽtiã, nẽpe, quod nõ poſsit habere ratione ſui partes diſtinctas: quia ipſa pura potẽtia ratione ſui diſtinguitur à quocũq; actu: ergo ratione ſui poterit habere partes inter ſe diſtinctas. Ad probationẽ conſequentiæ, nego quod omnis diſtinctio ſumatur ab aliquo actu

Ari-

Ariſtoteles enim in eo loco ſolùm locutus eſt de diſtinctione cōpoſitorum reſultantiū ex materia, & formâ; nam cum in iſtis materia ſit cōmunis, non poteſt diſtinctio eorū deſumi niſi ex forma, quæ ſe habet per modū actus determinātis materiam cōmunem ad ſpecialis compoſiti conſtitutionem.

Nonnulla diſcutiuntur circa materiā, & ſubſtantiam ſeparatā à quantitate.

48 Rogabis primò: ſi quātitas ſepararetur à materiâ primâ maneret ne hæc in loco extenſa? Reſpondeo primò, materiā in eo caſu fore præſentē in loco: quia vt dicā in Phyſ. ad lib. 4. ſingulę entitates ex his, quæ ſunt in quolibet cōpoſito, ſunt præſentes per ſingulas præſentias, atque adeò ſingulę ſeparatę perſeuerant cum propriâ præſentiâ, per quā in ſuo loco conſtituuntur. Hinc colligo, quod, ſi ante ſeparationē quātitatis materia habebat pręſētiā, per quā eius partes eſſent in ſingulis partibus ſpatij, maneret poſt ſeparationem cum eādē præſentiā, quatenùs eſt ex ſe; poſſet tamen ab Angelo reduci tota ad punctū ſpatij. Ratio prioris eſt: quia ipſa ex ſe, ſeparatà quantitate, neque habet vim motiuā, ratione cuius reduci debeat ad punctū ſpatij, neque exigit talē reductionē, ad quid enim eam exigeret? Ergo perſeuerat cū præſentiâ, quā habebat anteā. Ab Angelo tamen reduci poſſet, quia, cū ipſa ſine quātitate nō habeat vim impediendi penetrationē, & aliàs Angelus poſſit impellere rem non habentem quantitatē poterit omnes materiæ partes in vno loco cōſtituere: ſecus agēs corporeū, quia hoc nō poteſt materiā mouere, niſi per impulſū, quē quidē nō poteſt in eam nō habentē quantitatē imprimere, vt diximus n. 44. Nequit tamen materia vi alicuius agentis naturalis conſtitui in aliquo ſpatio diuiſibili, ita vt ſit tota in toto, & tota in ſingulis partibus ſpatij, quia hic modus exiſtēdi in loco excedit perfectionem rerum corporearum.

46 Rogas ſecūdò: an eæ partes reductę ad pūctū vniātur inter ſe ſecundū ſe totas, vel tantū ſecundùm aliquid ſui? Reſpōdeo, vniri ſecundū aliqui ſui, quia eæ partes vniuntur per eaſdem vniones per quas vniebātur, quando erant ſub quātitate, vt cōſtat ex ſuperius dictis: atqui eæ vniones nō vniebāt in eo ſtatu quālibet partē ſecūdū ſe totā cum alijs; ſed ſolū cum extremitate partis immediatè ſequētis, vt experiētia cōſtat: ergo eodemmodo eas vniunt in ſtatu ſeparationis. Patet cōſequentia: quia eę vniones, cum ſint modi, nectūt partes per ſuā eſſētiā; atq, adeò perſeuerātib⁹ eiſdē vnionib⁹, eodēmodo debēt vniri partes per illas. Dices: ante ſeparationē quātitatis vniebātur partes materię ſecūdū extremitates: ſeparata quātitate, nō poſſunt vniri ſecūdū extremitates: ergo nō vniūtur eodē modo. Minor probatur: quia non dātur extrema, vbi nō datur extēſio: ſed quātitate ſeparatā, nō manent partes materię extenſę: ergo

non

non habent extremitates. Hic poſſumus loqui de extremitatib⁹ partium in ordine ad indiuiſibilia vnitiua ſecūdum ſe ſumpta; vel prout exiſtēsia in aliquo determinato loco. Si ſermo ſit de extremitatibus primo modo; dantur quidē in partibus exiſtentibus in puncto ſpatij, quia in qualibet datur aliquid & quod immediatè attingat indiuiſibile cōtinuatiuū, & ratione cuius dicatur attingere reliquas partes. Si vero ſermo ſit de extremitatibus ſecūdo modo nō dantur niſi in partibus extenſis quia in hoc ſēſu hę dicūtur extremitates partium, quæ occupant ſpatia immediata ſpatio indiuiſibilis continuatiui: atqui nō datur vnum, & alterum ſpatium partium, quando nō ſunt extenſæ: ergo non dantur extrema in illo ſecundo ſenſu.

50 Rogas tertiò: an ſubſtātia corporea ſeparatà à quantitate poſſit moueri natiuà virtute? Difficultas poteſt procedere de ſubſtātijs viuentibus, & de nō viuētibus; qualia ſunt grauia, & leuia. De vtriſq; dico, nō poſſe moueri natiuà virtute. Probatur de nō viuentibus: quia nō mouētur ab intrinſeco, niſi per grauitatē, & leuitatē: hæ autem non datur in ſubſtātijs ablatà quātitate, quia hæc eſt propriū, & immediatū ſubiectū earū, vt cōſtat ex accidētibus Euchariſticis, quæ deſtructà ſubſtāria, ſeruāt grauitatē, quā anteà habebāt: ergo nō poſſunt moueri prædictæ ſubſtātię ablata quātitate. De viuētibus etiā probatur: quia hæc nō poſſunt reliquas operations vitales corporeas exercere in ſe ipſis, niſi depēdentar ab organizatione propria viuentiū; hac enim deficiēte, neq; in ſenſib⁹ exercētur ſenſationes neque in partib⁹ vegetatiuis vegetationes, &c. ergo idē erit de motu progreſsiuo proprio animaliū; neque enim fundamentū aliquod eſt ad philoſophādum diuerſo modo de hoc, ac de illis; atqui deficiente quantitate deficit organizatio; quia hæc coaleſcit ex quantitate taliter diſpoſita per primas qualitates: ergo, &c.

SECTIO IV.

An diſtinctio indiuiduorum intra eandē ſpeciē ſumatur à materia ſignata à quantitate.

51 Affirmant cōmuniter Thomiſtæ; & propterea dicūt, in rebus ſpiritualibus omnino abſolutis à materia nō dari pluralitatem indiuiduorū intra eandē ſpeciem: quia videlicet carent materia quanta, à qua ſumatur multiplicitas indiuiduorū. Secus in ſubſtātijs, & accidētibus corporeis: quia hęc vel includunt in ſe materiā quantā; vel ſaltē cōnexionē aliquā cum illa habent. Ita tamē requirunt iſti authores ad multiplicitatē indiuiduorū materiā quantam, vt materia ſit principiū indiuiduationis, & quantitas cōditio per ſe requiſita ex parte materiæ, vt hæc communicet indiuiduis diſtinctionē indiuidualē, ita vt hæç numero materia cum hac numero quātitate ſit principium huius indiuidui in ratione talis, & illa numero materia cum illa numero quā-

ne hac numero quātitate: ergo nō habet intrinſecā cōnexionē cū illā. Cōſequētia eſt bona: quia ſi haberet intrinſecā cōnexionē cū illa nō poſſet eſſe ſine illa. Antecedēs verò eſt certū in ſententia Thomiſtarū aſſerentiū, quod quādo ex vi generationis vnius cōpoſiti ſubſtātialis, corrūpitur aliud, vt quādo ex vi generationis ignis corrūpitur lignū, eadē materia, quæ erat in corrupto manet in genito cū diuerſā numero quātitate, ac habebat anteà: ergo perſeuerāte eadē numero materiā, variatur quātitas: ergo cū nulla determinata quātitate habet determinatā cōnexionē hæc numero materia. Si autem materia neq; intrinſecè, neque extrinſecè indiuiduatur à quātitate, idē dicēdū erit de forma ſubſtātiali; quia ſicut hæc numero materia ſeipſa eſt talis, ſic etiā hæc numero forma ſubſtātialis ſe ipſa erit talis. Et idē dicendū erit de indiuiduis aliarū ſpecierū realiū, ſiue accidētia realia ſint, ſiue ſubſtātiæ reales.

55 Probatur deinde generaliter de omnib⁹, quod multiplicatio indiuiduorū intra eādē ſpeciē nō debeat ſumi à quātitate (imò neq; à materia niſi forſan ſint ex his, quæ eſſentialiter coaleſcūt ex materia, vt ſunt cōpoſita ex materia, & formā, hæc enim indiuidua vt talia intrinſecè coaleſcunt ex hac numero materia, & ex hac numero formâ) quia ſi propter aliquā rationē multitudo indiuiduorū intra eādē ſpeciē deberet ſumi à quātitate, maximè, quia implicat, quod vna, & eadē entitas per ſe ipſam, & cōueniat cū alijs; & ab eis ſeparetur: hanc rationē aſsignant aduerſarij: atqui hoc nō implicat: ergo nulla eſt ratio quę nos cogat ad aſſerendū multitudinem indiuiduorū deſumēdā eſſe à quātitate. Minorē, probo: quia in ſententia omniū, vna, & eadē entitas realis cōuenit genericè cū alia, ratione vnius prędicati; & differt ab eadem ſpecificè, ratione alterius idētificati à parte rei cū illo priori; eadē enim entitas hominis conuenit genericè cū equo in ratione animalis, & differt ab illo ſpecificè in ratione rationalis; & eadem entitas Angeli Michaelis cōuenit genericè cum Gabriele in ratione ſubſtantiæ ſpiritualis; & differt ab illo ſpecificè (in ſententia Thomiſtarum) ratione differētiæ proprię identificatæ realiter cum prædicato illo generico. Cur ergo non poterit eadem entitas ratione vnius prædicati conuenire ſpecificè cū alia, & ratione alterius cum illo ſpecifico identificati à parte rei, differre numero ab illa eadē? Ad quid ergo confugiendū eſt, ad materiam, vel quantitatē, vt diuerſitatem numericam intra eandem ſpeciem adſtruamus?

55 Obijcies: materia ſignata quantitate eſt vnicum principium multitudinis indiuidualis intra eādem ſpeciē: ergo vbi non eſt materia ſignata quantitate, non poteſt eſſe multiplicatio indiuiduorum intra eandem ſpeciem. Antecedēs probatur ex Ariſt. 12. Met. text. 49. vbi ait primum motorem eſſe non poſſe, niſi vnum nu-

quantitati? Et quod ad *Numerum* attinet. Multi ſunt, qui numerum quantitatum exiſtiment eſſe veram ſpeciem quātitatis Ita Scot. 5. Met. quæſt. 9. Capreol. in 8. diſt. 24. quæſt. 1. concl. 5. Sonzin. 10. Met. quæſt. 7. Caietan. & Sot. in Log. eſtque communis inter recentiores Thomiſtas. Præcipuum fundamentum huius ſententiæ eſt authoritas Ariſt. & S. Thom. Iſte enim in hoc capite Numerum recenſuit inter ſpecies quātitatis; & 5. Met. tex. 18. vbi nonnullas ſpecies, quæ in hoc capite enumerauerat, dixit eſſe quātitates per accidens. Numero adſcripſit rationem quantitatis per ſe. S. Th. verò adducitur ex lib. 4. Met. lect. 2 & lib. 5. Met. lect. 15. & in 1. diſt. 24. q. 1. art. 3. & q. 9. de Pot. ar. 7 & 1. p. q. 11. art. 1. ad 1. & quodl. 10. art. 1. quibus in locis docet, Numerum eſſe ſpeciem quantitatis: & in aliquibus addit, eſſe vnū per ſe. Authores huius ſententiæ toti ſunt in probando Numerum eſſe vnum per ſe, vt vnum deducant, poſſe eſſe ſpeciē quātitatis.

59 Secunda ſententia tenet, Numerum non eſſe propriè ſpeciē quantitatis, eſſe tamen ſpeciem impropriè. Ita Aberr. lib. 8. Met. tract. 1. c. 8. Aureol. Greg. Ochā apud P. Suar. in Met. diſp. 41. ſectio. 2. n. 7. qui eos ſequitur. P. Fō ſec. lib. 5. Met. c. 13. q. 4. PP. Cōnimb. cap. de Quantitate q. 2. art. 1. ac multi recētiores, & mihi videtur probabilior hæc ſententia. Eam probant prædicti authores: Quia Numerus non eſt ens per ſe: ergo non poteſt eſſe propriè ſpecies quantitatis. Conſequentia videtur bona: quia vna ex conditionibus requiſitis ad hoc, vt res aliqua pertineat ad prędicamentum tanquam vera ſpecies illius, eſt, quod ſit ens per ſe; nam entia omnino per accidens ſicut definitionem non poſſunt habere, ita neq; genera, aut ſpecies eſſe poſſunt. Antecedens vero probatur: quia ex multis entibus non poteſt fieri vnū per ſe, niſi aliqua vnio intercedat: atqui inter vnitates Numeri non datur aliqua vnio, cum ſint omnino diſcretę, & propterea Numerus dici ſolet quantitas diſcreta: ergo nō poteſt ex illis reſultare vnum per ſe.

60 Cęterū hæc ratio non videtur mihi ſatis firma: quia ad prędicamentū non maior vnitas requiritur, quam ea, quæ oritur ex certa quadā aplicatione, aut ſubordinatione vnius rei ad aliā; ſed talis vnitas datur in Numero: ergo habet vnitatem ſufficientem ad hoc, vt in prædicamento conſtituatur; atque adeo ex hoc capite excludendum nō erit à prædicamēto quātitatis. Maior eſt certa: quia *armatū eſſe*, & *veſtitū eſſe* pertinent in conſenſu omnium ad prædicamentū *Habere*; & nihilominus *armatū eſſe* non aliter eſt vnum, niſi quia arma ita homini applicantur, vt ab illis denominetur armatus: & idem inuenitur in hoc quod eſt *eſſe veſtitū*. Minor verò probatur: quia ſingulę vnitates quantitatum Ita inter ſe ſubordinantur, vt ſi poſita vna, adveniat

Digitized by Google

inter ſe: atqui poſitâ carẽtia vnionum, nõ ſunt impenetrabiles, aut extenſæ illæ quantitates diuerſo modo, ac eſſent, ſi copularẽtur inter ſe: ergo ratio quantitatis non contrahitur per diſcretionem ad diuerſum modum impenetrabilitatis. Maior eſt certa. Minor conſtat experientia, qua nouimus, quod, ſi vnio palmorum vlnæ diſſoluatur, non habent ipſi palmi diuerſum modum extenſionis, aut impenetrabilitatis, ac habebãt ante diſſolutionem vnionum: qua ergo ratione conſtituent diuerſam ſpeciem quãtitatis ratione diſcretionis?

63 Dices: diſſoluta vnione, poſſunt eæ vnitates aſſumi vt regula ad menſurandos alios numeros; quod quidem fieri nõ poterat ante diſſolutionẽ vnionũ. Sed contrà: in primis ante diſſolutionem vnionum erant quatuor palmi in vlna: ergo ante diſcretionem poterant aſſumi ad menſurandos alios numeros: ac per cõſequens hæc ratio menſuræ nõ magis propria eſt quantitatis diſcretæ, quam continuæ. Secũdo: vel ſunt mẽſura aliorum numerorũ ratione extenſionis localis; vel ratione multitudinis. Si primum: non habent diuerſum modum menſurandi, ac habebant ante diſcretionẽ: quia ſicut anteà erant menſura extenſionis quatuor palmorum; ſic etiã poſt diſcretionẽ. Si dicatur ſecundũ: non alia'n habent rationem menſuræ, quàm habet quaternarius Angelorum, quia numeri in ratione multitudinis non minus bene diſcernuntur per multitudinẽ Angelorũ: quã per multitudinẽ quãtitatũ, vt ex ſe conſtat, atqui quaternarius Angelorum nõ eſt menſura quantitatiua, vt tu concedis (& ſuadet ratio, quia non conſtat partibus impenetrabilibus interſe quoad locum, vel durationẽ; neque eſt impenetrabilis cum alio, vt conſtat) ergo neque quaternarius quantitatum palmarium.

64 Dices, quaternarium Angelorum non eſſe menſuram quantitatum; quia non ſupponit: aut inuoluit rationem formalem quantitatis, quæ in extenſione, aut impenetratione radicali conſiſtit, benè tamen quaternarium quantitatum; quia hic, cum ſupponat, aut inuoluat rationem formalẽ quantitatis, poteſt illam cõtrahere ad peculiarem ſpeciem intra genus quantitatis. Sed contra: quaternarius quantitatum duo inuoluit, nempè, & extenſionem, ſeu impenetrabilitatem ſingularum quantitatum; & hæc eſt eadem omnino in illis poſt diſcretionem, ac ante ipſam diſcretionẽ, vt ex ſe conſtat; & ideò ratione huius non poteſt peculiarem ſpeciem quantitatis conſtituere. Deinde inuoluit rationem multitudinis: hæc autẽ ſi ſecundùm ſe conſideretur, non poteſt conſtituere peculiarẽ ſpeciem quãtitatis; quia inuenitur in Angelis, quin talem ſpeciem cõſtituat. Si verò cõſideretur prout cõiuncta cũ extenſione illarũ quãtitatũ, nõ determinat illas ad peculiarẽ modũ extẽſionis, ſeu impenetrationis, vt probatũ eſt: ergo non cõ-

cõſtituit peculiarẽ ſpeciẽ quantitatis. Cõfirmatur: nã ideò ternari⁹ hominũ nõ cõſtituit ſpecialẽ hominis ſpeciẽ diſtinctã à ſingulis hominibus ſeorſim ſumptis, quia nõ cõtrahit rationẽ formalẽ hominis ad ſpecialẽ modũ diſcurrendi diſtinctũ à modo diſcurrẽdi ſingulorũ hominũ: ergo neque ternarius quãtitatũ cõſtituet ſpecialẽ ſpeciẽ quãtitatis diſtinctã à ſingulis quãtitatibus ſeorſim ſumptis, cũ non contrahat, ſeu determinet quantitatẽ, vt ſic ad peculiarẽ modum extenſionis, ſeu impenetrationis.

65 Dices: de cõceptu formali quãtitatis, vt ſic eſt ratio mẽſuræ, & cum diſcretio quãtitatũ determinet quãtitatẽ ad hoc, vt ſit mẽſura multitudinis, determinat illã ad peculiarẽ ſpeciem intra genus quãtitatis. Sed cõtra: de cõceptu formali quãtitatis, vt ſic nõ eſt ratio menſuræ vt ſic, quia ternarius Angelorũ, cũ poſsit aſſumi ad mẽſurãdos alios numeros participat rationẽ formalẽ menſuræ vt ſic, & nihilominus nõ participat rationẽ formalẽ quantitatis vt ſic; ſed de cõceptu formali quãtitatis vt ſic vel ſaltẽ proprietas illius eſt, eſſe mẽſurã fundatã in extenſione; & impenetratione partiũ ipſius quãtitatis: ergo ratio menſuræ, quæ non fundatur in peculiari modo extenſionis, ſeu impenetrationis partiũ, non poteſt conſtituere, ſeu indicare ſpecialẽ ſpeciem quantitatis atqui ratio menſuræ, quæ eſt in ternario quantitatũ reſpectu numerorum, non fundatur in peculiari aliquo modo extenſionis, ſeu impenetrationis partium: ergo nõ poteſt conſtituere, ſeu indicare peculiarẽ ſpeciem quãtitatis. Minor probatur: quia ternarius, aut quaternarius cuiuſcumq; rei non minus benè mẽſuratur in ratione ternarij, aut quaternarij per ternariũ aut quaternariũ Angelorũ, quam per ternarium, aut quaternarium quantitatum ergo, &c.

66 Ad Ariſtotelem adductum pro contraria ſentẽtia reſpondeo, in capite de Quantitate nõ ſolùm enumeraſſe eas ſpecies, quæ propriè participant rationẽ quantitatis; ſed etiam eas, quæ impropriè tales dicũtur apud vulgus, vel ratione alicuius attributionis, ſeu ſimilitudinis, quã cum proprijs ſpeciebus quãtitatis habent: vel quia cùm ſint in ſubiecto quanto, dicuntur quãta per accidens, vt cõtingit in tempore; & motu: quæ quidẽ lib. 5. Met. tex. 18. (vbi accuratius quantitatis naturã Philoſophus enucleauit, & proprias ei⁹ ſpecies ab improprijs ſeparauit) inter quãta per accidens recenſuit, quia in ſubiecto quanto reperiuntur. Et licet ibidem multitudinis, quam dicit eſſe Numerum, meminerit, nec adſcripſerit quantitati per accidens; inde tamẽ non licet colligere, quod putauit eſſe quãtitatem per ſe: quia neq; eam inter quãtitates per ſe numerauit. Imò ex eo loco videor mihi colligere. Numerũ, ſeu multitudinẽ nõ eſſe ex illis, quæ propriè quãtitatis rationem participat; ſed ex his, quæ impropriè tales dicuntur propter analogiam, aut proportionẽ, quã

cum

cum vera quantitate habent: quia ibi dicit Ariſt. multitudinē quātū quid eſſe, ſi nu nerabilis ſit: ergo nihil aliud requirit adhoc, vt mul titudo quanta dicatur, niſi quod poſsit numerari: atqui multitudini rerum ſpiritualiū competit eſſe numerabilē, & nihilominus non eſt propriè quantitas, quia non ad mittit impenetrabilitatē, in qua rationē formalem quantitatis diximus cōſiſtere: ergo in prędicto loco Ariſt. non tribuit multitudini rationē propriam quantitatis; ſed eam vocat talē propter analogiam, aut ſimilitudinē, quā cum verā quātitate habet in hoc, quod eſt conſtare partibus, in quas poſſit diuidi: quaternarius enim diuidi poteſt in binarios, & hi in ſingulas vnitates. In eodē ſenſu intelligendus eſt S. Th. vbicunq; dicit: Numerum eſſe quantitatem.

Verū linea ſuperficies, & corp⁹ ſint ſpecies propriæ quātitatis?

67 EX dictis parte præcedenti conſtat, admittendā nō eſſe quantitatem diſcretam. Examinādum reſtat, an ſit admittenda cōtinua tam ſucceſsiua, quā permanēs, & quęnam eius ſpecies; Prius ergo agemus de permanente, & deinde de ſucceſsiua. Quantitatē permanentē continuā diuiſit Ariſt. lib. 5. Met. tex. 18. in *lineā ſuperficiem*, & *corpus*: quibus in hoc capite de quātitate addidit *locū*. Linea ergo ex Ariſt. loco citato Met. *eſt quātitas cōtinua ad vnū*: ſuperficies *eſt quātitas cōtinua ad duo*: corpus *eſt quātitas continua ad tria*: Vt autem hęc omnia rectè intelligātur, notandū eſt, in quantitate dari punctum, quod eſt entitas omnino indiuiſibilis, qua partes lineæ continuantur inter ſe: finge ergo tibi hoc duci via recta per corp⁹ aliquod planū: ex ductu ei⁹ relinquetur veſtigiū longū, quod eſt extenſio propria lineæ. Rurſus ſi linea verſus latera ducatur, relinquet veſtigium latū, quod eſt extēſio propria ſuperficiei Denīq; ſi ſuperficies eleuetur, aut de primatur, relinquet veſtigiū profundū, quod eſt extenſio propria corporis. Hæc tria genera extēſionū appellantur dimenſiones, quia totidē modis poſſumus quantitatem permanentem dimetiri.

68 Linea ergo dicitur eſſe *cōtinua ad vnum*, quia cōſtat partibus, quæ verſus vnam tantū loci differentiā extenduntur, & propterea appellatur longitudo, quæ ſolū dicit vnam extenſionem. Superficies verò dicitur *continua ad duo*, quia coaleſcit ex partib⁹, quę verſus duas tantum loci differentias extenduntur, & propterea dicitur latitudo, quæ duplicem tantum extenſionem inuoluit. Corpus denique dicitur *continuū ad tria*, quia cōponitur ex partibus, quæ verſ⁹ tres loci differētias protēdūtur, & propterea dicitur profūditas quę triplicē includit extēſionē. Hinc colliges primò, corp⁹ quod hic ponitur ſpecies quātitatis, eſſe prorſus diſtinctum à *corpore*, quod diximus eſſe genus intermediū in prædicamēto Subſtātiæ

(&

(& diuiditur in corruptibile, & in corruptibile) quia ratio corporis ſubſtantialis conſiſtit in eo, quod eſt eſſe radicem quantitatis, ratio verò corporis quantitatiui in hoc quod eſt conſtare partibus petentibus ratione ſui extenſionem ver ſus tres loci differentias.

69 Colliges ſecundò: impropriè ſatis loqui eos, qui dicunt, lineam eſſe diuiſibilem ſecundũ lõgitudinem tantùm; ſuperficiẽ verò ſecundum lõgitudinẽ, & latitudinem tantùm; corpus denique ſecundùm lõgitudinem, latitudinem, & profunditatem: quia lõgitudo, vt talis dicit vnam tantùm extenſionem, atque adeo, eo ipſo quod linea dicitur eſſe diuiſibilis ſecũdùm longitudinem, ſuperfluè additur *tantum*. Deinde latitudo in voluit duplicem extenſionẽ: & profunditas triplicem. Vel ergo, quando ſuperficies dicitur diuiſibilis ſecũdù lõgitudinem, & latitudinem, per *longitudinem*; ſignificatur aliqua diuiſibilitas, quæ nõ explicetur per *latitudinẽ*, vel non ſignificatur. Si hoc vltimũ: ſuperflue additur *longitudo*, cum nihil noui explicet. Si primum: eſt falſum, quia in ſuperficie non datur alia diuiſibilitas, niſi ſecundùm latitudinem. Et idem argumentum poteſt fieri de profunditate.

70 Porro hæ ſpecies diuerſo modo cõponédæ ſunt iuxta duas ſententias oppoſitas circa compoſitionem continui: vnam Zenonis aſſerentis cõtinuum componi ex finitis punctis, ſeu indiuiſibilibus inter ſe vnitis; alteram Ariſtotelis aſſerentis continuũ coaleſcere ex partibus diuiſibilibus in infinitũ. Nam iuxta ſentẽtiam Zenonis linea nihil aliud eſt, quã aliqua puncta in lõgum vnita; ſuperficies verò, aliquæ lineæ verſus latera connexæ; & corpus aliquę ſuperficies ita diſpoſitę, vt vna extenſa ſuprà alteram illi vniatur. Hinc fit lineã ſuperficiem, & corpus iuxta prædictam ſententiã non eſſe ſpecies eſſentialiter diſtinctas intra genus quantitatis: quia intra genus quãtitatis, de cujus ratione eſt impenetrabilitas, non poſſunt multiplicari ſpecies, niſi per diuerſos modos impenetrabilitatis: atqui linea, ſuperficies, & corpus iuxta prædictam ſententiam, non ſunt diuerſo modo impenetrabilia: ergo neque conſtituunt diuerſas ſpecies intra genus quantitatis. Maior eſt certa: quia nullum genus contrahitur ad diuerſas ſpecies, niſi per differentias, per quas contrahitur ad exercendas ſuas operationes diuerſo modo in talibus ſpeciebus; & propterea ij, qui diſtinguunt formaliter actionem à paſſione, dicunt, neutram contrahere alteram ad conſtituendã aliquam ſpeciem intra genus illius; quia videlicet, paſſio nõ contrahit rationẽ actionis ad diuerſum modum agendi, neque è cõtra. Minor verò probatur: quia in linea nulla datur alia impenetrabilitas præter illam, quam vnum punctũ habet cum alio ſibi adiũcto; vt ex ſe conſtat; Deinde neq; in ſuperficie eſt alia impenetrabilitas præter impenetrabilitatẽ ipſorũ pun-

ctorum

ctorum : ex eo enim, quod ſigula puncta lineæ ſint impenetrabilia cum quibuſcumque alijs, oritur quod, ſi ſingulis punctis huius lineæ adiungantur alia verſus latera, ea excludant à ſuo loco, & idē argumentum poteſt fieri de impenetrabilitate corporis: ergo eādem omnino impenetrabilitatem continent linea, ſuperficies, & corpus; ac per conſequens non diſtinguantur ſpecie intra genus quantitatis.

71 Crediderim tamen eà tria abſolutè loquendo dicēda eſſe ſpecie diſtingui vt talia: quia linea vt talis debet cōſtare punctis ita diſpoſitis, vt cōſtituant longitudinē, ſuperficies vero involuit pūcta ita diſpoſita, vt conſtituant latitudinē; & corpus ita diſpoſita, vt cōſtituant profunditatem: hæ autem diſpoſitiones punctorū, licet accidentales ſint illis in ratione impenetrabilium, per ſe tamen requiruntur ad illa prout conſtituētia lineā, ſuperficiē, & corpus: quandoquidem nullum ex his conſtituēt, ſi abſit diſpoſitio ad illud requiſita: atqui hęc diuerſitas diſpoſitionis punctorū eſt ſufficiens, vt dicantur ſpecie diſtingui inter ſe illa tria: ergo &c. Minor eſt certa: quia diſpoſitio per ſe requiſita ad quadrangulū, & diſpoſitio per ſe requiſita ad triangulū, licet accidētales ſint lineis intra genus quātitatis, nihilominùs ſufficientes ſunt, vt quadrangulus, & triangulus ſpecie diſtinguātur in ratione talium, vt fatentur Matematici: ergo idem dicēdum eſt de linea, ſuperficie, & corpore in ratione talium. Hęc iuxta ſententiam Zenonis.

72 Iuxta ſententiam vero Ariſtotelis, quę defendenda nobis eſt in lib. 6. Phyſic. linea coaleſcit ex partibus in infinitū diuiſibilibus, quarū ſingulæ ex natura ſua ſunt extenſæ, & diuiſibiles ſecūdū lōgitudinem. Deinde ſuperficies cōponitur ex partibus, quarū ſingulæ ſunt diuiſibiles, & extēſæ ſecūdum latitudinē. Et denique corpus includit partes, quarū ſingulæ ſunt diuiſibiles, & extēſæ ſecūdûm profunditatē. Hinc eſt, partes lineę ſpecie diſtingui à partib⁹ ſuperficiei, & partes huius à partibus corporis: quandoquidē ſingulæ ex ſe petunt diuerſam extēſionem, & habēt diuerſam diuiſibilitatē. Porrò partes corporis vniūtur inter ſe per ſuperficiē; partes huius per lineā; & denique partes lineæ per puncta: quia ſicut in ſententia Ariſt. repugnat, quod in cōpoſitione vnius lineæ vnū punctū immediatè vniatur alteri; & inter quęlibet duo puncta debet intercedere pars lineæ, cui illa hinc inde immediatè vniantur; ſic etiā repugnat, quod in cōpoſitione vnius ſuperficiei, duæ lineę; & in cōpoſitione vnius corporis duæ ſuperficies immediatè vniātur inter ſe; ſed inter illas debet intercedere pars ſuperficiei; & inter has pars corporis, cum qua hinc inde immediatè connectantur.

73 Præcereà duo ſunt genera ſuperficierū: quædā enim finiunt, ſeu terminant extenſionē corpo-

Digitized by Google

tis; eæ videlicet, intra quas ita cõtinentur partes vnius corporis, vt extra illas nulla pars eiuſdem corporis protendatur; & propterea dicuntur terminatiuæ, ſeu termini illius: Tales ſunt ſuperficies extimæ cuiuſuis corporis, Aliæ vniunt, ſeu continuant partes corporis inter ſe, & propterea dicuntur ſuperficies continuatiuæ, ſeu continuationes partium corporis: &: cum quælibet ex iſtis duas partes, quas vnit, ſeu continuat, immediate attingat, dicitur eſſe vltimum, ſeu terminus illarũ partium, quia quæuis ex illis finitur in ea ſuperficie verſus illam partem. Superficies tam terminatiuæ, quam continuatiuæ ſunt modi partium, quas terminant, ſeu continuant: quia ſe ipſis, & non per aliquid ſuperaditum hæc munera præſtant, alioqui procedendum eſſet in infinitum. Id quod diximus de ſuperficiebus reſpectu partium corporis, dicendum eſt de lineis reſpectu partium ſuperficiei; & de punctis reſpectu partium lineæ. Hæc de iſtis prælibaſſe ſufficiat in hoc loco, quia in lib. 6. Phyſ. vbi propriam ſedem habent longius ſingula explicanda ſunt. In præſenti ergo eſt difficultas: an linea ſuperficies, & corpus ſint verè, & propriè quantitatis ſpecies? Non deſunt qui exiſtiment lineã, & ſuperficiem non eſſe proprias ſpecies quantitatis. Rationes eorũ obijciemus infra.

74 Dicendũ nihilominùs eſt non ſolũ corpus, ſed etiam lineã, & ſuperficiẽ verè, & propriè eſſe ſpecies quãtitatis diſtinctas intra genus quantitatis. Eſt expreſſa Ariſt. ſententia lib. 5. Met. tex. 18. vbi diſtinxit quantitatem per ſe à quantitate per accidẽs, & in exẽplum quantitatis per ſe adduxit lineam. Si autẽ lineam putauit eſſe propriè quantitatẽ; idem ſine dubio exiſtimauit de ſuperficie, & corpore: quia non eſt maior ratio illius, quam iſtorum. Ariſt. ſubſcribunt ferè omnes authores. Probatur hæc ſententia: quia ratio formalis quantitatis iuxta Ariſt. ſententiam eſt cõſtare partibus impenetrabilibus inter ſe, & petẽtibus occupare diuerſum locũ: ſed tam linea, & ſuperficies, quàm corpus cõſtat eiuſmodi partibus: ergo tã illæ, quam iſtud participant propriam, & formalẽ rationem quantitatis. Maior cõſtat ex ſect. 1. Minor probatur: quia linea cõſtat partibus longis, quæ inter ſe non poſſunt penetrari, & propterea ſẽper occupant ſpatiũ longum; ſuperficies conſtat partibus latis; & corpus profundis; quæ quia ſe mutuo trudunt ab eodẽ loco, ſemper occupant illæ ſpatium latum, & iſtæ profundum, vt cõſtat experiẽtia: ergo habẽt omnia requiſita, vt dicantur participare propriè rationem formalem quantitatis. Iam, quod ſint ſpecies diuerſæ intra genus quantitatis, facile probatur: quia linea conſtat partibus impenetrabilibus ſecundùm lõgitudinem; & ſuperficies partibus impenetrabilibus ſecũdùm latitudinẽ, & corpus ſecũdùm profunditatẽ,

&

& propterea linea ſemper obtinet extenſionem longam; ſuperficies latã, & corpus profundã: ergo ſingulæ habent diuerſum modũ impenetrabilitatis; ac per conſequẽs ſunt diuerſæ ſpecies intra genus quantitatis.

75 Hic eſt aduertendum, quòd, ſi darentur linea, ſuperficies, & corpus infinitè extenſa pertinerent ad hoc prædicamentum, ſicut ea, quæ de facto habent finitam extenſionem: quia linea infinita eſſet eiuſdem ſpeciei cum finita (& idem eſſet de ſuperficie, & corpore) ergo, cum linea finita pertineat ad hoc prædicamentum, idem dicendum eſſet de infinita. Antecedẽs probatur: quia linea infinita non diſtingueretur à finitâ, niſi quia haberet plures partes; ſed hoc, quod eſt habere plures, aut pauciores partes non facit, lineas eſſe diuerſas in ſpecie, neque enim linea vnius vlnæ ſpecie diſtinguitur à linea viginti vlnarum, vt fatentur omnes: ergo linea infinita non eſſet diuerſæ ſpeciei à finita. Id magis explicabitur ex doctrina tradenda in lib. de Generat. diſp. 4. ſect. 9.

Soluuntur obiectiones cõtra præcedentem concluſionem.

76 Obijcies primo: corpus eſt quãtitas completa; linea, & ſuperficies incõpletę: ergo non poſſunt pertinere ad vnũ, & idem genus quantitatis tanquã veræ, & propriæ ſpecies illius. Conſequentia videtur bona: quia completo, & incompleto non poteſt dari vna ratio communis vniuoca, ac per conſequens neque vnum genus, quia hoc debet eſſe vniuocũ. Antecedens verò probatur: quia illud eſt incompletum, quod ex natura ſua ordinatur ad compoſitionem alterius, ſed lineæ, & ſuperficies ex natura ſua ad compoſitionem corporis ordinantur, cùm ſint vniones partium ipſius corporis: ergo ſunt entitates incompletæ. Nonnulli ex ſectatoribus noſtræ ſententiæ reſpondent huic obiectioni. Duo poſſe conſiderari in linea, & ſuperficie, diuiſibilitatem videlicèt, & indiuiſibilitatẽ: linea enim eſt diuiſibis ſecundùm longitudinẽ, & indiuiſibilis ſecundùm latitudinẽ, & ſuperficies diuiſibilis ſecũdùm latitudinem, indiuiſibilis verò ſecũdùm profunditatem. Dicunt ergo, lineam, & ſuperficiem eſſe entitates completas quatenùs ſunt diuiſibiles; incompletas verò quatenùs indiuiſibiles, quia ſub hac ratione ſunt vniones partium, quas cõtinuare dicuntur, non vero ſub illa.

77 Hæc reſponſio mihi diſplicet: quia ſuperficies, vt eſt vnio partiũ corporis, debet eſſe non ſolùm indiuiſibilis ſecundũ profunditatem; ſed etiam diuiſibilis ſecundùm latitudinem: ergo de ratione illius vt vnionis tam eſt diuiſibilitas, quam indiuiſibilitas; ac per conſequens ſecundùm vtramque rationem erit incompleta. Idem argumentũ poteſt fieri de lineâ

lineæ reſpectu ſuperficiei) Antecedens probatur, & primò quod debeat eſſe indiuiſibilis ſecundùm profunditatem, eſt certum apud omnes philoſophos paſſim aſſerentes, omne continuatiuum debere carere diuiſibilitate propriâ partium, quas continuat, atque adeò, cum ſuperficies continuet partes profundas corporis, debet eſſe indiuiſibilis ſecundùm profunditatem. Id probo in Phyſic. diſput. 25. lection. 1. Quòd verò debeat eſſe diuiſibilis ſecundùm latitudinem, ſic probo: quia, ſi cum hac pagina, alia illi ſupra poſita vniretur, vnirentur quidem, vt partes profundæ, cum vtraque ſit diuiſibilis ſecundùm profunditatem: atqui hæc pagina non poteſt vniri cum aliâ illi ſupra poſitâ, niſi vnio per totam earum planitiem extendatur; alioqui ea pars planitiei, quam vnio non attingeret, inunita remaneret, vt ex ſe conſtat: ergo de ratione talis vnionis eſt, quòd per totam hanc planitiem extendatur: atqui, eo ipſo quòd per totam planitiem extendatur talis vnio, erit diuiſibilis ſecundùm latitudinem, vt ex ſe conſtat: ergo de ratione talis vnionis eſt eſſe diuiſibilem ſecundũ latitudinem. Idem dicito de ſingulis partibus huius paginæ quia cum ſingulæ ſint eodẽ modo diuiſibiles, & extenſæ; ac tota pagina, eodẽ modo vniri debent inter ſe maiori, aut minori vnione, prout maiores, aut minores fuerint partes vniendæ.

78 Reſpondeo: ergo ad obiectionem, lineam, & ſuperficiem eſſe entitates incompletas non ſolum prout indiuiſibiles, ſed etiam prout diuiſibiles, quia ſub vtraque ratione ad compoſitionẽ corporis ordinantur, immediatè vna, ſuperficies videlicet, quia immediatè vnit illius partes; & mediatè linea, quia immediatè vnit partes ſuperficiei. Hoc tamen nõ tollit, quòd vtraque ſit vera, & propria ſpecies quãtitatis: quia quælibet ex illis prout diſtincta eſt ab alia, & à corpore, habet partes impenetrabiles diuerſæ rationis à partibus alterius: ergo prout diſtincta eſt ab alia, & à corpore participat veram rationem quantitatis. Conſequentia eſt bona. Antecedens probatur: quia linea, prout diſtincta eſt â ſuperficie, habet partes longas, & hæc, prout diſtincta eſt, â corpore habet partes latas impenetrabiles inter ſe, cur ergo non dicentur participare verè, & propriè ratione ſui conceptum formalem quantitatis? Si autem illud formaliter participant, & ex aliâ parte conſtant partibus diuerſo modo impenetrabilibus inter ſe, vt probatum eſt n. 72. nec earũ differentias tranſcendit ea ratio, quia non eſt de ratione formali talium differentiarum habere partes impenetrabiles, ſed totalitas impenetrabilitatis, nihil illis deficiet ad hoc, vt ſint veræ, & propriæ ſpecies quantitatis, etiamſi corpus ſit entitas ex naturâ ſuâ completa, & ipſæ incom-

com-

Digitized by Google

completæ: quia hoc, quod eſt eſſe ſpeciē alicuius generis, ex eo ſolùm deſumendum eſt, quod rationem formalem talis generis participet ſine tranſcendentia differētiarum, vt cōſtat ex dictis diſp. 6. circa naturam generis.

79 Inſtabis: ſpecies contenta ſub vno genere nō poteſt includi in alia ſub eodem genere contentâ: ſed ſuperficies continetur in corpore, quod eſt ſpecies quantitatis: ergo ſuperficies non poteſt eſſe ſpecies ipſius quantitatis. Maior videtur certa: quia ſpecies cōtentæ ſub eodem genere diuidunt ipſum genus; ſi autem vna includeretur in alia, qua ratione poſſēt illud genus diuidere? Reſpōdeo, duplici modo poſſe rem vnā in altera includi. Primò, ita vt ſit illi tota ratio eliciendi aliquā operationē, vel munus aliquod exercendi. Secundò ita vt illam ſolùm iuuet, vel aliquo modo cōpleat ad tale munus exercendum.

80 Si ergo res vna includatur in alia primò modo, cōceptus, ad quem pertinet operationem illam elicere, vel munus illud exercere non poteſt eſſe genus reſpectu vtriuſque rei, includētis videlicèt, & incluſæ. Ratio à priori eſt: quia genus vt tale non poteſt contrahi ad ſpecies, niſi per ſui multiplicationem in illis: ſic enim diſput. 1. ſection. 3. in definitione vniuerſalis (ſub quo genus comprehenditur, vt ſpecies illius) explicuimus Tò *vnū aptū eſſe in multis*; hoc eſt aptum, vt fiat multa per ſui contractionem ad inferiora: nequiret autem genus multiplicari, ſeu fieri multata in inferioribus, ſi vnū ex illis eſſet alteri tota ratio participandi rationem genericam, animal, v.g. quia iam in eo caſu non eſſent duo animalia; ſed vnum tantum, quod in ſe eſſet verè animal, & alteri tribueret hāc denominationem ſe ipſum illi communicādo. Sic ſe habet rationale (cuius eſt proprium ratiocinationem elicere) reſpectu animæ rationalis; & hominis, quod quidem non poteſt eſſe genus reſpectu eorum: quia, videlicet, etſi tā homo, quā anima rationalis dicātur ratiocinationem elicere; at id conuenit homini ratione animæ, ita vt hæc ſit homini integra cauſa eliciendi ratiocinationem, nec vlla alia vis præter illam detur homini ad ratiocinandum; & propterea non ſunt duo rationalia; ſed vnum tantum, quod ſe alteri communicando, illud conſtituit rationale per ſe ipſum.

81 Si verò res vna includatur in aliā ſecundo modo, nempe, ita vt illam ſolùm iuuet, vel aliquo modo cōpleat ad munus aliquod exercendum, conceptus, ad quē pertinet munus illud exercere, poterit eſſe genus reſpectu rei includentis, & incluſæ; ſi hæc aliàs ſeorſim ſumpta ab includēte, ratione ſui talem conceptum participet. Ratio à priori eſt: quia in tali caſu conceptus ille ita participatur ab includēte, & incluſo, vt multiplex ſit in illis; quandoquidem res inclu-

cluſa ratione ſui participat talem conceptum, vt ſupponimus; includentis verò non ratione tantum incluſæ; ſed ratione ſuæ integræ entitatis illum etiam conceptũ participat: atqui res includens, & incluſa ſunt duæ entitates realiter diſtinctę: quia ex communi omniũ conſenſu quælibet pars ſecundùm ſe ſumpta diſtinguitur realiter à toto, quod realiter componit: ergo conceptus eſſentialis, ſeu genericus participatus intrinſecè à re includente, & incluſa erit duplex realiter in illis, atque adeò ex defectu multiplicationis non eſt dicendum non poſſe eſſe genus reſpectu illorum.

82 Sic ergo dico ſe habere corpus, & ſuperficiem reſpectu quantitatis, de cuius conceptu eſt conſtare partibus impenetrabilibus inter ſe: quia ſupefficies ita includitur in corpore, vt non ſit integra ratio impenetrabilitatis ipſius corporis; ſed solũ ſe habeat vt nexus vniens partes profundas ipſius corporis, quæ ex ſe ſunt impenetrabiles; deinde ipſa ſuperficies ex ſe habet partes latas impenetrabiles etiã inter ſe: & propterea tam illa, quã illud participat eſſentialiter impenetrabilitatẽ ſuarum partium diſtinctã realiter in vtroq; ratione diuerſimodæ impenetrabilitatis in vtroque exiſtẽtis, nec eorum differentias tranſcẽdẽtis. Et hinc oritur, quòd quãtitas poſsit in illa duo diuidi tanquam in diuerſas ſpecies eſſentialiter diſtinctas intra genus ipſius quantitatis. Ad inſtantiam ergo in forma diſtinguo minorem: ſpecies contenta ſub vno genere non poteſt includi in alia ſub eodem genere contenta, ſi ea quæ incluſa eſt, ſit tota ratio, propter quam includens participat conceptum genericum, concedo: ſi nõ ſit tota ratio, &c. nego minorẽ. Deinde diſtinguo minorem: ſed ſuperficies cõtinetur in corpore, quod eſt ſpecies quantitatis, ita vt ſit tota ratio, propter quam conuenit corpori conceptus quantitatis; nego, ita vt non ſit tota ratio, &c. concedo minorem. Et denique nego conſequentiam: quia, cùm ex vna parte ſuperficies ratione ſui participet conceptum formalem quantitatis, poteſt eſſe ſpecies illius; deinde, cum ex alia parte corpus, in quo ipſa ſuperficies includitur, habeat diuerſam impenetrabilitatem ab impenetrabilitate ſuperficiei; poſſunt eſſe ſpecies diſtinctæ quantitatis. Ad probationem maioris ex dictis conſtat, res, quæ ſe habent vt includens, & incluſum, poſſe diuidere idem genus: quando quidem incluſio non obſtat ad hoc, vt in illis conceptus genericus multiplicetur.

83 Obijcies ſecundò: differẽtia conſtitutiua vnius ſpeciei non poteſt includi formaliter in aliã diuerſa contenta immediatè ſub eodẽ genere: ſed differentię conſtitutiuę lineę, & ſuperficiei in ratione talium includuntur formaliter in corpore; ergo non poſſunt eſſe ſpe-

ſpecies diuerſæ contentæ immediatè ſub genere quantitatis. Minor probatur: quia linea eſt diuiſibilis ſecundùm lõgitudinẽ: ſuperficies ſecundùm latitudinẽ: at corpus eſt etiã diuiſibile ſecundũ longitudinẽ, & latitudinem: ergo differentiæ conſtitutiuæ lineæ, & ſuperficiei includuntur formaliter in corpore. Cõceſſa maiori, nego minorẽ. Ad probationẽ nego etiã minorẽ: nam, vt monui num. 67. linea dicitur cõtinua, ſeu diuiſibilis ſecundũ longitudinẽ, quia cõſtat partibus, quæ verſus vnã tantùm loci differentiã extẽduntur; & ſuperficies dicitur cõtinua, ſeu diuiſibilis ſecundùm latitudinẽ; quia conſtat partibus quæ verſus duas tantùm loci differentias extenduntur: cum autẽ corpus nullam habeat partẽ, quæ verſus vnã vel duas tantum loci differentias extendatur; ſed ſingulæ eius partes ad omnes loci differentias protendantur, hinc eſt, quod nõ contineat formaliter longitudinem, & latitudinem.

84 Inſtabis: ex hoc videtur ſequi lineam, & ſuperficiem nõ diſtingui à corpore per differẽtiam aliquam poſitiuam; ſed ſolum per conceptum negatiuum: nam hæ differunt à corpore, quia nõ ſunt diuiſibiles, & continuæ ad tot loci differencias, ac ipſum corpus: atqui hoc eſt quid negatiuũ: ergo nõ differunt à corpore niſi per cõceptum negatiuum. Hic ſunt duo diſtinguenda, & carentia diuiſibilitatis propriæ corporis, & radix huius carentiæ. Licèt ergo carentia ipſa ſit quid negatiuũ; at radix talis carentiæ eſt quid poſitiuũ in linea, & ſuperficie: quia ſicut punctum quod eſt omnino indiuiſibile, eſt aliquid poſitiuũ, in ſententia omnium, ex quo oritur carentia omnis diuiſibilitatis, ſic etiam linea, & ſuperficies per ſuas entitates poſitiuas ſunt radix carẽtiæ diuiſibilitatis corporis propriæ, cum autẽ per hanc radicem à corpore differant; fit, vt differentia earum ſit aliquid poſitiuũ. Vnde ad inſtantiã nego ſequelã. Ad probationem cõcedo, lineam, & ſuperficiem differre à corpore, quia non ſunt diuiſibiles ſicut corpus. Et diſtinguo minorẽ: hoc eſt quid negatiuũ, ſi ſumatur formaliter, concedo: ſi ſumatur radicaliter, nego minorem, & nego cõſequẽtiam, quia per ſuas entitates poſitiuas ſunt radix negationis diuiſibilitatis propriæ corporis. Hæc autem radix explicari ſolet per carentiam, ſeu negationẽ ſubſequentem ipſam radicem, quia nõ ſuppetunt alia vocabula, quibus melius explicetur.

85 Obijcies tertiò: ſuperficies & linea nõ cõſtant partibus impenetrabilibus; ergo non ſunt quantitates propriè. Antecedens probatur: quia in ſententia Ariſtot. ex natura rei penetratur vna linea cũ altera linea; & vna ſuperficies cũ altera ſuperficie, ſi illæ verſus latitudinem, & hæ uerſus profunditatem applicentur: vt videbimus lib. 6. Phyſ. ergo nõ ſunt impenetrabiles ex natura ſuà. Reſpondẽt aliqui, duas lineas, & duas ſuperfi-

cies nō penetrari inter ſe: quia licèt duæ ſuperficies, ita ſe tangant verſus eam partem, verſus quam ſunt indiuiſibiles, vt vni loco indiuiſibili reſpondeāt; nihilominùs, cùm careant partibus extēſis verſus eam partem, no dicendæ ſunt penetrari. Hæc reſponſio mihi diſplicet: quia ſine fundamento aliquid requirit ad penetrationem plus quam exiſtentiā duorum corporum in eodem loco: ergo, cùm fateantur iſti authores, vtranque ſuperficiem eſſe in eodem loco indiuiſibili, fateri debent eſſe penetratas. Confirmatur: quia, ſi duæ partes profundę coniunguntur in eodē loco, dicuntur penetrari, nō alia de cauſa, niſi quia ſunt ſimul in eodē loco, neq; vllo alio modo explicuerunt hucuſq; philoſophi penetrationē: ergo, ſi duo indiuiſibilia coniungantur ſimul in eodē loco, rectè dicentur penetrari.

86 Alij melius reſpondēt, duas ſuperficies (& idem eſt de lineis) poſſe mutuo applicari aùt verſus eam partem, verſus quam ſunt indiuiſibiles; aut verſus eam, verſus quam ſunt diuiſibiles. Si applicētur priori modo, nihil erit quod penetrationē impediat: quæ cùm non habeant partes petentes extenſionem verſus eam partē nihil eſſe poteſt, quod penetrationi reſiſtat. Si verò ſecundo modo applicentur, non poterunt penetrari: quia, cùm partes eius petant extēſionem verſus eam partem, ſe mutuò trudunt ab eodem loco, vt extenſionem ſibi debitā obtineant. Hæc reſpoſio eſt probabilis.

87 Nihilominus exiſtimo, nullatenus penetrari poſſe duas ſuperficies, aut duas lineas, ſiue verſus hanc partē, ſiue verſus illā applicētur: quia, vt probabo in Phyſ. diſ. 25. neceſſariò concedendū eſt in ſententia Ariſt. ſuperficiem continuantem duas partes profundas corporis, & lineam cōtinuantem duas partes latas ſuperficiei, non eſſe in eodem loco, in quo ſunt partes, quas cōtinuant; ſed in diuerſo; illis tamen proportionato, hoc eſt, linea eſt in ſpatio indiuiſibili ſecundùm latitudinē, diuiſibili tamen ſecūdùm longitudinē: & ſuperficies in ſpatio indiuiſibili ſecundū profunditatē, diuiſibili tamen ſecundū latitudinē; & idem eſt de lineis, & ſuperficiebus terminatiuis. Si autem ſuperficies, & linea non penetrantur cum partibus, quas continuant, non eſt, cur dicantur penetrari cū alijs lineis, & ſuperficiebus: quia, ſi propter aliquā rationē deberent penetrari vna linea cum alia, & vna ſuperficies cū alia, maximè, quia ſe tangunt verſus eam partē, verſus quā ſunt indiuiſibiles: atqui partes, quas continuant, tangunt verſus eam partē, verſus quam ipſæ ſunt indiuiſibiles, & nihilominus non penetrātur cum illis: cur ergo dicētur penetrari inter ſe ipſas? Idē dicendum eſt de punctis, nempè quod vnum non poſsit penetrari cum alio: Neque inde licèt colligere, eſſe quātitatem: quia in ſententiā Ariſt. quam ſupponimus in præſenti: non dicitur quantitas quodcunque impenetrabile; ſed

quod

quod coaleſcit ex partibus ita im penetrabilibus inter ſe, vt ſingulæ etia n cõſtent alijs etiam impenetrabilibus, & ſic in infinitum.

88 Obijcies quinto: nullũ genus dicitur denominatiuê de ſuis ſpeciebus: ſed quantitas prædicatur denominatiuè de linea, ſuperficie, & corpore: ergo non poteſt eſſe genus reſpectu illorum. Maior cõſtat inductione deducta ex reliquis generibus. Minor probatur: quia Ariſt. lib. 5. Met. tex. 18. vocat lineam quantam, & eodem modo loquitur de ſuperficie, & corpore: atqui hoc eſt prædicari quantitatem denominatiuè de lineâ; quia *quãtum* eſt denominatiuum, quod formaliter ſignificat quantitatẽ, & connotat ſubiectũ, de quo dicitur: ergo, &c. Reſpondeo, nomen *quantũ* triplicem ſignificationem habere apud authores. Primò enim ſignificat habẽs partes ex ſe impenetrabiles; in qua acceptione idẽ ſignificat, ac *quantitas*; ſicut *ens* idẽ ſignificat, ac *entitas*. Secundò ſignificat habens extenſionẽ. Tertio ſignificat habens quãtitatẽ. Secundũ primã ſignificationẽ prędicatur eſſentialiter de linea, ſuperficie, & corpore; quia hæc eſſentialiter ſunt quãtitates. Et in hoc ſenſu Ariſt. loco illo ex lib. 5. Met. dixit lineã eſſe quantã. Iuxta ſecũdã verò ſignificationẽ prædicatur accidẽtaliter de linea, &c. quia vt ſic dicit pro formali extenſionẽ actualẽ, quæ accidit lineæ, &c. tãquã accidens propriũ. Iuxta tertiã verò nullatenus prædicatur verè de aliquâ ex ſpeciebus quãtitatis: quia vt ſic dicit pro formali quãtitatẽ, & pro materiali ſubiectũ, quod illam habet tanquã formã illi inhærentẽ; & nulla ex ſpeciebus quantitatis habet quantitatem tanquam formam illi inhærentem. In hoc ſenſu eſt verum, nullũ genus dici denominatiuê de ſuis ſpeciebus.

89 Reſtat agere de loco: an videlicet ſit ſpecies propria quantitatis continuæ permanẽtis diſtincta à tribus præcedentibus. Locus (vt videbimus in 4. lib. Phyſ.) alicuius rei dicitur, *vltima ſuperficies corporis immediate illam cõtinentis*. V. g. vltima ſuperficies cõcaua vaſis dicitur locus aquæ intra illud contentæ. In loco ergo hæc omnia inueniuntur. Primò vltima ſuperficies corporis contiñẽtis. Secundò præſentia, per quam dicitur continere locatum in hac diſtantiâ a reliquis corporibus. Tertiò diſpoſitio partium ipſius ſuperficiei in ſuo ſpatio. Quartò commẽſuratio loci cum locato. Locus ergo ratione primi pertinet ad eandem ſpeciem quantitatis, ac reliquæ ſuperficies. Ratione ſecũdi pertinet ad prędicamẽtum *Vbi*, cuius propriũ eſt conſtituere corpora præſentia in tali, uel tali diſtantia à reliquis. Ratione tertij pertinet ad prædicamentũ *Situs*; cuius propriũ eſt partes corporis taliter, vel taliter diſponere in ſuo ſpatio. Ratione quarti pertinet ad prædicamentũ *Relationis*, cuius proprium eſt extrema inter ſe cõferre. Præter hæc nihil aliud datur in loco, ratione cuius

poſsit peculiarem ſpeciem quantitatis conſtituere; atque adeò dicendum eſt, non eſſe peculiarem ſpeciem quantitatis vltra ſuprà poſitas, lineam videlicet, ſuperficiem, & corpus.

De motu, & tempore: an verè, & propriè ſint ſpecies quātitatis?

90 DE motu agitur in 3. & 5. li. Phyſ. & de tempore in 4. hic tamen breui calamo perſtringemus ea, quæ neceſſaria ſunt ad præſentis difficultatis deciſionē. Motus dicitur actio, per quā ſubiectum aliquod tranſit de vno in aliud, hoc eſt, de termino *à quo* ad terminū *ad quem*. Porrò terminus *à quo* aliquando eſt negatiuus, vt quando aer tranſit de tenebris ad lucē: aliquādo verò eſt poſitiuus, vt quando corpus aliquod tranſit de frigore in calorem, ſeu de vno loco in alium. Deinde motus vel poteſt eſſe inſtantaneus, tunc videlicèt, quādo ſubiectum tranſit in inſtanti de termino *à quo* in terminum *ad quem*, vt contingit, quando aer de tenebroſo fit lucidus; id enim in inſtanti fit; vel poteſt eſſe ſucceſsiuus, tūc videlicet, quādo ſubiectum non acquirit ſimul totum terminum *ad quem*; ſed vnam partem poſt aliam in diuerſis partibus tēporis; vt contingit, quando corpus aliquod mouetur per hoc ſpatium, non enim totum illud ſimul acquirit; ſed vnam partem poſt aliā. Et idem contingit, quando corpus de frigido fit calidum: neque enim ſimul omnes gradus caloris acquirit; ſed vnum acquirit poſt alium.

91 Præterea duo genera partium poſſumus diſtinguere in motu ſubiecti corporei, & diuiſibilis. Vnum earū, quæ dicuntur partes ſubiectiuæ, alterum earum, quæ appellātur ſucceſsiuę. Partes ſubiectiuæ vocantur eæ, quæ reſpondent partibus ſubiecti, quod mouetur. Ex. gr. dum mouetur totus homo, mouentur omnes eius partes, ita vt brachium moueatur per partē vnam motus illi reſpondentem, & pectus per aliam illi reſpondentem, & ſic de reliquis. Hæ dicūtur partes ſubiectiuæ motus, quia illi conueniunt ratione ſubiecti, quod mouetur, & ſunt plures, vel pauciores pro maiori, vel minori numero partiū ipſius ſubiecti, deinde ſūt ſimul duratione, quia quādo totū ſubiectū mouetur, in eodē tēpore, in quo vna pars mouetur, mouentur, & aliæ. Partes ſucceſsiuæ motus dicuntur illæ, quarū vna aduenit ſubiecto prius tēpore, quam alia. Tales ſunt in motu calefactionis eæ partes, quibus ſubiectū mouetur ad diuerſos gradus caloris acquirendos: prius enim acquirit primum gradū, deinde ſecūdū, & ſic de reliquis. Tales etiā ſunt in motu locali partes, per quas mobile percurrit ſpatiū aliquod diuiſibile; prius enim mouetur ad partem ſpatij ſibi proximam, & deinde ad ſubſequentem, &c. Cæterum huiuſmodi partes poſſunt eſſe ſucceſsiuæ, vel quoad primam ſolū productionem termini, non tamē quoad conſeruationē (vt ſunt partes motus calefactionis, per quas

ſuc-

ſucceſsiuè acquirûtur gradus caloris; ſemel tamen acquiſiti conſeruantur ſimul) vel omnino, non ſolùm quoad primam productionem termini; ſed etiã quoad conſeruationem: vt ſunt partes mot⁹ localis, per quas ſucceſiuè acquiritur ſpatium diuiſiblle, ita vt vna parte acquiſita, non conſeruetur præſentia anteà acquiſita in aliã antecedente. Hæc de motu.

92 Tẽpus aliud dici ſolet eſſe reale, aliud imaginariũ. Tempus reale definitur ab Ariſto. in 4. lib. Phyſ. *Numerus motus ſecundum prius, & poſterius*; hoc eſt, vt ibidẽ explicabimus, duratio, ſeu diſtinctio partiũ motus ſecũdũ pri⁹ & poſterius. Itaque ad hoc, vt detur tempus, nihil aliud requiritur niſi quod partes ſucceſsiuæ mot⁹ ſibi ſuccedant perenni fluxu ſine iuterruptione. Cæterum quia tẽpus aſſumi ſolet vt regula ad durationes aliorũ omnium menſurandas, ſolus motus cœlorũ, vt potè qui ob nimiam, quã in ſucceſsione ſuarum partium ſeruat vniformitatem, maximè idoneus eſt ad munus regulæ obeũdum, dicitur abſolutè tempus apud authores: & propterea de illo præcipue procedit præſens difficultas, & quidquid de illo dixero, dictum puta de durationibus quorum cumque motuum. Tempus imaginarium dicitur illud cui nos imaginamur res ſiue ſucceſsiuas, ſiue permanentes correſpondere per ſuas durationes. Hoc ſufficiat hic dixiſſe de tempore. Exactam eius explicationem dabo in lib. 4. Phy. Diſ. ficultas præſens non procedit de tempore imaginario, ſed de reali. His ergo poſitis.

93 Certũ eſt primò, motũ non eſſe ſpeciẽ quãtitatis ratione partiũ, quæ dicũtur ſubiectiuæ: quia licèt hæ partes nõ poſsint penetrari, & ſint extenſæ per totũ ſubiectum, quod mouetur, nihilominus hæc impenetratio, & extẽſio non debetur illis ex naturà ſuà: ſed ratione quãtitatis ſubiecti, quod afficiũt: ſicut enim albedo, calor, & reliqua accidentia exiſtẽtia in ſubiecto quanto ſunt extenſa taliter, vt partes eorum non poſsint penetrari inter ſe, non quidem ratione ſui, vt fatentur omnes; ſed ratione quãtitatis cui immediatè inhærent, vel quæ reddit impenetrabiles partes ſubiecti, quod immediatè afficiunt talia accidentia: ſic etiã partes ſubiectiuæ motus exiſtẽtis in ſubiecto quãto ſunt extẽſæ, & impenetrabiles inter ſe non ratione ſui ſed ratione quãtitatis, quã afficiũt, vel quæ reddit impenetrabiles partes ſubiecti, quod afficiunt. Neq; enim vllũ eſt fundamentũ ad philoſophãdũ diuerſo modo de partibus motus extenſis per ſubiectum quantum, quàm de reliquis accidentibus exiſtentibus in eodem ſubiecto. Hinc fit, nullum motum inſtantaneũ poſſe eſſe ſpeciem quantitatis: qua ſi eſſet, maximè ratione aliquarum partium petentium aliquam extenſionem: at motus inſtantaneus non poteſt habere alias partes præter ſubiectiuas (quas iam excluſimus à ratione quantita-

tis) ſucceſsiuæ enim pugnant cum ratione motus inſtantanei; vt cõſtat ex eius deſcriptione ſupra datâ: ergo nullatenùs poteſt eſſe ſpecies quantitatis. Solùm ergo procedit difficultas de tempore reali, & motu ſucceſsiuo ſecundùm partes ſucceſsiuas.

94 Et ratio dubitandi pro parte affirmante eſſe ſpecies quantitatis, eſt; quia, ſicut partes quantitatis permanentes ſunt localiter extenſæ, ita vt non poſsint in eodem loco penetrari, ſic etiam partes ſucceſsiuæ motus, & partes tẽporis ſunt extenſæ quoad durationem, ita vt non poſsint ſimul coniungi in eâdem duratione: ergo, ſicut partes quantitatis permanẽtis pertinent ad prædicamentum quantitatis, quia ſunt extenſæ, & impenetrabiles ſecũdùm locum; ſic etiam partes ſucceſsiuæ motus, & partes temporis pertinere debent ad idem prædicamentum, quia ſunt extenſæ, & impenetrabiles ſecundùm duratione͂. Vel, ſi non vis eas ad idem prædicamentum admittere, conſtitue duo: *vnum*, ad quod quantitas permanens, &, aliud, ad quod quantitas ſucceſsiua pertineat.

95 Dicendum nihilominus eſt motum, & tempus nõ eſſe verè, & propriè quantitatem. Hæc ſententia, quod ad motum attinet, eſt cõmunis inter authores, ſi vnum, vel alterum excipias. Et de tempore idem docet P. Suar. in Met. diſp. 40. ſect. 9. num. 8. qui ſubſcribunt plures ex noſtris; eſt etiam aliquorum Thomiſtarũ. Eam expreſsè tradit Ariſ. lib. 5. Met. tex. 18. vbi motum, & tempus excludit à numero eorum, quæ ſunt quanta per ſe, & enumerauit inter ea, quæ ſunt quanta per accidens. Idem cõfirmat S. Thom. ibi lect. 15. atque adeò, dum alijs in locis hęc duo adnumerãt inter ſpecies quantitatis, intelligẽdi ſunt iuxta doctrinam in hoc loco expreſſam de quantitate per accidens.

96 Pro huius probatione in memoriam reuoco duo, quæ dixi initio huius diſputationis. Primû eſt, conceptum formalem quantitatis, vt talis conſiſtere in hoc, quod eſt eſſe impenetrabilem, ſeu conſtare partibus impenetrabilibus ratione ſui immediatè, ita vt illis non conueniat ratione alicuius adiuncti; ſed præſciſse ratione propriæ entitatis. Secundum eſt, impenetrabilitatem non conſiſtere in eo præſciſsè, quod vna pars nõ poſsit eſſe ſimul cum aliâ; ſed in eo, quod quęlibet ex illis vi propria excludat, ſeu non permittat ingredi in ſuũ locũ, vel in ſuã duratione͂ aliam eiuſdem capace͂ occupandi tale͂ locum, ſeu talem duratione͂: nam, vt ibi dicebamus, præſentia, per quã vnus Angelus reſpondet huic ſpatio, & præſentia, per quam alter, vel idem reſpondet alteri, nõ poſſunt eſſe ſimul in eodem ſpatio; & nihilominus nõ dicuntur impenetrabiles certè nõ alia de causâ, niſi quia repugnantia earum præſentiarũ in eode͂ loco nõ prouenit ex eo, quod vna vi propria excludat aliam à loco, cui ipſa reſpõdet, ſed ex eo, quod

cùm

cùm quælibet per ſuam eſſentiam ſit affixa ſuo ſpatio, non poteſt tranſire ad aliud occupandum. Deinde à ſuerto, hanc vim ſe mutuo excludendi à ſuo loco vel à ſua duratione, debere oriri ex repugnantia, ſeu incompoſsibilitate immediata illarum reſpectu eiuſdem durationis, ſeu eiuſdem loci; non verò ex incompoſsibilitatē reſpectu eiuſdem ſubiecti: neque enim quantitas permanens eſt impenetrabilis cum aliâ ex eo præſciſſe, quod non poſsint eſſe in eodem ſubiecto; ſed immediatè & ratione ſui id habent independenter á ſubiecto; & ideó, licèt in diuerſis ſubiectis conſtituantur ſe excludunt ab eodem loco. His poſitis.

97 Probatur noſtra concluſio: quia partes ſucceſsiuæ motus nō ſunt impenetrabiles immediatè ratione ſui ſecundùm durationem: ergo motus non eſt propriè quantitas. Conſequentia eſt bona: quia, ſi propter aliquam rationem conueniret illi propria ratio quantitatis, maximè quia partes eius eſſent impenetrabiles ratione ſui ſecundùm durationem, vt conſtat ex dictis pro ratione dubitādi. Antecedens probatur: quia, vt e e partes ratione ſui eſſent immediatè impenetrabiles ſecundū durationem, deberent ſingulæ vi propria reliquas excludere â ſua duratione propter repugnātiam, quam haberent reſpectu eiuſdem durationis: atqui ſe excludunt ab eadem duratione non propter repugnantiam, quam habent reſpectu eiuſdem durationis; ſed propter incompoſsibilitatem, quam habent reſpectu eiuſdem ſubiecti: nam ſi mobile poſſet eſſe ſimul in omnibus ſpatijs, quæ acquirit ſucceſsiuè per partes huius motus; ſimul etiam darentur tales partes in eadem duratione, vt nullus non fatebitur: ergo partes motus non ſunt ratione ſui immediatè impenetrabiles ſecundùm durationem.

98 Confirmatur primò: quia ſi partes motus ratione ſui eſſent immediatè impenetrabiles ſecundùm duratione, ſe mutuo excluderent ab eadem duratione, ſiue eſſent in diuerſis ſubiectis, ſiue in eodem; nam in quantitate permanente non dicitur vna impenetrabilis cum aliâ, quia non poteſt eſſe in eodem ſubiecto, ſed quia ſiue ſint in ſubiecto; ſiue extra ſubiectum vna excludit aliam à ſuo loco: atqui partes ſucceſiuæ motus, ſi ſint in diuerſis ſubiectis poſſunt eſſe ſimul in eadem duratione; quia in eodē tempore, in quo ego moueor ſucceſsiuè, moueri poteſt alius etiā ſucceſsiuè: ergo non ſunt ratione ſui impenetrabiles immediatè ſecundùm durationem. Cōfirmatur ſecundo in motu alterationis, qualis eſt motus calefactionis, & alij ſimiles: quia motus calefactionis non ex eo fit ſucceſsiuè, quia partes eius ratione ſui pugnant inter ſe in eâdem duratione: ſed quia agens calidū non poteſt ſimul introducere in ſubiecto omnes gradus caloris, propter reſiſtentiā contrariæ qua

litatis præexiſtentis in illo eodem ſubiecto; vnde, ſi non eſſet qualitas contraria in eo ſubiecto, vel actiuitas agentis calidi eſſet ita vehemens, vt fortior eſſet totâ reſiſtentiâ contrariæ qualitatis, in inſtanti introduceret omnes grad⁹ caloris in ſubiecto: ergo ſucceſsio partium talis motus nõ oritur ex impenetrabilitate earum inter ſe ſecundũm durationem: ſed ex defectu virtutis in agente ad producendos omnes gradus ſimul: ergo nõ eſt, cur motus dicatur eſſe propriè quantitas ratione ſucceſsionis ſuarum partium.

99 Iam quod neque tempus reale ſit propriè quantitas, facile probatur: quia tempus vel nihil aliud eſt præter partes ſucceſsiuas motus, vel ſolum addit ſupra illas durationem per quam ea reſpondent ſucceſsiuè tempori imaginario. Si autem nihil aliud ſit præter partes ſucceſsiuas motus, non poteſt eſſe quantitas propriè, vt probatum eſt. Deinde neque erit quãtitas, ſi in duratione ſucceſsiuâ partium motus conſiſtat, quia, licet duratio vnius partis non poſſit eſſe, ſeu reſpondere eidem tẽpori imaginario, cũ durationibus aliarum partium; id tamen non prouenit ex eo, quod ſingulæ durationes reliquas excludãt vi propriâ à tempore imaginario ſibi ipſis reſpondente; ſed quia quælibet ex illis ita affixa eſt per ſe ipſam: tempori imaginario, cui reſpondet: vt non poſsit alteri correſpõdere; vt in ſimili diximus de præſentijs reſpondentibus diuerſis ſpatijs: ergo ſicut hæ non habent impenetrabilitatem requiſitam ad quantitatem permanentem, ſic neque illæ habent impenetrabilitatem requiſitam ad hoc, vt ſint quantitates ſucceſſiuæ.

100 Ex dictis conſtat ad rationem dubitandi ſupra adductã: nam, licèt in motu, & tempore detur extenſio partium ſucceſsiuarum, non oritur ex impenetrabilitate, quæ eſt ratio formalis quãtitatis; & ideo non ſunt propriè quantitas illa duo. Motus vero rei corporeæ, & eius duratio, quæ eſt tempus reale, dicuntur quanta per accidẽs; quia ſunt in ſubiecto quanto. Deinde dicuntur analogicè quanta; quia ratione extenſionis ſucceſsiuæ aliqualẽ ſimilitudinem habent cum extenſione quantitatis, quæ verè, & propriè eſt talis. Et propterea hæc ratio quantitatis analogicæ, extenditur etiam ad motus ſucceſsiuos rerum ſpiritualiũ: quia hi etiam ratione ſucceſsionis aliquam habent analogiam: & ſimilitudinem cum extenſione veræ quantitatis.

SECTIO VI.

De proprietatibus Quantitatis.

101 TRes quantitatis proprietates enumerauit Ariſt. in capit. de Quantitate. Vna eſt *non habere contrariũ*, quod intelligendum eſt de contrarietate propriè

priè ſumpta, quæ ſolùm conuenit iis, *quæ ſub eodem genere maximè diſtat, & ab eodē ſubiecto mutuo ſe expellūt:* neq; enim intra gen⁹ quātitatis dantur aliqua, quę ab eodē ſubiecto mutuo ſe expellant, vt in comperto eſt apud omnes. Altera proprietas eſt *non ſuſcipere magis, & minus;* intellige, ſecundū intēſionem: quia intenſio formæ fit per additionem partium eius in eadem parte ſubiecti in eodem loco exiſtente, vt dicemus in lib. de Generat: partes autem quantitatis, cum ſint impenetrabiles inter ſe, nōn poſſint eſſe plures in eadē parte ſubiecti in vno, & eodem loco exiſtente; quia forma penetrari debet cum ſubiecto quod informat, vt fatentur omnes; & ideo, ſi plures eſſent in eadem parte ſubiecti in vno, & eodem loco exiſtēte, deberent penetrari, & cum illo; & inter ſe ſe; quia quæ penetrantur cum vno tertio in vno, & eodē loco, penetrari debent inter ſe.

102 Tertia proprietas quantitatis eſt *eſſe æqualē, aut inæqualē cū aliquo alio*, intellige, ſecundum extenſionem. Hæc proprietas nō eſt ſumenda ſecundum actū, ſed ſecundùm aptitudinē: quod enim actu ſit æqualis, aut inęqualis valde accidentale eſt illi, cum accidentarium omnino ſit cuilibet quantitati, quod dentur aliæ cum quibus adæquetur, aut non adæquetur de facto. Eſt tamen duplex aptitudo ad æqualitatem, ſeu inæqualitatem vna radicalis, & remota: altera formalis, & proxima. Illa eſt ipſa eſſentia quantitatis, quæ quidem eſt radix extenſionis per ſe requiſitæ ad æqualitatē, ſeu inæqualitatem. Aptitudo verò formalis, & proxima eſt proprietas ipſius quātitatis, ita vt illi ſoli omni, & ſemper conueniat, & propterea eſt proprium quarto modo. Hæc aptitudo ſupponit, aut inuoluit extenſionem partium quantitatis; eo enim ipſo, quod dentur extenſæ tales partes, eſt proximè apta quantitas ad fundādam ęqualitatē, aut inęqualitatē, ſi ponatur aliud, cum quo poſsit eſſe æqualis, aut inæqualis.

103 Dices: hæc etiā aptitudo conuenit materię primæ: nā ſi hęc ſeparata eſſet à quantitate, poſſet eſſe extenſa, & propterea apta, vt eſſet æqualis aut inæqualis alteri materiæ etiā extenſæ: ergo non eſt propria quarto modo quātitatis. Reſpondeo, talē aptitudinem cōuenire materiæ non per ſe; ſed per accidens; quia quamuis ſeparata à quantitate poſsit extenſionē habere; illa tamen non petit cum omnes eius partes abſque vlla ipſius reſiſtentia poſsint reduci ad punctū in eo ſtatu: quātitas verò petit ex natura ſuâ extenſionem, ac per conſequens aptitudinē ad æqualitatem, aut inęqualitatē, cum talis aptitudo fundetur in partiū extēſione. Hinc eſt, quod prædicta aptitudo per ſe cōſequatur quantitatē, & propterea ſit propria illi, & deinde conueniat per accidens materiæ ſeparatę, & propterea nō dicatur propria ipſius, ac per conſequens ſit propria quarto modo quan-

Digitized by Google

quantitatis; quia nulli alteri conuenire poteſt tanquã proprietas. Eſt tamen aduertẽdum hanc proprietatem non poſſe conuenire quantitati infinitæ ſi detur: quia, licèt hæc ſit proprietas quantitatis vt ſic; & quantitas infinita cõprehendatur ſub illâ, ſicut comprehenditur finita; nam, vt diximus, ſunt eiuſdem ſpeciei; tamen non conuenit quantitati, niſi ſub ea conditione, quod habeat finem aliquem, aut terminum: neque enim dicitur propriè æquale, aut inæquale alteri ſecundùm extenſionem, niſi id, quod adæquat, vel excedit, aut non attingit fines, ſeu terminos extenſionis illius. Sed de hoc latius agemus in Phyſic. quando infiniti naturam perſcrutemur.

Coordinatio huius Prædicamenti.

104 Si ad ſenſum vulgi diſponẽda eſſet ſeries prædicatorum ad hoc prædicamẽtũ pertinentium, primò diuidenda eſſet *Quantitas in continuã, & diſcretã* deinde quęlibet ex his in *permanẽtẽ, & ſucceſsiuã. Continua permanens* diuiditur in *lineam, ſuperficiẽ & corpus*, & *locũ*, & quælibet ex iſtis in ſua indiuidua. *Continua ſucceſsiua*, in *tempus*, & *motũ*: & rurſus iſte in varias ſpecies motuum. *Diſcreta permanens*, quæ eſt *numerus* in varias numerorum ſpecies. *Diſcreta ſucceſsiua*, quæ eſt *oratio* in diuerſas orationum ſpecies. Cęterùm cùm reuerà non participent rationem quantitatis, niſi tres illæ ſpecies quantitatis continuæ permanẽtis, *quantitas* diuidẽda ſolum eſt in *lineam, ſuperficiẽ, & corpus*; & deinde quęlibet ex iſtis in ſua indiuidua.

DISPVTATIO XVIII.

De Qualitate.

QVamuis Ariſt. hic in Logica prius egerit de relatione, quã de qualitate: in Metaphyſica verò priùs ſermonem inſtituit de qualitate, & deinde tranſijt ad relationem, & meritò: quia cum qualitas perfectior multò ſit relatione, cõgruum eſt, quod primum ſibi vindicet locum in diſputatione.

SECTIO I.

Explicatur conceptus formalis Qualitatis.

1 PLures ſignificationes ſortitur nomẽ *qualitas* apud philoſophos. Primò enim ſignificat differentiã eſſentialẽ cuiuſcunque rei in quo ſenſu eam ſumpſit Porphir. c. de Differ. dum dixit differẽtiã propriſsimã prędicari in *quale quid*. Sub hac ſignificatione tranſcendit omnia prædicamẽta, quia in omnibus inueniũtur differẽtiæ eſſentiales, per quas, & genera eorum diuidũtur, & cõſtituũtur ſpecies. Secundò ſignificat quodcunque accidens prædicamentale in quo ſenſu omne accidens dicitur præ-

Digitized by Google

prędicari de ſubſtãtia *inquale*: ſub hac ratione qualitas cõprehendit omnia prædicamenta accidentiũ. Tertio deniq; accipitur qualitas propriè, & ſtrictè pro ſupremo genere huius prædicamenti: & ſub hac acceptione agimus de qualitate in hac diſputatione.

2 Sic eam definiuit Ariſt. hic cap. de Qualitate. *Qualitas eſt, qua quales eſſe dicimur.* Cæterũ in epta cẽſetur à nõnullis iſta definitio, quia videtur reddere idẽ per idẽ, & ignotũ per æque ignotũ declarare: neque enim magis notum eſt nobis, quid ſit aliquẽ dici qualem, quã quid ſit qualitas: & ideò ſi alia via qualitatem non explicemus, omninò illius naturam ignorabimus. Forſan tunc tẽporis vſu receptum erat in ſcholis, vt qualia frequenter dicerentur ea, quæ aliqua ex his, quas vocamus qualitates, informarentur; & ideò Ariſt. voluit vtcunque qualitatẽ declarare per ſuum effectuum formalẽ ſub eo nomine, quo in ore omnium verſabatur. Nihilominus enitendum nobis maximè eſt, qualitatis naturam amplius declarare.

3 Nonnulli recentiores Thomiſtæ, vt Ariſt. ſententiam defendant, dicunt, rationem formalem qualitatis conſiſtere in hoc, quod eſt *qualificare, formare, & nobilitare* ſubſtãtiã primò, & per ſe. In quo dicunt, differre à quãtitate, & reliquis accidẽtibus: quia quãtitas non qualificat, ſed quãtificat ſubſtantiam reliqua vero accidentia non qualificant ſubſtantiã primò, & per ſe, quia vel ad extrinſecum eam ordinant, vel ab extrinſeco in ſua denominatione dependent. Hæc ſententia videtur mihi nihil addere ſupra Ariſtot. definitionem, niſi verba, quæ illam magis difficilem reddunt. Nam *To qualificare*, vel idem eſt apud hos authores, ac *quales reddere*, & ſic ęque obſcura manet definitio, ac definitũ, nã *reddere quales* idẽ eſt, ac *reddere habentes qualitatẽ*: quis autẽ non videat ęque obſcurè ſignificari qualitatẽ per hoc, quod eſt *reddere habentes qualitatẽ*, ac per nomẽ *qualitas*? Adde, definitum repeti in definitione; quod eſt vitiũ, quod iubemur vitare in definitionibus trãdendis. Vel *To qualificare* ſignificat idẽ, ac hiſpanè *darle alguna calidad, ò nobleza*, in quo ſenſu videtur accipi à prædictis authoribus, quia dicunt qualitatẽ qualificare, & nobilitare ſubſtantiam. Et ſic eſt difficilior eorũ ſententia; quia *qualificare*, ſeu *nobilitare* in prædicto ſenſu nihil aliud eſt; quã tribuere ſubſtãtiæ per modũ formę, ſeu in genere cauſæ formalis aliquam perfectionẽ, quam ipſa ſubſtantia nõ habebat à ſe: atqui hoc conuenit etiam quantitati; quia hæc in genere cauſæ formalis tribuit ſubſtantiæ aliquam perfectionem, quam ipſa non habet à ſe: ergo ea definitio ſic explicata non eſt bona, cum conueniat alijs à definito.

4 Secundò: præſentia etiã, & relatio (quæ in ſententia horũ authorum eſt accidens intrinſecum ſub-

ſubiecto realiter diſtinctum ab illo) in genere cauſæ formalis tribuunt aliquam perfectionem ſubſtantiæ: ergo *qualificant*, & *nobilitant* ſubiectũ. Dicunt tribuere perfectionem non primariò, & per ſe ſicut qualitatem; ſed quaſi ſecundariò, quia ordinant ipſam ſubſtã tiam ad aliquid extrinſecum; pręſentia videlicet ad ſpatium, cui fit pręſens ſubſtantia per illam, & relatio ad terminũ. Sed contra: ad hoc, vt forma accidẽtalis dicatur non perficere ſubſtantiam primario, & per ſe, vel eſt neceſſarium, quod illã ordinet ad aliud extrinſecum ordine, ſeu relatione prædicamẽtali; vel ſufficit, quod id præſtet tranſcẽdentali. Si primum: dicetur præſentia perficere ſubſtantiam primariò, & per ſe: quia non ordinat ſubſtantiam ad ſpatiũ relatione prædicamentali; ſed tantũm tranſcendentali, vt fatentur omnes. Si dicatur ſecundùm plures ſunt qualitates, quæ tranſcendentaliter referuntur ad aliquid extrinſecum, vt ſunt potẽtiæ vitales, ſcientiæ, habitus virtutum, & aliæ ſimiles, quæ tranſcendentaliter referuntur ab obiecta, vt null' non concedit: ergo vel concedendum eſt, has non perficere ſubſtantiam primario, & per ſe; ac per cõſequens ſecundùm tuam ſententiam non erunt qualitates contra omnium exiſtimationẽ, vel dicendum eſt relationem tranſcendentalem ad aliquid extrinſecum nõ ſufficere ad hoc, vt accidẽs dicatur nõ perficere ſubſtantiam primariò, & per ſe, & ſic conueniet præſentiæ, durationi, & alijs ſimilibus accidẽtibus definitio qualitatis à te tradita.

5 Tertio impugnatur prædicta ſententia: quia formæ per ſe tendentes ad deſtructionem ſubſtantiæ nõ poſſunt dici illam nobilitare; vt ex ſe cõſtat: atqui plures dãtur qualitates per ſe tendentes ad deſtructionem ſubſtãtiæ, quam informant, & nihilominus in cõſenſu omnium exercent munus qualitatis erga illas: ergo non eſt conſtituendus effectus formalis qualitatis in hac tuã nobilitatione. Minor eſt certa: quia calor introductus in aqua per ſe tendit ad deſtructionem ipſius aquę in qua recipitur iuxta ſententiam iſtorum authorum aſſerentium, accidentia ſubiectari in toto compoſito; deinde plures dantur morboſæ qualitates in viuentibus, quæ illa diſponunt ad interitũ. Reſpõdẽt, non eſſe de ratione qualitatis *qualificare* ſolùm, & *nobilitare* ſubiectum, ſed vel *qualificare* illud, vel præſtare illi effectũ cõtrariũ *qualificationi*, & *nobilitationi*: & ideo cõprenhendi prędictas qualitates ſub definitione ab ipſis tradita; quia tribuunt ſubiectò effectũ cõtrariũ *nobilationi*, & *qualificationi*. Sed contra primo: quis non videat hãc explicationẽ expreſſe eſſe contrariã definitioni Ariſtot. quã intendis explicare? Ariſt. enim dixit abſolutè, qualitas eſt *qua quales eſſe dicimur*; & tu dicis *qua quales eſſe dicimur, vel non*

qua:

quales: quia per oppoſitum huic, quod eſt eſſe *quales* debemus conſtitui *non quales*. Difficilis ſanè modus Ariſtotelis explicandi. Secundò tu intendis definire vnum cōceptum genericum communem omnibus: at per definitionem prędictam non explicas vnum conceptum qualitatis: ergo non benè definis qualitatem. Minor videtur mihi certa: quia vnus, & idem conceptus non poteſt inuoluere formaliter duas rationes oppoſitas: atqui tu das prædictam definitionem per duas rationes oppoſitas; hoc eſt, per *qualificare*; & *per contrarium qualificationis*; ergo nō explicas vnam rationem, ſeu vnū conceptum qualitatis: ergo aliter explicanda eſt ratio communis qualitatis.

6 Alij ſic eam definiunt apud P. Suar. infra referendi n. *Qualitas eſt accidens abſolutū conſequēs formam*. Ad diſtinctionē quātitatis, quæ videtur conſequi materiam. Dicitur etiam accidēs abſolutum ad excludendā reliqua accidentia præter quantitatem quæ cum ſint entia modalia, abſoluta eſſe non poſſunt. Hæc definitio, vt iacet, non eſt admittenda: tum quia certum eſt dari in Angelis qualitates, quæ nullam formam cōſequuntur, cum Angelus ſit ſubſtantia ſimplex; non compoſita ex materia, & forma: tum etiam quia dantur qualitates ſupernaturales quæ nullam formā, aut ſubſtantiam naturalem conſequuntur, cum ſint ſupra exigentiam totius naturę: imò nec conſequi poſſunt ſubſtantiam ſupernaturalem in communiori ſententia aſſerente, eſſe impoſsibilem ſubſtantiam creatam ſupernaturalem.

7 P. Suar. in Metaph. diſput. 42 ſect. 1. hanc adducit definitionē: *Qualitas eſt accidens abſolutū ad cōplendā perfectionē ſubſtantiæ tā in agendo, quam in exiſtendo*. Hæc definitio etiā diſplicet quia vltima particula *tam in agendo, quam in exiſtendo*, vel intelligitur copulatiuè, vel diſiunctiuè. Si copulatiuè, non conuenit omnibus qualitatibus, cum nonnullæ ſint, quæ nullam habent actiuitatem, vt ſunt colores, & aliæ ſecundæ qualitates in ſententia plurium. Si intelligitur diſiunctiuè nō explicat vnam rationem communem qualitatis, ſed aggregatum plurium rationum. Secundò prædicta definitio conuenit etiam quantitati: quia hæc complet ſubſtantiam in exiſtendo, cùm nō poſsit exiſtere ſine illa; & in operando, cum non poſsit operari ſine quantitate in ſententia communi philoſophorum.

8 P. Hurt. in Metaph. diſp. 14. ſect. 1. hanc approbat definitionem. *Qualitas eſt accidēs abſolutū non quātum*; hoc eſt, *diſtinctum à quantitate*. Dicitur *accidens abſolutū*, vt ſignificetur eſſe accidens reale, hoc eſt, non modale: per quod diſtinguitur à reliquis prædicamentis præter quantitatem, quæ vel ſunt modi; vel ſaltem non ſunt accidentia phyſica, quæ abſolutè loquendo, ſolùm dicuntur accidentia: Per reliqua verba

explicatur differentia, per quam diſtinguitur qualitas à quãtitate, quæ differentia, cum ſit nobis valde abſcondita, nõ poteſt explicari, niſi per negationem; ſicut differentia, qua bruta differunt ab homine, non aliter explicatur, niſi per negationem rationalis, dum dicimus, *brutũ eſt animal irrationale.* Hæc definitio licet non exprimat omninò conceptũ poſitiuũ differentiæ propriæ qualitatis, nihilominus explicat vnam rationẽ cõmunẽ omnibus qualitatib⁹ modo ſufficienti ad illam diſcernendam ab alijs accidẽtibus: & ideò ſuſtineri poteſt.

9 Demum recentiores aliqui noſtræ Societatis putant, clarius poſſe explicari conceptum formalem qualitatis. Sic ergo eam definiunt: *qualitas eſt accidens phyſicũ & reale aptum ex natura ſua intẽſionẽ habere ratione ſui, & remiſſionẽ.* Dicitur *accidens phyſicũ*, vt diſtinguatur ab accidẽti ſolũ prędicabili. Additur *reale*, vt à modalib⁹ diſtinguatur, ſed in his omnibus cõuenit cũ quãtitate; ab ea tamẽ differt per reliquas particulas. Dicitur autem *aptũ ex natura ſua intenſionẽ, & remiſſionem habere:* quia ex natura ſua eſt nata informare eandem omnino partẽ ſubiecti pluribus, aut paucioribus ſui partibus: ita calor eandem manum poteſt magis, aut minus perficere per ſui informationem ſecundum plures, & pauciores gradus, ratione qu rum tota manus dicatur magis, aut minus calida. Quod quidem non inuenitur in quantitate; hæc enim non poteſt ſecũdùm plures, aut pauciores partes eandem ſubiecti partem informare; ſed ſingulis partibus ſubiecti diuiſibilis debent ſingulæ partes quantitatis reſpondere, & non plures: & propterea vna, & eadẽ pars non dicitur magis, aut minus quanta, quia videlicet nulla poteſt informari pluribus, aut paucioribus partibus quantitatis; ſed ſingulæ ſingulis tantum. Vide quę diximus ſupra diſp. 17. ſect. 6. num. 101.

10 Additur verò in definitione quod hæc habeat qualitas *ratione ſui*, vt clarius exprimatur differentia eius ab actione, & vnione, per quas ipſa qualitas producitur à ſuo agente, & vnitur ſuo ſubiecto, quia hæ etiam admittũt intenſionem, & remiſsionem: neque enim plures gradus qualitatis eſſe poſſunt in eadem parte ſubiecti, niſi in illa producãtur per plures partes actionis, & illi vniãtur per plures vniones: atque adeò ſicut eadem omnino pars ſubiecti poteſt perfici per plures grad⁹, ita etiam per plures productiones, & per plures informationes: illorum graduum: ac per conſequens ſicut qualitas ratione iſtorum dicitur admittere intenſionem, ita etiam dicentur eam admittere productio qualitatis, & eius informatio: cum hoc tamẽ diſcrimine, quod qualitas dicitur ea admittere *ratione ſui*, quia, non cõuenit illi ex eo, quod ſit via, aut modus alterius, cui hoc alias conueniat; ſed per ſe ipſam id habet; at verò

pro-

productioni, & informationi qualitas conuenit ex eo, quod illa ſit via ad qualitatem, & hæc informatio qualitatis reſpectu eiuſdē partis ſubiecti: & propterea non incongruè dicuntur hæ admittere intenſionē ratione qualitatis; hoc eſt, quia ordinantur ad qualitatē, quæ per ſe ipſam; intenſionē, & remiſsionem admittit.

11 Hæc definitio ſic explicata Ariſtoteli adſcribi poteſt: quia hic propriū qualitatis dixit eſſe, ſuſcipere magis, & minus; hoc eſt, intenſionem, & remiſsionem. Et quamuis ſtatim addit hanc proprietatem non omnibus qualitatibus conuenire nihilominus nullam aliam excepit niſi figurā, quā infra dicemus non eſſe proprie qualitatem: & ideò eam conceſsit Philoſophus omnibus; quę qualitatis rationē propriè participant. Si autem ex Philoſopho, proprium eſt qualitatis ſuſcipere intenſionem, & remiſsionem, non incongrue inde deducitur, capacitatem intenſionis: & remiſsionis eſſe de eſſentia ipſius qualitatis vt talis.

12 Cæterum explicare opportet, qua ratione conueniat omnibus qualitatibus. Et quidem quod ad primas qualitates, vt ſunt calor, frigus, humiditas, & ſiccitas; & quod ad ſecundas, vt ſunt colores, ſapores, &c. attinet certum eſt, admittere intenſionem, & remiſsionem: quia experientia conſtat, eas intendi, & remitti circa eandē partē ſubiecti, & idē eſt de habitib⁹ pertinētib⁹ ad intellectū & voluntatē, & de actibus harum potentiarū, & ſenſuū, vt in animaſticis edisces. Maior difficultas eſt de potētijs vitalibus, ſi ab animà diſtinguātur: quia certum eſt, eſſe qualitates, ſi ſemel admittatur talis diſtinctio. Verum, ſi de potentijs materialibus, quales ſunt ſenſus; loquamur, facilè erit intēſionem, & remiſsionē illis adſcribere: quia experiētia conſtat, vnum perfectiorē habere potentiā viſiuā, quàm alium, imò & vnum, & eundem modo eam habere perfectiorē, modo imperfectiorem: cur ergo non tribuemus id maiori, & minori Intēſioni potentiarū, cum alias nō benè aliter explicetur eſſentia qualitatis prout à reliquis accidentibus diſtinctæ.

13 De potentijs verò ſpiritualibus, quales ſunt intellect⁹, & voluntas, poteſt dici eſſe capaces intenſionis, & remiſsionis; ita tamē, vt ſi intra eandem ſpeciem infimā poſsint dari animæ inæquales in perfectione indiuiduali, concedi poſsit defacto intenſior intellectus vni, quàm alteri; ſin verò omnes debeāt eſſe ęquales eandē intēſionem habere debeāt intellectus omniū, quæ ex natura rei neque augeri poſsit, cùm nunquā virtus intrinſeca animæ, à qua procedit, augeatur; neque remitti: tum quia non habet vllū contrarium, à quo gradus eius imminui poſsint: tum etiam quia non pendet ab aliquā diſpoſitione corporea, ex cuius defectu deficere poſſet intenſio poſita in prima animæ creatione. Idem dici poteſt de charactere,

ctere, qui imprimitur in illis, qui Baptiſmū, Confirmationē, & Ordinem ſuſcipiunt, ſi ſit qualitas: is enim in ſingulis, qui aliquod ex illis ſacramentis validè ſuſcipiunt, imprimitur ſecundum eandem intenſionem, quæ poſteà neque augetur, neque minuitur; quia nulla datur cauſa, à qua augeri, aut minui poſsit. Iuxta hęc poteris philoſophari de alijs qualitatibus. Hęc ſententia eſt probabilis, & ideo ſi velis eam potes eligere.

SECTIO. II.

De ſpeciebus Qualitatis.

14 Ariſtoteles in hoc capite qualitatem diuiſit in quatuor ſpecies: In *habitū* videlicet, & *diſpoſitionē*: *potentiā*, & *impotētiā*: *paſsionē*, & *paſsibilē qualitatē*: *formā*, & *figurā*, ſingulas ſpecies duobus nominibus ſignificauit. Hęc diuiſio ab omnibus admittitur tanquā ſufficiēs, & adæquata: ita tamen eſt difficile explicatu, qua ratione omnes qualitates reducēdæ ſint ad quatuor prædicta capita, vt vix ſint duo, qui in vnā explicationem omnino cōueniāt. Eam ſolùm ſubiungā, quæ aptior mihi videtur.

De prima ſpecie Qualitatis.

15 Prima ſpecies qualitatis eſt *habitus, & diſpoſitio*. Sic dicitur ea qualitas, qua ſubſtātia alias habens virtutem operatricē diſponitur, aut afficitur ad operationem tā actiuam, quàm paſsiuā. Hæc diſpoſitio poteſt eſſe bona, vel mala quia ſubſtantia benè, & malè diſponi poteſt ad operandū. Ad primā diſpoſitionē pertinent habitus ſciētiarū, & virtutum: ad ſecundā habitus errorum, & vitiorum: quia illis benè; his verò malè diſponitur ſubſtātia rationalis ad propriam perfectionem ſibi acquirendam. Rurſus vtraque diſpoſitio diuiditur in eam, quæ poteſt eſſe bona, vel mala in ordine ad operationē tātùm; & in eam, quæ poteſt eſſe bona, vel mala nonſolùm in ordine ad operationem; ſed etiam in ordine ad eſſe ſubſtātiæ. Prioris exēplum ſint habitus virtutum, & vitiorum tam intellectus, quam voluntatis: hi enim diſponunt benè, aut malè in ordine ad operationē tantum. Exemplum poſterioris ſint qualitates morboſæ, & qualitates pertinentes ad proprium, & connaturale temperamentum cuiuſuis animalis: illæ enim non ſolùm malè diſponunt animal in ordine ad proprias operationes, vt conſtat; ſed etiam in ordine ad eſſe ipſius quia præparant ad corruptionē, hę verò benè illud diſponunt ad operādum, quia potentia benè temperata melius operatur, & deinde benè illud diſponunt in ordine ad eſſe, quia conducunt ad eius conſeruationem.

16 Præterea diſpoſitio bona in ordine ad operationem, alia diſponit ad facilè operandum, vt ſunt omnes habitus acquiſiti intellectus, & voluntatis: alia conducit tanquam conditio requiſita

ex

ex parte potentiæ ad operationẽ, vt ſunt ſpecies intentionales cuiuſuis potentiæ cognoſcitiuæ, quæ in mea ſententia probanda in lib. de Anima vt conditiones ſolùm concurrunt ad actus. Tales etiã ſunt actus vitales cuiuſuis potentiæ tã ſenſitiuæ quam appetitiuæ (quia tales actus prout inuoluunt terminos actionum vitalium ſunt qualitates, vt dico in lib. de Anim.) hi enim actus, ſi ſint potẽtiæ alicuius ſenſitiuæ, ſunt conditiones proximæ, vel remotæ ad actum appetitus; & ſi ſint potentiæ intellectiuæ ſunt conditiones ad actũ voluntatis. Deinde actus volũtatis, & appetitus ſunt conditiones, & bonæ diſpoſitiones in ordine ad alios actus vel volũtatis, vel alicuius potentiæ exterioris, quæ ex ſympatia, quam habet cum iſtis actibus, eis poſitis, prorumpit in ſuã actionem. Hæc dixiſſe ſufficiat in hoc loco de his actibus, vt obiter deſignemus, ad quã ſpeciẽ qualitatis pertineant: ex dictis verò in lib. de Anim. clariꝰ apparebit veritas doctrinæ traditę. Quod autem illi actus pertineant ad hanc ſpeciem docent PP. Conimbr. hic quæſt. 2. art. 3. ſect. 1. §. *Demũ concordat* vbi dicũt, eos actus ab authoribꝰ communiter in hac ſpecie collocari. Huc denique reuocãdos cenſeo Characteres, qui in Sacramẽtis Baptiſmi, Cõfirmationis, & Ordinis imprimũtur in animis ſuſcipiẽtium hæc ſacramẽta: quia talibus Characteribus benè diſponitur anima in ordine ad alia ſacramẽta ſuſcipienda, vel conficienda, vt Theologus ediſces.

17 Prædictam ſpeciem vocat Ariſtoteles *habitũ, & diſpoſitionẽ* quia duplici modo poteſt diſponi ſubſtantia in ordine ad operationẽ. Primò, ita vt diſpoſitio ſit difficilè mobilis à ſubiecto, & tunc vocat eam *habitũ*. Secundò ita vt ſit facilè mobilis a ſubiecto & tũc vocat eam *diſpoſitionẽ* aſſumens prædicatum, alias vtrique diſpoſitioni commune, ad ſignificãdam debiliorem. Eſt tamen difficultas inter authores: an per hæc nomina ſignificentur qualitates ſpecie diſsidentes, vel accidentaliter ſolùm diſtinctę? Pro cuius deciſi one noto, ex duplici capite oriri poſſe quod qualitas ſit facilè, aut difficilè mobilis à ſubiecto: Primò ex maiori, aut minori intenſione ipſius qualitatis, aut ex aliquo accidente occurrente: qualitas enim remiſſa facile expellitur à ſubiecto; ſecus intenſa. Secundò ex ipſa natura qualitatis: nonnullæ etenim ſũt qualitates talis naturæ, quę ex ſe petunt cõſeruari à cauſis, à quibus diu cõſeruari nequeunt attento curſu naturali rerũ, & alię, quibus naturalis eſt diuturna conſeruatio. Prioris generis ſunt ſpecies impreſſæ ſenſuum exteriorum, & actus tam ſenſuum, quàm appetitus; tàm intellectus, quàm voluntatis. (Si vnum vel alterum actum intellectus, & volũtatis excipias) quia hæ omnes qualitates ex natura ſua petunt cõſeruari à cauſis, à quibus diu conſeruari nequeunt

Ee iux-

iuxta naturalem rerum diſpoſitionem, vt animaſticus e diſces. Poſterioris generis ſunt ſpecies impreſſæ intellectus, & memoriæ ſenſitiuæ, habitus ſcientiarum, virtutum &c. quando ad magnam perúenerunt intenſionem: hæc enim petũt conſeruari à Deo, & non poteſt facilè concurrere cauſa aliqua, quæ ex natura rei petat eorum deſtructionem. His poſitis.

18 Dicendum eſt primò: quod quando qualitas eſt facilè, aut difficile mobilis à ſubiecto ex ipſa natura qualitatis; diſtinguuntur ſpecie habitus, & diſpoſitio. In hunc ſenſum explico Thomiſtas abſolutè aſſerentes habitum, & diſpoſitionem ſpecie diſtingui. Ratio cõcluſionis eſt facilis: quia qualitas, quę ex propria natura, & prædicato ſpecifico petit conſeruari à cauſa, à qua diu conſeruari nequit; & qualitas, quæ ex propria natura, & prædicato ſpecifico petit conſeruari à cauſa, à qua iuxta naturalem rerum diſpoſitionem non poteſt non diu conſeruari, debent diſtingui ſpecie in ſententia omniũ: ergo in tali caſu ea quæ his nominibus *habitus*, & *diſpoſitio* ſignificantur, diſtingui debent ſpecie in ſententia omnium.

19 Dicendũ eſt ſecundo quod quando qualitas eſt facile, aut difficile mobilis à ſubiecto ratione intenſionis, aut remiſsionis ipſius qualitatis, philoſophandũ eſt iuxta diuerſas ſententias adducẽdas in lib. de Generatione circa ſimilitudinem, aut diſsimilitudinem; æqualitatem, aut inæqualitatem graduum intenſionis qualitatum: nam in ſententia aſſerente gradus eſſe diſsimiles, & inæquales in perfectione ſpecifica, dicendum eſt, habitum, & diſpoſitionem eſſe qualitates ſpecie diſtinctas ſecundum quid. In ſententia verò adſtruente omnes gradus ſimiles, & æquales in perfectione, aſſerendũ eſt habitum, & diſpoſitionem non eſſe qualitates ſpecie diſtinctas. Hac ratione explicandos cenſeo Scotum, & alios abſolute aſſerentes habitum, & diſpoſitionem nõ eſſe qualitates ſpecie diſtinctas: hi enim loquuntur ex ſuppoſitione, quod habitus, & diſpoſitio dicantur tales ratione alicuius accidẽtis occurrentis; aut ratione maioris, vel minoris intenſionis accidentaliter ſolùm diſtinguentis qualitatem intenſam à remiſſa. In quo ſenſu certum eſt habitum, & diſpoſitionem non diſtingui ſpecie; ſed ſolùm accidentaliter.

20 Sed difficultas eſt, in quo ſenſu diſtinxerit Ariſtoteles in pręſenti habitum, & diſpoſitionem; Reſpondeo Ariſtotelem his nominibus comprehendiſſe in præſenti tam qualitates, quæ ex natura ſua ſunt facilè, aut difficilè mobiles, quã eas, quæ ex cauſa aliqua accidentali id habent. Itaque Ariſtoteles primam ſpeciem qualitatis (cuius rationem formalẽ diximus conſiſtere in hoc, quod eſt virtutem alias iam operatricem, præparare ad operationem) diui-

ſit

ſit in *habitum, & diſpoſitionẽ cō*-prehendendo ſub his nominibus tam eas qualitates, quę ex accidẽti ſunt facilè, aut dificilè mobiles à ſubiecto; quã eas, quibus id cōpetit ex natura ſua; & ideò ea diuiſio apud Ariſtotelem partim eſt eſſentialis, partim accidentalis. Moueor ad id: quia ex vna parte ea nomina ex ſe ſunt apta ſignificare tam qualitates, quibus accidentaliter, quàm eas, quibus eſſentialiter cōpetit eſſe facilè, aut difficilè mobiles à ſubiecto: ex alia verò parte Ariſtoteles non expreſsit, ſe in vno, aut altero ſenſu ea aſſumere in præſenti: cur ergò non tribuemus illis ſignificationes, quas ex ſe nata ſunt habere? Hęc de prima ſpecie qualitatis.

De ſecunda ſpecie qualitatis.

21 SEcūda ſpecies qualitatis eſt *potentia, & impotentia*: quæ quidẽ eſt *qualitas inſita ſubſtātiæ, tanquã principiũ & cauſa ſimpliciter requiſita ad operationẽ pertinẽtẽ ad ipſã ſubſtantiã*. Nomine *potẽtiæ* ſignificatur hic facultas firma & robuſta in ſuo genere ad operationem: nomine verò *impotentiæ* intelligitur, non negatio potentię; ſed facultas, ſeu potentia debilis, & infirma in ſuo genere ad operationem, vt cæcutiens dicitur non poſſe videre, non quia nō habeat potentiam viſiuam; ſed quia eam habet ita imbecillem, vt vix, aut difficilè videat. Sub hac ſpecie comprehẽduntur tam qualitates actiuæ, quàm paſsiuæ, ſeu receptiuæ, ſi quæ ſunt. Deinde cō-prehenduntur non ſolùm eæ, quæ dantur ſubſtãtiæ vt cauſæ adæquatæ operationis; ſed etiam eæ, quæ dãtur vt cauſæ inadæquatæ, dum modo ſint ſimpliciter requiſitę ad operationem.

22 Hinc eſt; quod ad hanc ſpeciem pertinent omnes potẽtiæ vitales (ſi ſint accidentia ab anima realiter diſtincta, de quo in lib. de Anima) vt ſunt intellectus, volũtas, ſenſus omnes, & appetitus ſenſitiuus: hæ enim ſunt qualitates, quæ dantur animæ tanquam facultates actiuæ, & (in ſententia communi) paſsiuę ſimpliciter requiſitę ad operationes vitales. Huc etiã ſpectant cæteræ qualitates, quæ ſunt proprietates ſubſtantiarũ, vt ſunt calor in igne; frigiditas in aquâ; humiditas in aere: ſiccitas in terrâ, grauitas in lapide, ferro, &c leuitas in aere, igne, &c: Lux in Sole, & ſic de alijs. Hæ enim dantur ſubſtãtijs, vel vt propriũ conſequãtur centrũ, vel vt diſpoſitiones in paſſo proximo introducant ad aliud ſibi ſimile generãdum, vel vt proprios act⁹ in ſe ipſis, aut in alijs producãt. Huc etiam reuoco habitus ſupernaturales, qui dãtur naturis rationalib⁹ ad actus ſupernaturales eliciẽdos, vt ſunt habitus charitatis, fidei, ſpei, &c. qui ſunt principia ſimpliciter requiſita ex parte talis naturę ad prędictos act⁹. Imò & ſpecies intẽtionales tã ſenſuũ, quã intellect⁹ pertinere debent ad hanc ſpeciẽ in ſententia tribuente illis concurſum effectiuum in actus talium potentiarum: quia

Digitized by Google

in hac ſententia ſunt principia ſimpliciter requiſita ad eos actus eliciendos.

23 Hic eſt difficultas: an potentia, & impotentia eſſentialiter diſtinguantur in ratione taliũ præ ciſe? Reſpondeo negatiue: quia, ſi ſermo ſit de facultatibus naturalibus hę conſequuntur ſubſtantias tanquam potentiæ ex natura ſua proportionatæ in ſuo genere ad illarum actus eliciẽdos: quod verò imbecilles, & infirmæ reddantur ad tales actus, prouenit ab extrinſeco aliquo impedimento, vel ex defectu intẽſionis requiſitæ, quod quidem nullam infert eſſentialem diſtinctionem, vel ſi quam, imperfectam tantum, & ſecundũ quid. Et idem eſt de facultatibus ſupernaturalibus. Hinc colliges diſcrimen inter potentiã, & impotentiã ex vna parte, & habitum, & diſpoſitionem ex alia quia cum dentur aliquæ diſpoſitiones ex natura ſua facilè; & aliæ ex natura ſua difficilè mobiles à ſubiecto, iuxta dicta in parte præcedenti poteſt dari diſtinctio ſpecifica inter habitum, & diſpoſitionẽ in ratione talium: at verò potentia nulla datur, quæ ex natura ſua petat eſſe debilis, & infirma in ſuo genere, quia cum adueniat ſubſtantiæ, vt principiũ ex natura ſua illi proportionatũ in ordine ad operationẽ aliquã eliciendã, debet ex natura ſua eſſe talis, quę quatenus ex ſe eſt, ſufficiat ad talem operationem, niſi accidenti aliquo impedita impotentię ſortiatur nomen: & propterea nulli vnquã abſolutè erit eſſentialis ratio impotentiæ; ſed accidentaliter continget omnibus. Eſt tamen aduertendũ, ad hoc, vt aliqua facultas impotẽtia dicatur, nõ ſufficere, quod detur alia perfectior: ſic enim ſola illa, quæ omniũ perfectiſsima eſſet, potentia diceretur, & reliquæ impotẽtiæ; ſed eſſe neceſſariũ, quod intra ſuam ſeriẽ ſit debilis, & infirma. Sic facultas viſiua inter ſeriem hominum dicitur impotentia, quando non attingit operationem proportionatam tali ſpeciei. Et ſic de alijs.

De tertia, & quarta ſpecie qualitatis.

24 Tertia ſpecies qualitatis dicitur paſsio, & paſsibilis qualitas. Hic ſunt duo examinanda; nempè quænã ſit ratio formalis illius, & vnde ſumpſerit appellationẽ? Ratio formalis huius ſpeciei conſiſtit in eo, quod ſit *qualitas perceptibilis per ſenſũ aliquẽ externũ.* Sic PP. Conimbr. hic q. 1. art. 2. vbi pro ſe adducunt Scotũ, Simplicium, & Ammoniũ; & idẽ docet S. Tho. 3. p. q. 65. art. 1. ad 2. Dicitur verò hæc ſpecies paſsio & paſsibilis qualitas, vel quia ex paſsione aliqua cauſatur, vel quia paſsionem cauſat in ſenſu aliquo externo. Porrò paſsio in præſenti ſumitur pro alteratione, qua quis à propria diſpoſitione remouetur quia frequẽter pati dicitur is, cuius propria, & cõnaturalis diſpoſitio aliquantulum tranſmutatur.

Digitized by Google

25 Ex qualitatibus ergo per ſe ſum perceptibilibus nõnullæ cauſant paſsionem in ſenſibus, quia dum ab eis percipiuntur, propriã eorum diſpoſitionem immutant, vel per ſe ipſas, vel per alias, quæ illas comitantur. Sic calor, & frigus immutant organum tactus, ſapor, & odor immutant organum guſtus, & olfactus, & ſic de alijs. Aliæ verò cauſantur ex aliqua paſſione: ſic rubor cauſatur in facie per alterationem corporis ortam ex verecundia; pallor per alterationem ortam ex timore, & ſic de alijs: Deinde albedo, nigredo, & aliæ ſecundæ qualitates, oriuntur ex alteratione contingente per mutuam admixtionem primarum qualitatum. Quando autem color aut alia qualitas ſecunda ex alteratione aliqua proueniens cito trãſit: vt rubor ex verecundia pallor ex timore; &c. dicitur *paſsio*: quando verò diu durat, vt color proueniens ex proprio temperamento rei coloratæ; dicitur *paſsibilis qualitas*: & ideo per accidẽs ſolum diſtinguuntur *paſsio*, & *paſsibilis qualitas*; quia omnino accidentale eſt colori, quod ex cauſa cito tranſeunte, vel diu durante proficiſcatur, vt omnibus compertum eſt.

26 Eſt tamen aduertendum, quod ad hoc vt hęc ſpecies *paſsio*, & *paſsibilis qualitas* appelletur, non eſt neceſſarium, quod qualitates omnes ſub illa cõtẽtæ, aut cauſent paſsionem in ſenſu, aut ab ea cauſentur; ſed ſufficit, quod aliquibus ex his, quæ rationẽ formalem huius ſpeciei participant, id cõueniat: nam ſicut lapis ita dicitur à lædendo pede (etiam ſi non omnes lapides pedem læſerint ex eo ſolum, quod aliqui hunc effectum aliquãdo præſtiterint: ſic etiam hęc ſpecies poteſt dici paſſio & paſsibilis qualitas etiã ſi nõ omnes qualitates ſub illa cõtentæ ex paſsione oriantur, aut paſsionẽ efficiãt) ex eo ſolum quod id aliquibus conueniat. Ex dictis facile eſt explicare, quænam qualitates ad hanc ſpeciẽ pertineant? In primis enim pertinẽt quatuor primæ qualitates; calor videlicet, frigus, humiditas, & ſiccitas: quia omnes iſtæ ſunt tactu perceptibiles: eodẽ etiam percipiuntur qualitates aliquæ doloriferę, impulſus, ac propterea in hac etiã ſpecie collocandæ ſunt. Deinde pertinent ſonus, odor, & ſapor, quæ auditu, odoratu, & guſtu percipiuntur. Deniq; omnes colores, & lux, quæ quidẽ per viſum attinguntur.

27 Quarta ſpecies eſt, *forma, & figura*. Hic ſumitur figura pro terminatione quantitatis, ratione cuius dicitur ipſa quantitas rotũda, plana, curua, recta, triangularis, quadrangularis, &c. Forma vero ſumitur pro figura non vtcunque ſumpta; ſed ordinata recta partiũ diſpoſitione, & color bus rectè diſpoſitis inter ſe; quapropter rectè dixerunt Boet. & Simplic. per formam ſignificari hic pulchritudinem; & per figurã terminationem ſolius quãtitatis ſecundũ ſe ſumptæ. Hęc nõ eſt propriè ſpecies qualitatis; quia figura nihil aliud di-

ietatem habere; non vero colores medij, quia videlicet, illæ ſub genere coloris nullam aliam conuenientiam admittunt; ſecus iſti, quandoquidem quilibet ex illis participat aliquid albedinis, & nigredinis, ſeu aliqualem conuenientiam cum illis habet.

30 Præterea *ab eodem ſubiecto mutuò ſe expellunt*: quibus verbis duo inuoluuntur, nempe & quod contraria debent eſſe ex ijs, quæ in ſubiecto ſunt; & quod vnū debeat ſubiecto cedere ex vi poſitionis alterius in eodem ſubiecto; non vero ratione incapacitatis ipſius ſubiecti: alioqui enim non dicentur ſe mutuo expellere ab eodem ſubiecto, vt ex ſe conſtat. Ex hoc poſteriori colligitur contrarietatem non poſſe actu exerceri, niſi per actualem receptionem, aut informationem eorum, quæ contraria nuncupantur, quia non aliter in ſubiecto ponuntur, niſi per receptionem actualem, & informationem. Ex priori vero colligitur, non poſſe eſſe proprie contraria ea, quib⁹ repugnat eſſe proprie in ſubiecto, & propterea diſp 16. ſect. 5. n. 54. diximus, nulli ſubſtantiæ conuenire poſſe contrarietatem propriam, quia nulli poteſt cōpetere eſſe proprie in ſubiecto. Hæc proprietas non conuenit omnibus qualitatibus; ſed nonnullis tantum, vt docet Ariſtoteles in præſenti capite: conuenit tamen illis ſolis, quia licet actiones, & paſsiones, quibus ex qualitates producuntur, videantur eſſe contrariæ, non tam dicendę ſunt contrariæ, quam contrariationes, vt ita dicam ſeu exercitia actualia contrariorum.

31 Hic eſt difficultas, vnde nā colligendū ſit, an mutua repugnātia duorum in eodē ſubiecto proueniat ex mutua oppoſitione eorum inter ſe; vel potius ex incapacitate intrinſeca, ſeu limitata virtute ipſius ſubiecti? P. Arriag. in Met. diſp. 5. ſect. 2. ſub ſect. 2. dicit, tunc eſſe certum; & infallibile ſignū mutuæ oppoſitionis formarum inter ſe, cum ſubiectū infinitæ capacitatis ex vna parte eas poteſt habere, quatenus eſt ex ſe, & ex alia nō poteſt eas de facto ſimul admittere: nā, cum in tali caſū repugnantia earum formarū non poſsit tribui defectui capacitatis ſubiecti, ſiquidē hæc eſt infinita, neceſſario tribuēda eſt mutuę oppoſitioni ipſarum formarum. Talia putat eſſe amorē, & odium; aſſenſum, & diſſenſum circa idem obiectum (quę cum ſeorſim inueniri poſsint in Deo; in eo tamen ſimul eſſe non poſſunt) quia eorum repugnantia nō poteſt tribui in capacitati Dei; cum Deus ſit infinitæ virtutis, & capacitatis, & ideo tribuenda eſt mutuæ oppoſitioni eorum. In reliquis vero, quæ propter ſuā imperfectionē non poſſunt dari in Deo, nullum putat dari certum ſignū, ex quo colligi poſsit eorum contrarietas, & oppoſitio: quia nō eſt cur eorum repugnātia circa idem ſubiectū ſit tribuenda mutuæ oppoſitioni eorū inter ſe potius, quā incapacitati, & limitatę virtuti ipſius ſubiecti. Hinc colligit nō eſſe

certum, an calor, & frigus: albedo, & nigredo ſint propriè contraria? quia non eſt vnde colligi poſsit, an repugnantia eorum oriatur ex limitata virtute, & incapacitate intrinſeca ſubiecti; vel potius ex mutua eorum oppoſitione?

32 Hæc ſententia vel ex eo ſolum mihi diſpliceret, quod cōtradicit cōmuni philoſophorum ſententiæ hucuſque aſſerētium calorem, & frigus eſſe propriè contraria, nec vllum affert firmum fundamentum, quo oppoſitum nobis ſuadeat: & ideo alia via ineunda eſt, qua communis ſententia roboretur, & oppoſita refutata maneat. Dico ergo, repugnantiam duarū formarum tunc oriri ex limitata virtute, & incapacitate intrinſeca ſubiecti, quando non poteſt vna introduci, niſi alia ſupponatur expulſa: tunc vero oriri ex mutua oppoſitione ipſarum formarmarum, quando vna expellitur ex vi introductionis alterius. Ratio vtriuſque eſt; quia ſubiectum, cum ſit cauſa formæ in ipſo introductæ, vel ſaltem informationis illius, vt dicemus in Phyſ. debet præſupponi ad illam intrinſece capax ad eius receptionem. Id eſt certum apud omnes: atqui ſi ex ſe non poſsit niſi vnam formam recipere, non erit capax ad receptionem formæ nouæ, niſi prius expediatur antiquâ: ſiquidem tota capacitas eius erat omnino occupata, & expleta per receptionem illius: ergo prius debet illam amittere, quam nouam admittat. Deinde, ſi noua prius introducitur, quam expellatur antiqua, neceſſarium eſt, quod ſubiectum, quatenus eſt ex parte ſui, intrinſece ſit capax vtriuſque quando quidem ſe accingit ad vnam, prius quam alia expediatur: quod fieri non poſſet, ſi ſemel occupatâ eius virtute in receptione vnius formæ non remaneret virtus intrinſeca ad aliam recipiendam. Hinc eſt, quod in eo caſu expulſio formæ antiquæ tribuenda ſit non incapacitati ſubiecti; ſed oppoſitioni intercedenti inter illam; & aliam de nuo aduenientem.

33 Ex his colligo, calorem, & frigus; humiditatem, & ſiccitatē eſſe propriè contraria: quia ita repugnāt in eodem ſubiecto, vt vnū nō ſupponatur ex pulſum ante introductionem alterius, ſed potius id, quod antea erat in ſubiecto expellitur ex vi introductionis denuo aduenientis: neque enim aliquid præcedit ad introductionem caloris, vi cuius deſtrui poſsit frigus antea exiſtens in ſubiecto; aut è contra, vt experientia conſtat. Deinde habēt reliqua omnia, quę requiri diximus ad propriam contrarietatē: ergo ſunt propriè contraria. Colligo ſecūdo, nonū, gradum coloris non opponi cum octauo, aut cum aliquo ex reliquis inferioribus: quia nunquā introducitur nonum, quin prius expellatur aliquis ex allijs octo: ergo repugnantia noni gradus cum allijs octo nō oritur ex oppoſitione illorum; ſed ex incapacitate, aut limitata virtute ſubiecti.

34 Col-

Digitized by Google

34 Colligo tertio, non eſſe firmum fundamentũ, ex quo colligatur, an repugnantia duarũ formarum ſubſtantialium oriatur ex incapacitatę ſubiecti, vel ex mutua earum oppoſitione: quia cum dependeant in conſeruari à diſpoſitionibus, vt dicemus in Phyſ. & hę corrumpantur per introductionem diſpoſitionum præparãtium ad formam denuo aduenientem, poteſt contingere, quod ante introductionem nouæ formæ corrumpantur ex diſpoſitiones, quæ neceſſariæ erant ad conſeruationem antiquæ; & hæc deſinat eſſe ex defectu diſpoſitionum, non ex vi formæ aduenientis: & é contra poteſt contingere, quod antequam corrumpantur diſpoſitiones, quæ alias eſſent ſufficientes ad conſeruandam antiquam formam introducatur alia noua, ex vi cuius expellatur antiqua. Hæc probantur in Phyſi. Si primo modo res eueniant, poteſt eſſe, quod repugnantia formarum ſubſtantialium oriatur ex incapacitate ſubiecti, Sin verò ſecundo, dabitur mutua oppoſitio ipſarum formarum inter ſe. In hoc vltimum videntur conſentire communiter authores, dum dicunt, vnam formam ſvbſtantialem expellere aliã in genere cauſæ formalis: neque inde licèt inferre eſſe propriè contrarias: quia, cum non ſint proprie in ſubiecto, non poteſt contrarietas proprie illis cõuenire. Id, quod dictum eſt de formis ſubſtantialibus, dicito de albedine, & nigredine, & de alijs ſecundis qualitatibus; nam, cùm hæ oriantur ex temperamento primarum ita, vt hoc ſupponatur in ſubiecto, non ſolum tanquam cauſa efficiens; ſed etiam vt diſpoſitio, vt dicemus in libr. de Generatione, non poteſt diſcerni, an deſitio vnius contingat ex defectu diſpoſitionis, an ex poſitione alterius; & ideo non eſt, vnde colligatur, an ipſæ mutuo ſe expellant ab eodem ſubiecto: quod neceſſarium eſt ad propriam contrarietatem,

35 Secundó: proprium eſt qualitatis *ſuſcipere magis, & minus*: hoc eſt, intenſionem, & remiſſionem, Si eſſentia qualitatis conſiſtat in capacitate intrinſeca intenſionis, & remiſsionis iuxta ſententiam recentiorum adductam num. 9. proprium id erit omnium qualitatum, imò, & eſſentiale. Sin vero ea ſententia non admittatur, nõ cõuenit prædicta proprietas omnibus qualitatibus; ſed illis ſolùm, quæ capaces ſunt intenſionis, & remiſsionis. Deinde non conuenit ſoli qualitati admittere intenſionem, & remiſsionem; ſed etiã actioni, & informationi, per quas ipſa qualitas producitur, & informat ſuum ſubiectũ, cum hoc tamen diſcrimine, quod qualitati conuenit ratione ſui; & alijs ratione illius: vt diximus loco citato: & propterea ſuſcipere magis, & minus *ratione ſui* ſoli conuenit qualitati. Hinc eſt difficultas an ſit poſsibilis ſubſtantia, quæ intenſionẽ, & remiſsionem admittere poſsit? Difficile aſsignari poteſt

repu-

repugnantia. Nihilominus in ijs, quæ defacto dantur, dicendũ eſt, non dari defacto: quia nullum eſt fundamentum ad aſſerendam intenſionem, & remiſsionem in iſtis ſubſtantijs; & non ſunt multiplicandæ entitates ſine vrgenti fundamento.

36 Tertio eſſe proprium qualitatis, quod ratione illius ſubſtantia dicatur eſſe propriè ſimilis, aut diſsimilis alteri: hoc eſt, quod ſit fundamentum proximum ſimilitudinis, aut diſsimilitudinis. Hoc ait Ariſtoteles eſſe proprium quarto modo qualitatis. Cæterum difficile probatur, non poſſe alijs a qualitate ſimilitudinem, & diſsimilitudinem conuenire: quia eſſe ſimile alteri nihil aliud eſt, quam eſſe quaſi alterum, quod hiſpane dicitur, *parecerſe à otro*, atqui vnus lapis eſt quaſi alter in hoc, quod eſt moueri deorſũ; & vnus ignis quaſi alter in hoc, quod eſt moueri ſurſum: cur ergo nõ dicemus duos lapides eſſe ſimiles ratione motus deorſum, & duos ignes ratione motus ſurſum? Nihilominùs ſi de ratione qualitatis ſit eſſe capacem intenſionis, dici poteſt perfectam ſimilitudinem non ſolum conſiſtere in vnitate ſpecifica, ſed etiam in vnitate graduum intenſionis: & cum ſoli qualitati conueniat habere ratione ſui intẽſionem, illi ſoli conuenit eſſe perfectè ſimilem ratione ſui, nõ actualiter, quia actualis ſimilitudo eſt relatio pertinens ad prædicamentum relationis; ſed fundamentaliter: quia ex ſe eſt fundamentum perfectæ ſimilitudinis. Coordinatio huius prædicamẽti facile colligi poteſt ex dictis pro ſingulis ſpeciebus illius.

DISPVTATIO XIX.

De prædicamẽto Relationis, ſeu ad aliquid.

1 RElatio in præſenti idem eſt, ac *collatio, cõparatio, directio*, ſeu *tendentia* vnius rei ad aliã & propterea ab Ariſtot. hic, & 5. Met. capit. 15. relatiua appellantur *ad aliquid*, ſeu *ad aliud*: quia videlicèt per relationem ſemper diriguntur, ſeu tendant ad aliquid aliud à ſe diſtinctum: Deinde philoſophi relationem appellare ſolent *reſpectũ*; quia quod ad aliud refertur, illud aſpicit, & quaſi illi è regione opponitur. *Relatio* ergo & *reſpectus* ſignificant rationem, qua vna res alteri cõfertur, ſeu ad illam dirigitur, ſeu quouis modo eam reſpicit. Deinde in præſenti diſputatione frequentes ſunt hæ voces, *fundamẽtum, terminus, & ratio fundandi*. Fundamentũ dicitur illud extremũ, quod ad aliud refertur: terminus vero illud, ad quod refertur: ratio denique fundandi id, quod ex parte fundamẽti præcedit tanquam quid vltimo determinãs ad hoc, vt dicatur referri vnum ad aliud. Ex gr. homo, qui genuit alium dicitur ad illum refe-

referri relatione paternitatis. Is qui genuit, dicitur fundamentum illius relationis: genitus dicitur terminus: & generatio ipſa, ratio fundandi talem relationem. De his agendum nobis eſt in hac diſputatione.

SECTIO I.

Explicatur natura Relationis?

1 RElatio ſolet diuidi in realem, & rationis. Realis eſt quæ reuerà datur inter extrema realiter diſtincta ante vllam operationem intellectus illam fingentem, vt inter patrem, & filiū. Relatio rationis eſt, quæ, cum reuerà non ſit in re, fingitur tamen à nobis eſſe, vt relatio, quam fingimus inter animal, & eius inferiora: cum enim animal non diſtinguatur realiter à ſuis inferioribus non poteſt reuerà illa reſpicere: quia reſpectus realis ſemper debet eſſe inter extrema realiter diſtincta: neque enim vnum dicitur realiter ad ſe ipſum ordinatū, vel ſibi ipſi conferri; ſed alteri à ſe diſtincto, & ad illud ordinari, vt omnibus compertum eſt. Relatio realis, alia dicitur *ſecundum eſſe*: alia *ſecundum dici*. Relatio *ſecundum eſſe* dicitur, cum reuera datur in rebus phyſica ordinatio, ſeu comparatio vnius ad aliam: vt inter cauſam, & effectum. *Secundum dici* vero datur, cum reuera non eſt in rebus phyſica ordinatio vnius ad aliam, explicatur tamen res à nobis, conferendo illam cum alia: vt, quando explicantes Dei omnipotentiam dicimus, eſſe virtutem, qua Deus poteſt producere creaturas, explicamus quidem illam per comparationem ad creaturas; cum tamen ipſa ſit omnino abſoluta à quouis reſpectu ad creaturas, ut dicemus in Phyſic. vt autem hoc fiat, non eſt neceſſarium fingere aliquam relationem in Deo ad creaturas, & propterea relatio *ſecundum dici* non coincidit cum relatione rationis.

3 Præterea relatio ſecundùm eſſe diuiditur in mutuam, & non mutuam. Mutua eſt, cum extrema ita inter ſe referūtur, vt quodlibet ex illis alteri conferatur, vt *pater*, & *filius*. Non mutua eſt, cū vnum ex extremis refertur ad aliud; ſecus è contra: vt, *ſcientia* & *obiectum*: illa enim refertur ad iſtud; ſecùs è contra. Deinde relatio mutua alia dicitur æquiparantiæ, quando vtrunque extremum confertur alteri eodem modo: vt ſimilitudo Petri, & Pauli in natura humana: eodē enim modo cōparatur Petrus cū Paulo; ac Paulus cum Petro: alia dicitur diſquiparantiæ, quando diuerſo modo ſe mutuo reſpiciunt extrema: vt pater; & filius: etenim Petrus, qui eſt pater Ioannis reſpicit Ioannem vt filium; Ioannes verò non reſpicit Petrum vt filium; ſed ut patrem, & ideo ſe reſpiciunt diuerſo modo.

Præ-

4 Præcipua diuiſio relationis ſecundum eſſe, eſt in prædicamẽtalem, & in tranſcendẽtalem. Prima dicitur prædicamentalis, quia conſtituit hoc ſpeciale prædicamentum: ſecunda tranſcendentalis, quia omnia percurrit prædicamenta. Definitio vtriuſque colligitur ex Ariſt. hic in capite de his quę ſunt *ad aliquid*, vbi eas definit non in abſtracto; ſed in concreto. Relatiuum ergo prædicamentale apud Ariſtotelem dicitur illud, *cuius totũ eſſe eſt ad aliud ſe habere.* Trãſcendẽtale vero, *cuius eſſe eſt ad aliud quomodolibet ſe habere.* Explico definitiones, & ex earum explicatione facile colligetur diſcrimẽ inter vtraq; relatiua. Relatiuũ prædicamẽtale dicitur, *cuius totũ eſſe eſt ad aliud ſe habere.* Hoc eſt, tota eſſentia eius, vt relatiuũ eſt, conſiſtit in hoc, quod eſt tẽdere ad aliud, ſeu ad illud ordinari. Dicitur autẽ *ad aliud* abſolutè, & ſine addito, vt denotetur, relatiuũ prędicamentale ſemper referri ad aliquid à ſe diſtinctũ, quod abſolutè & ſimpliciter eſt ens vt ſunt entia realia exiſtentia ſiue, accidẽtalia, ſiue ſubſtãtialia reſpectu entiũ realium poſsibiliũ, entium rationis, & negatiuum: nam ſicut ſubſtãtia creata, quæ reſpectu Dei dicitur ens ſecundùm quid, dicitur ens ſimpliciter, ſi cõparetur cum accidẽti: ſic etiam accidentia realia exiſtentia, quæ reſpectu ſubſtãtię realis exiſtentis ſunt entia ſecũdùm quid, dicũtur entia ſimpliciter reſpectu poſsibilium, entiũ rationis, & negationum, quæ omnia entia ſecundùm quid propriſſimè dicuntur.

5 Reliqua præpicamẽta, licet ordinẽ inuoluant ad aliud præter hoc tamen alia munera præſtant: quia vel ſunt ſubſtantia, vel neceſſaria ſubſtãtiæ, aut in ordine ad ſe aut in ordine ad proprias operationes. *Quantitas* enim dum impenetrabiles reddit partes materiæ inter ſe ſe, & cum alia, illã præparat ad receptionem formæ ſubſtãtialis. *Qualitas* cõplet hanc diſpoſitionẽ, & eſt neceſſaria, ſeu vtilis toti ſubſtãtiæ, tum vt cõſeruetur, tum vt ſuas operationes eliciat, & ad ſui moueat cognitionẽ. *Actio* præterea, & *paſsio* neceſſarię ſunt, tum vt ipſa ſubſtãtia ſuum eſſe recipiat à ſuo agente, tũ vt ſuos effectus producat vel in ſe ipſa, vel in alijs. *Vbi* ſeu *præſentia* eſt etiã neceſſaria, vt partes ſubſtantiæ extẽdãtur in loco, & applicẽtur paſſo ad operandum. *Situs*, vt recto modo diſponãtur partes in loco, quo melius ſua munera obeant, *Habitus* denique extrinſecus munit ſubſtantiam contra hoſtes irruentes. At relatio prædicamentalis nullũ aliud mun⁹ exequitur præter hoc quod eſt cõparare vnum cum alio, & propterea tota eius eſſentia dicitur eſſe id, quod vnũ ſe habet ad aliud. Eſſentia vero relationis tranſcendentalis dicitur eſſe *ad aliud quomodolibet* non quidem tota, quia præter hoc, aliud munus præſtat, vt dictum eſt.

6 Dicitur autem *ad aliud quo-*

modo;

modolibet, hoc eſt, ad id, quod eſt *aliud* ſiue ſimpliciter, ſiue ſecundum quid, quia ad relationẽ tranſcendentalem non eſt neceſſariũ, quod terminus eius ſit *aliud* abſolutè, & ſimpliciter; ſed ſufficit, quod ſit *aliud* vel ſimpliciter, & abſolutè, hoc eſt, ens reale exiſtẽs vel ſecundùm quid tantum, hoc eſt, ens poſsibile, ens rationis, aut negatio (dummodo non ſint idẽ realiter cum fundamento) quia inter relatiua tranſcendentalia, quę alia munera habẽt pręter hoc quod eſt referri, alia terminantur ad entia exiſtentia; vt ſunt actio, & paſsio: alia ad poſsibilia; vt virtutes cauſatiuæ: alia ad ens rationis; vt cognitio illud fingens: alia denique ad negationẽ; vt ea, quæ ordinantur ad deſtructionem alterius.

7. Ex his lucem accipient nõnullæ authorum opiniones circa diſtinctionem relatiuorum prædicamentalium, ac tranſcendentalium. Quidã enim dicunt, in hoc differre, quod tranſcẽdentalia nõ reſpiciant terminum, vt purè terminũ; ſecus prędicamẽtalia: quod eſt idẽ, ac dicere, tranſcendentalia ita reſpicere terminum, vt alia munera præſtent; prædicamẽtalia verò nullum aliud. Iſti ſunt Caiet. de Ente, & Eſſentia c. 4. q. 15. & P. Sur. in Metaph. diſputat. 47. ſection. 4. num. 22. Alij dicunt in eo differre, quod prædicamentalia requirunt terminum exiſtentem; ſecus tranſcendentalia: qui quidem non ita intelligendi ſunt, vt velint, nullam dari relationem tranſcendẽtalem, quæ terminum exiſtentem requirat: hoc enim eſt falſum, vt vidimus numero præcedenti; ſed ſolum volunt, omnes prædicamentales relationes requirere terminum exiſtentem realem: tranſcendẽtales verò præter hoc, quod eſt alia munera præſtare vltra tendentiam in terminum (quod quidem comprehendit omnes) non requirere terminum exiſtentem; ſed poſſe illud habere vel exiſtentem, vt contingit in actione; vel poſsibilem, &c. id enim denotatur per particulam *ad aliud quo modolibet* poſitam in definitione tranſcendentalium. Eę autem relationes tranſcendentales, quæ requirunt terminum exiſtentem, differunt à prædicamentalibus per hoc, quod eſt alia munera obire præter hoc, quod eſt reſpicere terminum, eo modo quo dictum eſt.

8. P. Hurt. in Metaph. diſp. 15. ſect. 8. in hoc diſtinguit relationem prædicamentalem à tranſcendentali, quod hæc eſt eſſentialis immediato fundamẽto, illa verò accidentalis. Ex. gr. immediatum fundamentum ſimilitudinis (quæ eſt relatio prædicamentalis) in ter vnum albũ, & aliud eſt albedo huic autem eſt accidentale hoc, quod eſt eſſe ſimilem alteri albedini: quia ſi hæc non eſſet in rerum natura, illa non eſſet ſimilis huic: eſt autem omnino accidentale illi, quod hæc ſit in rerum natura, ac per conſequens

eſt etiam accidẽtale illi', quod ſit ſimilis iſti. Præterea cognitio refertur tranſcendẽtaliter ad obiectum, quia eſt repræſentatio illi'. Immediatum verò fundamẽtum huius relationis eſt ipſa cognitio, cui quidem eſſentialis eſt talis relatio, quia per ſuam eſſentiam repræſentat obiectum.

9 Non placet hæc ſententia: quia actio, vt actio eſt relatio trãſcẽdentalis: ergo illud erit immediatum fundamẽtum illius vt relationis, quod fuerit immediatum fundamentum illius vt actionis: atqui agens eſt immediatum fundamẽtum illius vt actionis: ergo idem erit immediatum fundamentum illius vt relationis; & tamen eſt accidẽtalis agenti vt omnibus cõpertum eſt: ergo relationi etiam tranſcendẽtali competit eſſe accidentalem immediato fundamento. Quod autem agens ſit immediatũ fundamẽtum actionis vt actionis, eſt certum: quia id eſſe debet immediatum fundamentũ actionis vt actionis, quod immediatè agit per illã: ſed agens eſt id quod immediatè agit per illam: ergo agens eſt fundamẽtum immediatum actionis vt actionis. Idem argumentũ fieri poteſt de paſsione, vnione, & cognitione. Confirmatur: quia in ſententia diſtinguẽte relationem prædicamentalẽ a fundamento, & termino tãquam modum interiectũ inter illa, ipſa relatio habet connexionem eſſentialem cum termino, & nihilominus, vt admittit P. Hurt. ipſa non eſt immediatum fundamẽtum talis connexionis; ſed ſubiectum, quod referri dicitur per illam: ergo idem dicendũ erit dè actione, nempè quod licèt ipſa habeat cõnexionẽ cum termino producto, non tamen dicenda eſt eſſe immediatum fundamẽtum talis connexionis; ſed cauſa ſolũ, quæ dicitur agere per illam. Ex dictis conſtat, non aliter bene diſtingui relationem prædicamentalem, & tranſcendentalem, niſi modo à nobis aſsignato, num. 4. & 5.

10 Relationem denique diuidit Ariſtoteles in tres ſpecies. Prima eſt, quæ fundatur in vnitate, & multitudine; ad quam pertinent relationes identitatis, & diuerſitatis; ſimilitudinis, & diſsimilitudinis; æqualitatis, & inæqualitatis. Secũda eſt, quæ fundatur in actione, & paſsione: ad quã pertinet relatio Patris, & Filij, & cuiuſuis alteri' cauſæ, & effectus; domini, & ſerui, Magiſtri, & diſcipuli, &c. Tertia eſt, quæ fũdatur in mẽſurabilitate, & dicitur relatio mẽſuræ, & menſurabilis: ad quã pertinet relatio cognitionis, & ſubiecti, quatenus hoc eſt mẽſura perfectionis ill us.

(.·.)

SECTIO II.

An relatio prædicamẽtalis ſit entitas diſtincta à fundamẽto, & termino?

11 EXplicata iam natura relationis prædicamẽtalis oportet examinare, an ſit entitas ante intellectum diſtincta a fundamento, & termino? Prima opinio tenet, eſſe entitatem ante intellectum diſtinctam à fundamẽto, & termino intrinſecam fundamento. Ita veteres Thomiſtę Capreo. in 1. diſt. 30. quæſ. 1. Caiet. 1. par. quæſt. 28. art. 2. Ferrar. 4. contra gent. cap. 14. Iauell. 5. Metaph. quæſt. 22. Sot. hic quæſt. 2, P. Fonſeca lib. 5. Metaph. cap. 15. quęſt. 2. ſect. 5. quibus ſubſcribunt recẽtiores Thomiſtæ hic. Iſti tamen authores non omnès eodem modò defendunt hanc ſententiam, nam tres priores dicunt, eſſe entitatem realiter diſtinctam tãquam rem à re; reliqui vero, eſſe tantum modaliter diſtinctam. Hanc ſententiam probant Thomiſtæ pluribus teſtimonijs Angelici Doctoris; ſed ex dicendis conſtabit, S. Doctorem aperte eſſe pro contraria ſententia. Deinde nonnullas afferunt rationes; quas infra obijciemus.

12 Oppoſita ſententia eſt verior: Eam tenet P. Suar. in Mer. diſp. 47. ſect. 2. Heruæus in 1. diſ. 30. ar. 1. & quodlibet. 7. quæſt. 15 & quod lib. 10. q. 1. Sylueſt. in coſtato quæſt. 28. dub. 1. & d ſt. 31. quæſt. 1. Grægor. diſt. 28. quęſt. 2. art. 2. Gabr. in 1. diſt. 3. quæſt. 4. art. 1. concl. 2, P. Hurt. in Metap. diſp. 15. ſect. 2. qui adducit pro hac ſententia Auguſt. Anſelm. & Damaſcen. apud P. Suar. loco cit. Hæc eſt expreſſa ſẽtẽtia. S. Thomæ. Nam quæſt. 7. de potentia, quę eſt de ſimplicitate Diuina, ar. 8. ait, relationem non facere compoſitionem cum ſubiecto ideue probat ex eo, quod relatio ſit ſine aliqua mutatione eius, quod refertur: *quod* (inquit) *non eſſet, ſi relatio ſignificaret aliquid in ſubiecto manens.* Si autem relatio eſſet entitas diſtincta à fundamento, & termino intrinſeca ipſi fundamento, nõ poſſet non eſſe aliquid manens in ſubiecto, quod refertur.

13 Clarius id docuit opuſc. 48. tract. 5. de prædicamento *ad aliquid* capit. 2. vbi ait, ſimilitudinem vnius albi cum alio nõ addere aliquam rem ſupra albedinem; ſed ſolum eſſe ipſam albedinem, vt ſe hebentem ad albedinem alterius: quia alioqui nullo modo poſſet aliquis fieri alteri ſimilis ſine ſui mutatione. Cumque ſibi obijceret, ex hoc ſequi, confundi prædicamẽtum relationis cum reliquis prædicamentis, reſpondet, aliqua prædicamenta eſſe diuerſa, quia dicunt diuerſas res intrinſecè: alia vero, quia dicunt diuerſas res extrinſecè: *quia vnũ importat aliquam rem diuerſam, quam non importat reliquum,* &

& ſic relatio differt à ſuo fundamẽto; quia importat oppoſitũ relatiui ſicut enim dicimus, quod totũ differt à ſua parte, non ſicut res à re, ſed ſicut illud, quod importat plus quã pars; ſic relatio differt à ſuo fũdamẽto, quia relatio dicit rem ſui fundamẽti, & oppoſitũ terminnũ, quę non dicit fundamentum.

14 En S. Thomas diſputans de diſtinctione relationis à fundamento ait, ſimilitudinem Socratis non addere aliquid (intriſecum intellige) ſupra albedinem, *ſed ſolũ eſt ipſa albedo, vt ſe habet ad albedinẽ Platonis*, & ne quis exiſtimaret his verbis admittere modũ aliquẽ intrinſecum in ipſa albedine, addit poſtea, relationem diſtingui à ſuo fundamento tanquam totum à ſua parte; quia videlicèt relatio importat fundamentum, & aliquid extrinſecum ipſi fundamento (quod extrinſecum dicit eſſe ipſum terminum) fundamentum verò non importat niſi ſe ipſum. Idque probat: quia alioqui, ſi relatio conſiſteret in aliqua re addita intrinſecè fundamento, nullo modo poſſet aliquis fieri ſimilis ſine ſui mutatione: Certè non potuit clarius ſententiam à nobis vt veriorem propoſitam probare.

15 Idem deducitur ex Ariſt. 5. Phyſic. text. 10. vbi ait, non dari motũ ad relationẽ prædicamentalẽ, quod ſic probat: *cõtingit enim altero mutationẽ patiente, verè dici alterũ nihil mutationis ſubire*, ac ſi diceret: cõtingit ſæpe, hoc referri ad illud ſine vlla mutatione huius ex eo ſolũ, quod illud mutetur. V. g. qui antea habebat albedinem ſine vlla mutatione ſui refertur ad alium ex eo ſolũ, quod hic mutetur albedinem denuo recipiendo. Si autem vnum album refertur ad aliud per relationem intrinſecè ſuperadditam, non poſſet non mutari intrinſecè quotieſcunq; denuo referretur; quia ſemper denuò reciperet relationem, quam antea nõ habebat. Reſpondent Thomiſtæ, albũ non mutari per relationem denuo illi aduenientem, quia hæc relatio nõ producitur per nouam actionẽ: actio enim, per quã albedo producitur in ſubiecto, eſt virtualis productio relationis ita, vt denuo aduenĩete termino, vi illius actionis conſurgat noua relatio in fundamẽto ſine noua mutatione, quia non dicitur noua mutatio, vbi noua deſideratur actio. Sed cõtra: productio albedinis nõ poteſt eſſe actualis productio relationis aduenientis poſtea ipſi albedini: ergo debet concedi noua actio, per quã relatio actu producatur. Antecedens probatur, quia actualis productio alicuius effectus non poteſt dari ſine tali effectu actu producto alio qui enim qua ratione eſſe poteſt actualis productio illius? Sed productio albedinis poteſt eſſe per ſe ſine relatione: ergo nõ poteſt eſſe illa actualis productio huius: atq; adeó, quando hæc denuo ponitur debet dari noua actio, per quam actu producatur: ſicut enim non poteſt

poteſt dari actualis productio alicuius ſine illo actu producto; ſic etiã non poteſt dari aliquid actu productum, quin detur actualis productio illius. De hoc redibit ſermo in Phyſ.

16 Deinde probatur ratione: primo quia ex eo præſciſſe, quod exiſtant duo alba, ablato quocunque alio, ſunt ſimilia: ergo ſine fũdamento, & omnino impertinenter ponitur relatio ſuperaddita, per quam fiant ſimilia. Antecedens probatur: quia ſimilia ex Ariſtot. 5. Met. cap. 15. ſunt quorũ qualitas eſt vna; ſed eo ipſo, quod dentur duo alba æquè intenſa dicitur qualitas eorum eſſe vna: ergo eo ipſo dicuntur eſſe ſimilia. Minorem probo: quia vnitas qualitatũ in præſenti nihil aliud eſt, niſi quod non diſtinguãtur ſpecie & vna habeat tot gradus, ac alia: atqui eo ipſo quod dẽtur duo alba ęquè intenſa, dantur duæ qualitates indiſtinctæ ſpecie; & habentes tot gradus vna, ac altera: ergo rectè dicuntur habere vnam qualitatem: quid ergo illis deeſt ad hoc, vt dicantur ſimilia? Cõfirmatur: quia entitas illa ſuperaddita non poteſt præſtare, quod qualitas illorum alborũ ſit vna: ergo neque poteſt præſtare, quod ſint ſimilia. Cõſequentia eſt bona: quia ex Ariſt. ſimilitudo cõſiſtit in vnitate qualitatũ. Antecedens probatur: quia illa entitas ſuperaddita non præſtat, quod ex albedines ſint eiuſdem ſpeciei, neque quod vna habeat tot gradus intẽſionis, ac altera; hæc enim illis cõueniunt per proprias entitates, vt nullus non videt: ergo non præſtat, quod qualitas eorũ alborum ſit vna. Patet conſequentia: quia, vnitas illorũ in nullo alio cõſiſtit. Idem argumentum poteſt fieri de diſsimilitudine.

17 Dicunt, ea alba ante relationem ſuperadditam eſſe ſimilia fundamentaliter, & conſtitui formaliter ſimilia per relationem ſuperadditam. Sed contra primò: nullum eſt fundamentum ad ponendam aliam ſimilitudinẽ præter illam, quam fundamentalem vocas: neque enim experientia eam ſuadet, cum nullus eam vnquam expertus fuerit; neque datur aliquis effectus, ex quo poſsit colligi à poſteriori; cur ergo eam addis? Et quidẽ eodẽ modo, quo diſtinguis ſimilitudinẽ fundamẽtalem, & formalẽ, poſſes diſtinguere in homine humanitatẽ fundamentalem, quæ coaleſceret ex corpore, & anima rationali vnitis; & formalem; quæ in eſſe talis conſtitueretur per modũ, ſeu entitatẽ aliquam ſuperadditam: neque enim maius fundamentũ ad illud habes, quã ad iſtud, quis ergo audeat id aſſerere in humanitate? Ergo neque in ſimilitudine aſſerendum eſt.

18 Secundò: quia duo alba habent qualitatem formaliter vnam ante tuam relationem: ergo ante illã ſunt formaliter ſimilia. Conſequentia eſt bona: quia ſimilia ſunt, quorũ qualitas eſt vna, vt docet Ariſtot. & ideo ſimilia formaliter debent eſſe, quorũ qualitas

eſt formaliter vna. Antecedens verò probatur: quia vnitas requiſita in qualitatibus ad ſimilitudinem realẽ nihil aliud eſt, vt fatentur omnes, niſi quod conſtent prædicatis, quæ ſpecie non diſtinguãtur, & quod vna habeat tot gradus intenſionis, ac altera: atqui duo alba æqualis intẽſionis habẽt albedines, quarũ quælibet ſecundùm ſe habet formaliter prædicata, quæ non diſtinguuntur ſpecie à prædicatis alterius; & præterea habet formaliter tot gradus intẽſionis, ac altera: ergo ſecundùm ſe habet formaliter vnitatem requiſitam in qualitatibus ad ſimilitudinem realem: ergo ſecundùm ſe ſunt illa duo alba ſimilia formaliter indepẽdenter à tua relatione. Idem argumentum fieri poteſt in relationib' æqualitatis, & inæqualitatis: quia æqualia ſunt quorum quantitas eſt vna; hoc eſt, habent tot partes extenſas, & inæqualia, quorũ quãtitas eſt diuerſa, hoc eſt, habet plures partes extẽſas in vno, quam in alio: quod quidem inuenitur formaliter in quantitatibus independẽter à relatione aliqua ſuperaddita.

19 Deinde confirmari poteſt efficaciter noſtra ſentẽtia ex paritate deſumptâ à Deo: quia Deus verè, & propriè dicitur eſſe cauſa creaturarum, & diuerſus ab illis, etiamſi nullam relationẽ intrinſecam habeat, ratione cuius dicatur cauſa, ſeu diuerſus formaliter ab illis: id eſt certum ex Fide: cur ergo non dicetur verè, & propriè vna creatura cauſa alterius, & diuerſa ab alia ſine relatione aliqua ſuperaddita? Neque enim eſt vlla ratio: cur id nõ poſſit fieri in creaturis, ſicut in Deo.

20 Secundo probatur prædicta ſententia ab abſurdo proceſſus infiniti deducti ex oppoſita. Pro quo ſuppono, quod ſicut actio, per quam agens producit aliquẽ effectum nõ dependet ab agẽte, neque attingit ſuum effectum per aliam actionem ſuperadditã; ſed ſe ipſa; ita etiam relatio intrinſecè ſuperaddita fundamento (ſi admittenda eſſet) non eſſet referẽda ad ipſum fundamẽtum (neque ad terminum ad quem per ipſam refertur tale fundamentum) per relationem aliquam ſuperadditã; ſed ſe ipſâ reſpicere deberet tale fundamẽtum, & talem terminũ. Cæterum ſicut actio, quæ aſſumeretur à Deo, vt inſtrumentum ad aliquid aliud præter ſuum proprium terminum producendum (quod quidem in ſententiâ probabili fieri poteſt, vt videbimus in Phyſ.) non illud produceret ſe ipſa, ſed per actionem aliam ſuperadditam; quia, cùm illa nõſit per ſuã eſſentiam productio actualis talis effectus, debet conſtitui actu producens illum per aliam actionem ſuperadditam: ſic etiam relatio, quæ comparatur cum aliquo alio diſtincto à ſuo immediato fundamẽto, & immediato termino, debet id habere per relationem aliã ſuperadditam: quia, cùm ipſa per ſuam eſſentiã nõ ſit relatio actualis ad illud aliud, eſt neceſſarium, quod illi aliquid adueniat, ratio-

ne cuius actu referatur: hoc autē nihil aliud erit, niſi alia relatio ſuperaddita; ſicut enim albedo, iuxta oppoſitā ſentētiā, nō poteſt ad aliā, quam nō reſpicit per ſuā eſſentiam, referri niſi per relationem intrinſecè ſuperadditā; ſic etiam relatio ipſa nō poterit ad terminum, quem nō reſpicit per ſuā eſſentiam, referri niſi per relationē aliam ſuperadditam; in vtroque enim caſu eadem debet eſſe ratio Hoc poſito.

31 Probo, quod, ſi vna albedo referatur ad aliam per relationem illi intrinſecè ſuperadditā, debet admitti de facto proceſſus infinitus relationum: quia, ſi vna albedo eſt ſimilis alteri per relationē illi intrinſecè ſuperadditam, hæc relatio erit ſimilis alteri relationi exiſtenti inter duas alias albedines, non per ſuam eſſentiam, quia hæc relatio poteſt eſſe in rerū natura ſine aliā, ac per conſequens poteſt eſſe in rerum naturā, quin ſit actu ſimilis illi; nam, vt fatētur authores oppoſitæ ſententiæ ſimilitudo actualis duorum extremorum requirit exiſtētiā vtriuſque) ergo eſt actu ſimilis illi per relationem aliam ſuperadditam, eadem enim ratio, quæ te cogit ad ponēdam relationē ſuperadditā inter duas albedines: probat etiam ponendam eſſe inter duas prædictas relationes. Rurſus relatio, per quā duæ prædictæ relationes conſtituuntur formaliter ſimiles inter ſe, eſt diſsimilis cuilibet ex illis albedinibus: ergo, cum nō ſit ratio referēdi vnā albedinem ad aliam, erit diſsimilis illi per aliam relationem ſuperadditam. Præterea hæc relatio diſsimilitudinis per aliam relationem ſuperadditā erit ſimilis alteri relationi diſsimilitudinis intercedenti inter aliam relationem, & aliā albedinem. Deinde hæc noua relatio ſimilitudinis erit diſsimilis cuilibet ex prædictis albedinibus per aliam relationem diſsimilitudinis, & ſic in infinitum: ergo admitti debet in tuā ſententiā proceſſus infinitus relationū. Alijs rationibus impugnari ſolet oppoſita ſentētia, quas, quia non adeo firmæ ſunt, omitto, videātur apud P. Hurt. & P. Arria. Nunc ſoluēda ſunt argumenta oppoſitę ſententiæ.

SECTIO III.

Solleuntur argumenta oppoſita ſententiæ.

22 Obijciunt primò S.Th. 1.p. q. 13. art. 7. vbi ait creaturas referri realiter ad Deū; ipſum verò Deū nō referri ad creaturas, niſi per rationē: ergo ſentit, relationē eſſe aliquid intrinſecè ſuperadditū fundamēto: alioqui nō eſſet, cur Deo negaret relationē ad creaturas. Reſpōdeo, ibi S. Doctorem agere de relatione intrinſeca rei relatæ, & hoc conſtituit diſcrimē inter Deū, & creaturas, quod hæ realiter referūtur ad Deū per relationē illis intrinſecam, dicunt enim relationē tranſcendētalem ad Deum; Deus verò nullam relationē intrinſecam realem dicit ad

referri ad creaturas per denominationẽ extrinſecam ab illis prouenientem, & ideò noſtrã ſententiam confirmat potius, quam oppoſitam.

25 Obijciunt tertiò: relatio eſt accidens conſtituens ſpeciale prædicamentum à reliquis diſtinctũ: ergo debet eſſe entitas diſtincta à fundamento, & termino. Conſequentia probatur, quia ſi nõ eſſet aliquid diſtinctum à fundamẽto, & termino, pertineret ad idẽ prædicamentum, ad quod ea pertinerent, atque adeò relatio ſimilitudinis qualitatũ pertineret ad prædicamentũ qualitatis; &c., relatio identitatis duarum ſubſtantiarum pertineret ad prædicamentũ ſubſtantiæ, & ſic de reliquis. Confirmatur: quia id, quod pertinent ad prædicamentum, debet eſſe vnũ per ſe: ſed ex fundamẽto, & termino non poteſt coaleſcere vnũ per ſe: ergo non poteſt relatio ex illis coaleſcere, atque adeò debet conſtitui in entitate aliqua ab vtroq; diſtinctà, quæ ſit vna.

26 Ad obiectionem, concesso antecedẽte, nego cõſequentiam. Ad probationẽ nego antecedens: quia in fundamento, & termino duo poſſunt conſiderari, nempẽ entitas cuiuslibet ſecundùm ſe ſumpta ſeorſim, & coexiſtentia ſimultanea vtriuſque, ratione cuius nouam aliquam denominationem ſortiantur. Priori modo conſiderata pertinent ad prædicamentũ ſubſtantiæ, quando quodlibet ex illis eſt ſubſtantia, & ad qualitatem, quando eſt qualitas, &c. At conſiderata poſteriori modo conſtituunt prædicamentum relationis: quia; licet non reſultet ex illis nouum accidens phyſicũ; reſultat tamẽ noua denominatio, quæ eſt nouũ accidens prædicabile ſufficiens ex ſe ad conſtituendum nouum prædicamẽtũ. Etenim, ſi habere veſtem, & arma, licèt non ſit nouũ accidens phyſicum; ſed ſolùm denominatio quædam extrinſeca cõtingenter adueniens homini à veſtimentis, conſtituit ſpeciale prædicamentum, quod dicitur *Habere*; cur denominatio idẽtitatis, aut diuerſitatis contingenter adueniens huic ſubſtantiæ ex coexiſtentia cum aliâ; & denominatio ſimilitudinis adueniens qualitati contingenter ex coexiſtentiâ cum alterâ qualitate, &c. nõ conſtituet nouum, & ſpeciale prædicamentum diſtinctum à prædicamento, in quo qualibet ſubſtantia ſecundùm ſe ſumpta conſtituitur, &c? Ad Cõfirmationẽ diſtinguo maiorem: id, quod pertinet ad prædicamentum debet eſſe vnum per ſe vnitate phyſica, vel vnitate ſufficiente ad tribuendã nouã denominationẽ, concedo: vnum per ſe vnitate phyſicâ ſolũ, nego maiorẽ. Et ſimiliter diſtinguo minorẽ: ſed ex fundamento, & termino non poteſt coaleſcere vnum per ſe vnitate phyſicâ, concedo: vnitate ſufficiente ad tribuendã nouam denominationem extrinſecam, nego minorẽ: quia prædicamentũ *Habere* non admittit aliam vnitatem. Et denique nego conſequentiam.

26 Obijciunt ſextò: relatio prædicamentalis eſt cuius totum eſſe eſt ad aliud ſe habere: atqui totum eſſe fundamenti, & termini non eſt ad aliud ſe habere, quia ſecundum ſe ſunt quid abſolutũ: ergo debet illis addi aliqua entitas intrinſeca, cuius totum eſſe ſit ad aliud ſe habere. Diſtinguo minorem: totum eſſe fundamenti, & termini non eſt ad aliud ſe habere, ſi ſeorſim ſecundùm ſe ſumantur, concedo; ſi ſumantur prout ſe mutuò denominantia eadem, vel diuerſa; ſimilia, vel diſsimilia; æqualia, vel inæqualia, nego minorem: quia totum eſſe harum denominationum, vt talium eſt vni ad aliud. Eſt dicere: coexiſtentia vtriuſque tribuit fundamento denominationem, quæ tota eſt ad aliud, & ideò totũ eſſe coexiſtentię illorum, prout tribuentis hanc denominationem, eſt ad aliud.

SECTIO III.

An relatio prædicamẽtalis cõſiſtat formaliter in fũdamẽto ſolũ cõnotante terminũ?

30 PRobabimus iam, relationem non eſſe nouam entitatẽ intrinſecè additã fundamento. Diſcutiendum modo, an formaliter conſiſtat in ſolo fundamento cõnotante terminum; vel an etiã terminus ſit de conceptũ formali illius? Rem explico. Album dicit ſubiectum, & albedinem; deinde cognitio, aut viſio parietis dicit entitatẽ cognitionis, & entitatem parietis; cum hoc tamen diſcrimine, quod ad conceptum formalem albi ut talis non ſolum pertinet ſubiectum; ſed etiam albedo, ſaltem in obliquo: at vero ad conceptum formalẽ cognitionis parietis ſolum pertinet entitas cognitionis, & paries ſolum ſe habet vt connotatum extrinſecũ, cum quo eſſentialiter conuectitur cognitio. Eſt ergo difficultas præſens, an relatio conſiſtat formaliter ſolum in fundamento connotante terminum, ita ut iſte non ſit de conceptu formali relationis; ſed ſolum connotatũ extrinſecum illius, ſicut ſe habet paries reſpectu cognitionis illius? Vel an terminus ſecundum ſuam entitatem ingrediatur etiam formaliter in conceptu formali relationis ſicut albedo ingreditur in conceptu formali albi? P. Suar. diſput. illa 47. ſect. 2. num. 22, cui ſubſcribunt nonnulli recentiores ex noſtris, docet relationem prædicamentalem conſiſtere formaliter in ſolo fundamento connotante terminũ, ita vt iſte ſolum, vt connotatũ extrinſecum ad illã pertineat. Fundamenta huius ſententiæ obijcientur infra.

31 Vera tamen ſententia eſt, relationem non eſſe ſolam entitatem fundamenti prout diſtinctam à termino. Ita authores adducti ſect. præced. pro noſtra concluſione. Probatur: quia, pereunte termino, & perſeuerante fundamento, non perſeuerat tota eſſentia relationis: ergo eſſentia rela-

 tio-

tionis non eſt ſola entitas fundamenti. Conſequentia eſt bona. Antecedens probatur: quia, pereunte termino, non refertur ad illum fundamentum, quod perſeuerat: neq; enim ego ſum ſimilis Petro iam demortuo: ergo non perſeuerat relatio in illo: atqui, non perſeuerante relatione, nequit perſeuerare tota eius eſſentia, vt conſtat: ergo eſſentia relationis non conſiſtit in ſola entitate fundamenti. Reſpondent recentiores, pereunte termino, & perſeuerante fundamento, perſeuerare totã eſſentiã relationis in ratione entis, ſeu quoad entitatẽ; non vero quoad denominationẽ. Eſt dicere: perſeuerãte fundamẽto, perſeuerat tota eſſentia intrinſeca relationis; non tamen denominat illud relatũ, deficiẽte termino, quia iſte eſt conditio neceſſario requiſita, vt relatio tribuat illi ſuã denominationẽ. Idque explicãt exẽplo ſciẽtiæ, & volitionis Diuinæ: quia, ablatà creatura, manet tota eſſentia viſionis, & volitionis liberæ Dei erga illam, & tamen non denominatur Deus videns, aut liberè amans creaturam, quia deficit ipſa creatura, quæ eſt conditio neceſſario requiſita, vt Deus habeat illas denominationes.

32 Nec reſponſio placet, nec exẽplũ adductum eam cõfirmat. Impugnem' primo ſolutionẽ. Si perſeuerante fundamẽto ſine termino, non perſeuerat eſſentia relationis, quoad denominationẽ: ergo relatio quoad denominationem aliquid aliud addit ſupra fundamentũ, quãdoquidẽ perſeuerat realiter totũ fundamentũ, & non perſeuerat realiter tota denominatio. Hinc vlterius colligitur, fundamẽtũ non eſſe totã eſſentiã relationis quoad entitatẽ: quia forma nõ aliter denominat realiter ſubiectũ, niſi per ſuã entitatẽ realem realiter illi cõmunicatam: atqui, ablato termino, fundamentũ non denominatur realiter relatũ, ergo ideò eſt, quia vel deficit cõmunicatio realis relationis; vel aliquid entitatis realis illi': atqui deficiente termino non tollitur, quod fundamentũ ſibi ipſi cõmunicetur, cum ſit identificatũ cum ſe ipſo, neque deficit aliquid entitatis intrinſecæ ipſius fundamenti, vt ſupponimus; & nihilominùs non denominatur realiter relatũ: ergo, ideo eſt, quia deficit aliquid aliud intrinſece pertinens ad entitatem relationis realis: ergo ſolũ fundamentum non eſt tota entitas relationis.

33 Dices: deficere terminum, qui eſt cõditio eſſentialiter requiſita, vt entitas relationis denominet realiter fundamentũ. Sed cõtrà: vel terminus ita eſt cõditio, vt ſit de cõceptu eſſẽtiali relationis vt denominãtis: vel ſit extra cõceptũ eſſentialem illius. Si hoc vltimum: ergo, ablato termino, denominatur fundamentũ realiter relatũ, quia, vt ſic denominetur, nihil aliud requiritur per te niſi cõcept' eſſẽtialis relationis prout denominantis. Si dicatur primũ: nõ aliter eſſe poteſt de cõceptu eſſentiali relationis, vt denominãtis, niſi

vt pars ipſi relationis; neq; enim poteſt ſe habere vt vnio, aut informatio: ergo eſſentia relationis nō cōſiſtit in ſola entitate fūdamēti.

34 Dices ſecūdo: pereunte termino nō perit entitas realis relationis ſecundū id, quod importat in recto; ſed ſolū ſecundū id, quod importat in obliquo. Sed contra: id, quod relatio importat in obliquo, vel eſt de eſſentiâ entitatis ipſius relationis, ſicut albedo eſt de eſſētiâ entitatis albi vt talis, etiāſi importetur in obliquo (nam cum *album* ſit idē, ac *habens albedinē*, importat ſubiectū in recto, & albedinē in obliquo, taliter tamen, vt vtrunque ſit de eſſentia illius vt album eſt) vel eſt extra eſſentiā entitatis relationis. Si primū: ergo ſola entitas fundamēti nō eſt adæquata entitas relationis; ſicut ſola entitas ſubiecti, in quo eſt albedo, nō eſt adæquata entitas albi. Si ſecūdū: ergo, pereunte ſolo termino, nō poteſt dici perire aliquid entitatis relationis. Si autē nihil entitatis perit, perſeuerat tota relatio quoad entitatē, ac perconſequens quoad denominationē: quia nihil poteſt deeſſe illi ad tribuendā denominationē, vt conſtat ex ſuperius dictis. Alias rationes omitto quia ad has poſſunt reduci.

35. Iam, quod argumentū deductū ex Diuinis nihil faueat aduerſarijs, facile probatur: quia ſi licerêt argumentum deducere ex Diuinis ad creata in ijs, quæ rationem naturalē tranſcendunt, affirmari quidem poſſet eſſe poſſibile in creatis vnam numero eſſentiam identificatam cum tribus perſonis realiter diſtinctis inter ſe, cum Fides id adſtruat in Deo. Præterea, dici poſſet, produci realiter animam vt formam, & non vt rationalem, quia in Diuinis producitur realiter perſonalitas, nō productâ realiter eſſentiâ Diuinâ identificata realiter cū illâ; quod quidem nullus ſanæ mentis cōcedet: ergo neque ex volitione liberâ Dei, neque ex eius ſcientiâ licet deducere argumētū ad relationē creatā. Imò hinc ſumitur impugnatio efficax oppoſitæ ſententiæ: quia immutabilitas quoad entitatē ſcientiæ liberæ Dei, ſimul cum variabilitate quoad determinationē ita exſuperat captū rationis naturalis, vt merito cēſeatur à Theologis difficilior intellectu, quam myſteriū Trinitatis, neque aliter illi aſſentiremus, niſi vrgēte Fide, aut Dei infinitate manu ducente noſtrum intellectū, vt ſupra ſuum captum tanto myſterio fidē adhiberet: atqui in præſenti controuerſiâ neque fides nos vrget; neque infinitas aliqua creaturarū nos inducit ad aſſerendum, permanente tota eſſentiâ relationis in fundamento, poſſe hoc non denominari reſpiciens terminū: cur ergo id adſtruemus ſupra captum rationis naturalis? De hac cōtrouerſiâ redibit ſermo nō ſemel in lib. Phyſic. & de Anima.

36 Obijcies: vna, & eadem res poteſt ſubire varias denominationes intrinſecas ob varia cōnotata extrinſeca: eadē enim entitas cōparata cum ſenſatione extrinſecâ

eſt

eſt intrinſece animal; & comparata cum ratiocinatione extrinſecè eſt intrinſecè rationalis: ergo vna & eadem entitas fundamenti cōparata cum termino extrinſeco poteſt eſſe intrinſecè ſimilis, aut æqualis illi, & hoc variato extrinſecè, non eſſe illi intrinſecè ſimilis. Diſtinguo antecedens: vna, & eadem res poteſt ſubire varias denominationes intrinſecas ob varia connotata extrinſeca, ſi cum eis habeat neceſſariā, & eſſentialem connexionem, concedo: ſi contingenter, & accidentaliter ad illa comparetur, nego antecedens. Et deinde nego conſequentiam: quia cum in obiectione ſermo ſit de fundamento, quod poteſt exiſtere de facto, ſiue terminus exiſtat, ſiue nō exiſtat, eſt neceſſariū, quod accidentaliter, & cōtingenter illi obueniat actualis ſimilitudo cum tali termino, eo autē ipſo quod accidentaliter obuenit talis ſimilitudo, nō poteſt illi eſſe intrinſeca ratione ſuæ entitatis tantum, vt probatum eſt in ſuperioribus. Aliter ſe habēt res in entitate, quæ eſt animal, & rationalis: quia hæc neceſſariò, & eſſentialiter reſpicit ſenſationem, & ratiocinationem, ſiue hæ exiſtant, ſiue non exiſtant; & ideò ratione talis reſpectus poteſt denominari intrinſecè animal, & rationalis. Alia argumenta ſolent obijci contra præcedentem conclusionem, quæ ex dicendis ſect. ſequente facilè ſolui poterunt.

(✠)

SECTIO V.

Relatio prædicamentalis includit fundamētum, & terminum ſimul.

37 EX dictis huc uſque facilè colligitur relationem eſſe entitatem fundamēti, & entitatē termini ſimul, ita vt ex vtràq; tāquàm ex duabus partibus coaleſcat ipſa relatio. Ita authores adducti ſectionibus præcedentibus pro noſtris concluſ. Probatur ex dictis: quia relatio debet eſſe aut entitas diſtincta à fundamento, & termino intrinſecè addita ipſi fundamento; aut ſola entitas fundamenti; aut entitas fundamenti, & termini ſimul: at non eſt entitas intrinſecè addita fundamento, vt probatum eſt ſectio. 2. neque eſt ſola entitas fundamenti, vt probatum eſt ſectio. 4. ergo debet eſſe entitas fundamenti, & termini ſimul: neque enim quidquam aliud eſſe poteſt. Confirmatur: quia, eo ipſo quod exiſtant duæ albedines, quarum vna habeat tot gradus, ac altera, ſecluſo quocunque alio, ſunt ſimilia: & eo ipſo quod exiſtant duo homines, quorum vnus ſit generans, & alter genitus, ſecluſo quocunq; alio, ſunt pater, & filius: ergo ſimilitudo coaleſcit ex coexiſtentiā duarum albedinum; & paternitas, ac filiatio ex coexiſtentia duorum hominum cum generatione præſenti, vel preteritā. Et ratio à priori eſt: quia ſimilitudo realis eſt vnitas rea-

realis qualitatum: at vnitas realis qualitatum nihil aliud eſt in præſenti, niſi quod intra eandem ſpeciem vna habeat tot gradus ac altera: ergo ſimilitudo nihil aliud eſt, quam vna, & altera cum tot gradibus intēſionis intra eandem ſpeciem. Similis ratio fieri poteſt in reliquis relationibus, vt conſtabit ex infra dicendis.

38 Hinc colligo primò, fundamentum, & terminum non ita eſſe intelligenda in præſenti, vt fundamentum ſit id, ex quo tota relatio cōſurgit & terminus id, quod reſpicit integra relatio: quia cùm fundamentum ſit vna ex partibus relationis, & terminus altera, neque poteſt tota conſurgere ex fundamento, cum hoc non conſurgat ex ſe ipſo; neque poteſt tota reſpicere terminum, cùm is non poſsit reſpicere ſe ipſum; ſed fundamentum dicitur id, quod denominatur relatum; & terminus id, ad quod illud dicitur referri. Hanc autem denominationē habet fundamentum partim per ſuā intrinſecam entitatem, & partim per entitatem extrinſecam termini: & propterea hoc, quod eſt eſſe prædicamentaliter relatum non eſt denominatio adæquatè intrinſeca, aut adæquatè extrinſeca, ſed partim intrinſeca fundamento ratione ſuæ entitatis, & partim extrinſeca eidem ratione entitatis termini extrinſeci. Prætereà, nullatenus dicendum eſt, relationem prædicamentalem vt talem eſſe, ſeu referri ad terminum, quem includit; ſed ſolùm eſſe id, quo fundamentum in ea inclusum refertur, ſeu comparatur ad terminum qui in ea etiam includitur.

39 Colligo ſecundò, per eandem relationem realiter, per quā hęc albedo eſt ſimilis illi; eſſe illā ſimilem huic: & per eandem relationem realiter per quam pater refertur ad filium, referi filium ad patrem loquor in creatis) quia relatio ſimilitudinis huius albedinis cum illa, eſt entitas vtriuſque; & idem eſto de ralatione ſimilitudinis illius cum iſta. Deinde relatio paternitatis eſt entitas generātis, & geniti ſimul cum generatione præſenti, vel præterita; & idem eſt de relatiōne filiationis. At eſt hoc diſcrimen, quod paternitas vt talis dicit pro fundamento entitatem generantem, & pro termino entitatem genitam; è contrà verò filiatiò vt talis. Ratiò huius eſt: quia fundamentum in relatione eſt id, quod denominatur relatum: ſed entitas generans eſt, quæ denominatur pater, ſeu relata per paternitatem, & entitas genita eſt quæ denominatur filius, ſeu relata per filiationem: ergo hæc eſt fundamentum filiationis vt talis; & illa paternitatis vt talis: è cōtra vero entitas genita habet rationem termini in paternitate; & entitas generans in filiatione. Idem dicendum eſt de ſimilitudine huius, & illius albedinis: nam hæc prout eſt ſimilitudo huius cum illâ, dicit pro fundamento hanc, & pro termino illam: è contrà verò, prout eſt ſimilitudo illius cum iſtâ.

40 Col-

40 Colligo tertio, *patrē* in cōcreto ſumptum dicere in recto entitatē generantē, & in obliquo genitā: è cōtra verò *filium*: quia cōcreta accidentalia adiectiua, ſeu quaſi adiectiua (qualia diſput. 11. ſect. 1. n. 10. diximus eſſe hæc nomina *Domin9*, *Pater*, *Filius*, *&c.*) dicunt in recto eam partem, quæ informatur, ſeu denominatur: & in obliquo eam, quæ ſolùm ſe habet vt informans, ſeu denominās aliā: ſed in patre entitas generās eſt, quæ denominatur pater; & genita ſe ſolùm habet vt denominās ergo illa importatur in recto, & hæc in obliquo: è cōtra verò in filio. Vnde hoc eſt diſcrimen inter paternitatē, & patrem, quod illa dicit in recto vtrāque entitatem, generantis videlicet, & geniti: & propterea diximus, paternitatem & filiationē eſſe eandem relationem realiter: pater verò dicit in recto generantem, & in obliquo genitum; & è contrà filius. Et ideò nō poteſt verè dici, quod pater eſt idem ac filius: quia vt prædicatio aliqua ſit vera, eſt neceſſarium, quod idētificētur realiter ea, quæ ex parte ſubiecti, & ex parte prędicati dicuntur in recto: ſed generans, qui ſignificatur in recto ex parte ſubiecti per nomen *pater*; & genitus, qui ſignificatur in recto ex parte prędicati per nomē *filius* non ſunt idem realiter: ergo, &c.

41 Dices: paternitas eſt forma quædam, per quā generans denominatur pater, ſed ſolùm entitas genita ſe habet vt forma denominās patrem: ergo ſola entitas genita eſt paternitas: ac per conſequens relatio non conſiſtit in fundamento, & termino ſimul; ſed ſolùm in termino. Reſpondeo, paternitatem non eſſe formam ſecundùm totum, quod includit intrinſecè; ſed ſecundùm vnam ſui partem tantùm: quia ſolùm cenſetur eſſe forma id, quod aduenit rei denominatæ: atqui fundamentum non aduenit ſibi, vt conſtat; ſed ſolùm illi aduenit terminus: ergo iſte ſolum habebit rationem formæ. Quod verò vtrunque ſimul pertineat intrinſecè ad conceptum paternitatis eſt certum: quia ſi ſolus terminus eſſet paternitas adęquata ablato generante, & manente genito, maneret paternitas: atqui nullus eſt qui id cōcedat: ergo paternitas non conſiſtit adæquatè in termino; ſed etiā in fundamento, ita vt iſtud partim per ſe ipſum; & partim per terminum ſit formaliter pater. Id quod clare probari poteſt in relatione ſimilitudinis: hæc enim in eo conſiſtit, quod vna qualitas tot gradus habeat, ac alia intra eandem ſpeciem: ſed in hoc, quod eſt vnam qualitatem habere tot gradus, ac aliam, includuntur vna, & alia qualitas cum ſuis gradibus: ergo ſimilitudo non ſolùm includit eam qualitatem, quæ ſe habet vt terminus; ſed etiam eam quæ ſe habet vt fundamentum. Idem ergo dicendum erit de paternitate.

42 Colligo quartò, ad hoc, vt detur actu relatio prædicamentalis eſſe neceſſariū terminum poſitiuum

tiuum realem realiter exiſtĕtem: quia, ſi terminus non ſit realis, relatio non poterit eſſe realis; neque enim reale eſſe poteſt, quod coaleſcit ex aliquo rationis. Si autem relatio non fuerit realis, non erit prædicamentalis, quia in prædicamĕtò non ponuntur niſi entia realia: ſiquidem ens reale eſt, quod Ariſtoteles diuiſit in decem prædicamenta. Deinde, ſi terminus non ſit poſitiuus realiter exiſtens, id, quod per relationem conſtituitur relatum: non erit ad aliud abſolutè loquĕdo: quia id, quod non eſt quid poſitiuum, aut eſt ſolùm poſſibile, non eſt abſolutè ens: ſed ſolùm ſecundum quid, vt diximus ſect. 2. atqui relatiuum prædicamĕtale debet eſſe ad term:nū, qui abſolutè, & ſimpliciter ſit *aliud* vt ibidem diximus: ergo talis terminus debet eſſe poſitiuus, & exiſtens. Dices: communiter dici ſolet, vnum hominem eſſe filium alterius, etiamſi ille alter iam obierit: ergo ad relationem prædicamentalem filiationis non requiritur terminus exiſtens. Patet cōſequentia: quia ſi requireretur, non poſſet quis dici filius hominis demortui. Reſpondeo, quod quādo dicimus, vnum hominem eſſe filiū alterius, qui iam mortuus eſt, non intendimus ſignificare, eſſe actu filium; ſed ſolùm anteà fuiſſe eius filium, id, quod in alijs locutionibus contingit, quia frequenter dicimus de cadauere alicuius hominis eſſe corpus illius, & tamē nolumus ſignificare, eſſe actu corpus illius; ſed fuiſſe anteà: ergo in eodem ſenſu intelligi poteſt locutio illa de filio. Et ratio à priori eſt: quia filius eſt, qui habet patrē: ſed in hoc caſu ille homo non poteſt dici habere patrē: ergo nō poteſt dici eſſe filius abſolutè loquĕdo; niſi in ſenſu à nobis explicato.

45 Colligo quintò, relatiuum prædicamentale adhuc in mutuis relatiuis non terminari ad reſpectiuum, ſed ad abſolutum. Ad reſpectiuum dicitur terminari, quādo habet pro termino relationem oppoſitam; ad abſolutū verò quādo habet pro termino, non relationem oppoſitā; ſed fundamentum talis relationis: vt ſi pater terminetur ad filiationem filij, quæ eſt relatio oppoſita paternitati, dicetur terminari ad reſpectiuum; ſi vero terminetur ad entitatem filij, quæ eſt fundamentū filiationis dicetur terminari ad abſolutum. Ratio ergo huius corollarij eſt: quia vt pater terminaretur ad reſpectiuum, eſſet neceſſarium quod terminaretur ad filiationem oppoſitā: ergo, cum filiatio oppoſita coaleſcat ex entitate filij, & entitate patris, deberet terminari ad vtrūq;, ac per cōſequens ad ſe ipſum: atqui nulla res poteſt dici terminari ad ſe ipſam, vt omnibus cōpertū eſt; ergo nō poteſt terminari ad reſpectiuū. Et ratio à priori eſt: nā pater vt talis terminari debet ad id, cuius eſt pater: at nō eſt pater filiationis; ſed entitatis filij: ergo nō terminatur ad filiationē; ſed ad entitatē filij. Minor eſt certa: quia illius eſt pater, quod ipſe generat, atqui non generat filiationē, vt conſtat; ſed ca-

recipit aliquid relationis. Si vero terminus recipiatur in fundamento arbitror, concedendũ eſſe motum, aut mutationẽ in iſto ad relationem; & nihilominus dicendum eſſe non mutari per ipſam relationem; ſed ſolùm per partẽ relationis. Id declarabo exẽplo ex Phyſ. deſumpto. Ibi dicemus, cõpoſitum ſubſtãtiale, hominẽ, v.g. produci, & generari per actionem per quam producitur vnio animæ cum corpore: quia cum poſita vnione, neceſſario coaleſcat compoſitum, cauſæ efficienti vnionem tribuitur etiam efficientia compoſiti. Nihilominus materia, in qua recipitur productio vnionis, non dicitur mutari per compoſitum: quia, licèt mediã illã actione produci dicatur totum, nõ tamen dicitur recipi in materiã, ac per conſequens neque hæc mutari dicetur per totum; ſiquidem nullum ſubiectum mutatur propriè loquendo niſi per id quod recipitur in illo. Dicitur vero materia, per ſe mutari per vnionem (quæ eſt aliquid compoſiti) quia hæc per actionem, per quam producitur, recipitur in illã. Hæc omnia probanda ſunt in Phyſ. vbi ea admittit communis ſententia philoſophorum.

46 Idem dici poteſt in præſenti controuerſia: quia per eandem actionem, per quam ignis anteã exiſtens, v.g. producit, modo in ſe ipſo calorem, producit id, per quod completur relatio diuerſitatis inter ipſum ignem, & calorem, quando quidem ea relatio cõpletur in eſſe talis per calorem; cum autem ignis per ſe mutetur per productionẽ caloris in ſe ipſo, neceſſarium eſt, quod per ſe etiam mutetur per productionem ſuę relationis: quia eatenus ea productio terminatur ad relationem quatenus tendit in calorem ſpecie differentem ab igne producẽte: ſed terminatur per ſe ad calorem ſpecie differentẽ ab igne prõducente ergo per ſe etiam terminatur ad relationem: atque adeò per ſe mutatur ignis per productionem ſuæ relationis ad calorẽ. Cæterum non poteſt dici mutari per ipſam relationem, ſiquidẽ non recipitur in illo tota relatio, ſed per partẽ tantũ per calorẽ videlicet, qui eſt pars illius relationis, quia iſte recipitur in igne mediã eã productione.

47 Dices: productio caloris in igne eſt receptio ipſius caloris in ipſo igne: ergo ſicut per illã dicitur produci relatio, quia hæc cõpletur in eſſe talis per calorẽ; ſic etiã dicetur recipi relatio propter candẽ rationem. Nego conſequẽtiam: quia vt compoſitũ aliquod produci dicatur per aliquã actionem, ſufficit quod habeat eſſe per illam; cum autem relatio coaleſcens ex calore, & igne habeat eſſe per actionem coniungentem eas partes, & hæ coniungantur per caloris productionem, rectè dicitur produci relatio per eam actionem. At recipi non dicitur niſi id, cuius omnes partes in ſubiecto conſtituuntur; neque enim equus dicitur recipi in ſuã

ma-

concipiatur vt diſtinctum reſpectiuum, ſed ſolùm vt diſtincta entitas, vt probatum eſt: ergo poteſt concipi reſpectiuũ vt ſic, quin per talem cognitionẽ attingantur plura reſpectiua. Confirmatur: quia, vt diximus num. 43, relatiua adhuc mutua non terminãtur ad reſpectiuũ; ſed ad abſolutũ: ergo ad hoc vt concipiatur relatiuum vt ſic, nõ eſt neceſſariũ, quod ex parte termini concipiatur aliud relatiuum diſtinctũ à relatiuo vt ſic; ſed ſufficit, quod concipiatur terminus ſecundùm ſe, præſcindendo à relatione. Ex quo conſtat ad rationem dubitandi. Hinc eſt quod per conceptum attingentẽ rationẽ cõmunẽ *reſpectiui ad aliud* cõcipitur in recto ratio reſpectiui, & in obliquo illud *aliud*, ad quod eſt atque adeo ſi illud aliud ſit alias reſpectiuum, attingitur vt tale ſimul cum alijs reſpectiuis per illũ conceptum ex parte recti, & non ex parte obliqui.

51 Dices: ergo in hoc prædicamento dantur duo genera ſuprema. Probo conſequentiã quia ab omnib⁹ reſpectiuis abſtraho vnum conceptum reſpectiui; qui eſt genus ſupremum reſpectu illorum: deinde ab omnibus terminis abſtraho conceptum communem termini, qui etiam erit genus reſpectu illorũ: ergo dantur duo genera ſuprema. In meã ſententiã facilè expeditur, præiacta difficultas: quia, cum terminus relationis non ſit extrinſecus relationi; ſed hæc eſſentialiter coaleſcat ex fundamento, & termino, dum abſtraho conceptũ cõmunem relationis, ſeu reſpectiui, abſtraho vnum cõceptũ coaleſcentẽ ex fundamento vt ſic, & termino vt ſic prout coexiſtentibus, ac perconſequẽs nõ abſtraho duo genera adæquata; ſed vnum ex duabus rebus coexiſtentibus coaleſcens.

52 In ſententiã vero cõſtituẽte terminum extra eſſentiam relationis poteſt reſpõderi, duo poſſe conſiderari in termino relationis, nempè entitatẽ, quæ terminat ſecundum ſe ſumpta, & reduplicatiue prout terminantẽ. Si conſideretur hoc ſecundo modò, cùm cõſtituatur formaliter terminãs per denominationẽ extrinſecam prouenientem illi à relatione, nõ erit neceſſarium præſcindere aliũ conceptum communẽ præter conceptum communem relationis, qui extrinſecè denominat terminum formaliter terminantem. Si conſideretur primo modo, nihil aliud eſt, quam ens diſtinctum à relatione: & conceptus entis diſtincti vt ſic, cum ſit tranſcendens omnes differentias terminorum, non poteſt eſſe vnus ſimpliciter, vt conſtat ex dictis diſp. 13. ſect. 8. ac per conſequens neque poteſt eſſe genus. Vnum hic adiuerterim, non poſſe dari vnum conceptum relatiui mutui vt mutui communẽ, & vniuocũ omnib⁹ relatiuis mutuis: quia non poteſt concipi relatiuũ mutuum, quin concipiantur duo extrema ſe mutuo reſpicientia: atque adeò per illũ conceptum non abſtrahetur vna ratio, ſed duplex, quarũm vna ſit cõmunis omnibus rela-

Digitized by Google

relatiuis quæ ſe habent ex vnâ parte; & alia ſit communis omnibus, quæ ſe habent ex alia.

SECTIO VII.

Expenditur diuiſio relatiuorum tradita ab Ariſtotele.

53 TRiplex gen⁹ relationis, ſeu relatiuorum aſsignauit Ariſt. lib. 5. Met. c. 15. Primũ vocauit eorum, quorum relatio fundatur in vnitate, aut multitudine. Secundùm eorum, quorum relatio fundatur in actione, & paſsione. Tertium eorum, quorum relatio fundatur in menſurabilitate.

De primo genere relatiuorum.

AD primũ genus ſpectant relationes idẽtitatis, & diuerſitatis quę fundatur in vnitate, & multitudine ſubſtantiarum: ſubſtantię enim eiuſdem ſpeciei dicuntur habere relationẽ identitatis; & ſubſtantiæ diuerſæ ſpeciei dicuntur habere relationẽ diuerſitatis. Vbi aduerte, ſubſtãtiã hic nõ ſumi ſtrictè pro ijs ſolũ, quæ ad primũ prædicamentũ ſpectant; ſed laxè pro quacunque eſſentia; res enim, quæ eiuſdẽ eſſentiæ ſunt, dicũtur habere relationẽ idẽtitatis, ſiue ad primum, ſiue ad reliqua prædicamẽta pertineant. Ad idem genus pertinent relationes ſimilitudinis, & diſsimilitudinis, quæ fundãtur in vnitate, & multitudine qualitatũ: & relationes æqualitatis, & inæqualitatis, quæ fundãtur in vnitate: & multitudine quantitatum.

54 Porro vnitas, aut multitudo qualitatum non ſumitur in præſenti pro vnitate, aut multitudine ſpecifica ipſarũ qualitatum præciſè: neque vnitas, aut multitudo quantitatum pro vnitate, aut multitudine ſpecifica ipſarũ quantitatum: hæc enim cum ſit vnitas, & multitudo eſſentiarũ pertinet ad primã ſpeciẽ huius generis, ad idẽtitatem videlicet, & diuerſitatẽ; ſed ſumitur pro vnitate graduũ intenſionis in qualitatib⁹; & pro vnitate partiũ extenſionis in quantitatibus. Eæ enim qualitates, quæ, cum ſint eiuſdem ſpeciei, habent tot gradus intẽſionis vna, ac altera dicuntur eſſe ſimiles; quæ verò intra eandẽ ſpeciem habent diuerſos gradus, eſſe diſsimiles. Deinde eæ quantitates, quæ intra eandem ſpeciem, corporis videlicet, ſuperficiei, aut lineæ, habent tot partes extenſionis, dicũtur eſſe ęquales: & quæ diuerſas, hoc eſt, vna habet plures, quàm alia, dicũtur eſſe inæquales. Hoc autẽ genus relationum nihil aliud inuoluit præter entitates fundamenti, & termini ſimul coexiſtentes: quia, eo ipſo quod exiſtãt duæ entitates, quarũ vna eſt eiuſdẽ ſpeciei, ac altera; vel quarũ vna habet tot gradus intenſionis, vel tot partes intẽſionis, ac altera, dicuntur eædẽ, ſimiles, aut æquales. Et idem eſto de relationibus diuerſitatis, diſsimilitudinis, & inęqualitatis. Poſſunt verò duę entitates eſſe ſimul eædem, & diuerſę, aut ſimiles, & diſsimiles inter.

ter:

Digitized by Google

ter ſe ratione diuerſarũ operationum, quas elicere poſsint, vt dicebamus diſp. 3. ſect. 3. n. 17.

55 Eſt tamen aduertendũ primò, non ſolùm verſari relationem identitatis, diuerſitatis, ſimilitudinis, &c. Inter duas res quarũ vna eſt eiuſdẽ, aut diuerſæ ſpeciei, &c. ab alterâ; ſed etiã inter duàs relationes: ſicut enim ex coexiſtentia duarũ entitatum eiuſdem ſpeciei coaleſcit relatio identitatis inter ipſas res, ſic etiam ex coexiſtentia duarũ relationum identitatis, aut duarm relationũ diuerſitatis coaleſcit relatio identitatis inter ipſas relationes. Neq; ex hoc ſequetur proceſſus infinitus: quia, cum hæ relationes nikil aliud ſint, quã coexiſtentia harum, aut illarũ entitatũ; & entitates de facto exiſtẽtes ſint finitę, & determinatæ ſecũdum numerum, nõ poterunt relationes creſcere in infinitum. Secũdò aduerto a duabus relationibus diuerſitatis, aut diſsimilitudinis poſſe abſtrahi vnum cõceptum cõmunẽ, & vniuocũ relationis diuerſitatis, aut diſsimilitudinis: quia duæ relationes diuerſitatis cõueniunt in hoc, quod eſt eſſe relationes diuerſitatis: ergo poteſt abſtrahi ab illis vnus conceptus cõmunis relationis diuerſitatis: hic autẽ erit vniuocus, quia nõ tranſcẽdit differentias, vt conſtat.

56 Dicis ſi à relationibus diuerſitatis poteſt abſtrahi vnus cõceptus vniuocus relationis diuerſitatis: ergo & à fundamentis harum relationum poterit abſtrahi vnus conceptus vniuocus diuerſitatis fundamentalis; ex. gr. à rationalitate, & equinitate, quæ ſũt fundamenta relationum diuerſitatis, quæ dãtur inter hominem, & equum, poterit abſtrahi vnus conceptus vniuocus diuerſitatis fundamentalis: hoc non eſt concedendum: ergo neque illud, ex quo ſequitur. Minorem probo: quia ſi à rationalitate, & equinitate abſtrahitur vnus conceptus vniuocus diuerſitatis fundamentalis, erit neceſſarium aſsignare alias differentias, per quas differant inter ſe; hæ rurſus erunt fundamentum relationis diuerſitatis inter ipſam rationalitatem, & equinitatem, & propterea poterit ab illis etiam abſtrahi conceptus communis diuerſitatis fundamentalis; qui quidem contrahetur per alias differentias; à quibus poſsit iterum abſtrahi alius conceptus communis, & ſic in infinitum. Pro ſolutione noto, fundamentum relationis poſſe ſumi & materialiter; & formaliter prout tale. Materialiter ſumptum eſt ipſa entitas rei, quæ fundat relationem, ſecundùm ſe conſiderata. Formaliter ſumptum eſt ipſa entitas non ſecundùm ſe conſiderata; ſed prout fundans relationem. Conſtituitur autem fundans relationem per ipſam relationem formaliter; atque adeò idem eſt fundamentum formaliter vt tale, ac relatum formaliter: & ſi eſt formaliter fundamentum relationis diuerſitatis, prout tale erit idem, ac diuerſum formaliter.

56 Hoc poſito, reſpódeo: quod ſi fundamenta relationum diuerſitatis ſumantur materialiter, & ſecundùm ſe conſiderata, nullatenùs poteſt ab illis abſtrahi conceptus aliquis vniuocus diuerſitatis fundamentalis; quia rationalitas, & equinitas, v.g. (& idem eſt de reliquis fundamentis relationum diuerſitatis) ſecundùm ſe conſideratæ ſunt id, ratione cuius inter ſe diſtinguuntur homo, & equus; & id, ratione cuius inter ſe differunt aliqua duo, nō poteſt eſſe id, ratione cuius vniuocè cōueniant; quia cum ratio vniuocè cōueniēdi, & ratio differendi opponantur formaliter inter ſe, non poſſunt in vna, & eadē formalitate reperiri. Et hinc ſumitur diſcrimen inter fundamenta, & relationes diuerſitatis; quia, cum vna relatio diuerſitatis non ſit ratio diuerſificādi ſe ipſam ab alia ratione diuerſitatis: ſed ſuum fundamētum à ſuo termino; non eſt, cur non poſsint admittere inter ſe aliquam conuenientiam in ratione faciendi diuerſum ſuum fundamentum à ſuo termino. Si verò fundamenta relationum diuerſitatis ſumantur formaliter vt talia, quod vt ſupra dicebamus, eſt idem, ac eſſe diuerſa formaliter per ipſas relationes diuerſitatis, poterit ab illis abſtrahi vna ratio vniuoca diuerſi formaliter: quia cum conſtituantur formaliter diuerſa per ipſas rationes diuerſitatis; & ab iſtis poſsit abſtrahi conceptus vniuocus diuerſitatis formalis; neceſſarium eſt, quod & ab illis prout formaliter diuerſis poſſit abſtrahi conceptus vniuocus diuerſi formaliter: ſicut ab albis formaliter prout albis poteſt abſtrahi vnus conceptus vniuocus albi, eo ipſo quod ab albedinibus, per quas alba formaliter conſtituuntur poteſt abſtrahi vnus conceptus vniuocus albedinis.

58 Ad hoc genus relationis poteſt pertinere Deus prout coexiſtēs cū creaturis: quia ſi vna creatura prout coexiſtens cum alia eſſentialiter differente conſtituit relationem diuerſitatis; cur Deus prout coexiſtens cum creaturis infinitè ab illo diſsidentibus non cōſtituet relationē diuerſitatis? Nec propterea dici poterit intrinſecè mutari, aut variari per relationē; quia cum hæc compleatur per denominationem extrinſecam à creaturâ, & non per aliquid intrinſecus adueniens Deo nullam intrinſecam variationem poterit inducere. Hanc ſententiam expreſſe tradidit S. Anſel. in Monolog. cap. 24. vbi, cum dixiſſet, Deum eſſe incapacem accidentis, ſibi poſtmodum obiecit de relatione: *Quomodo non eſt particeps accidētis, cum & hoc ipſum, quod maior eſt omnibus alijs naturis, & quod illis diſsimilis eſt, illi videatur accidere.* Quibus verbis Anſelmus proponit Deum affici accidente relationis inæqualitatis, & diſſimilitudinis ſubſtantialis, quæ proprie eſt relatio diuerſitatis; & reſpondet. *Sed quid repugnat quorūdam, quæ accidentia dicuntur, ſuſ-*

ceptis

ceptibilitas & naturalis incõmutabilitas, ſi ex eorũ aſſũptione nulla ſubſtantiæ cõſequitur variabilitas? Vbi affirmat non pugnare cũ Dei incõmutabilitate ſuſceptibilitatem aliquam accidentis, quæ per denominationem extrinſecam contingit.

56 Idque probat his verbis: *Nã ego neq; maior, vel minor: neq; æqualis, vel ſimilis ſũ homini poſt annũ naſcituro; omnes tamẽ relationes has illo nato habere potero ſine omni mei mutatione.* Hæc Anſelmus, cui cõſẽtiũt Nominales, & plures alij apud P. Hurt. hic n. 16. vbi eandẽ ſentẽtiã ſequitur. Et adducit è Thomiſtis Sonzinatem, & Herbeũ aſſerẽtes apud P. Suar. hic ſect. 15 n. 21. relationẽ Dominij in Deo eſſe realẽ, nõ quidẽ intrinſecã ſed extrinſecam. Dum autẽ nonnulli ex Patribus negãt Deo relationem realẽ ad creaturas loquũtur aperte de relatione intrinſecã ipſi Deo ſiue tranſcendentali; ſiue prædicamentali ex ſuppoſitione, quod hæc conſiſtat in aliquo intrinſeco. Deinde, dum alij negant Deum pertinere ad aliquod prædicamentũ, loquuntur de Deo vel ſecundũ ſe ſumpto, vel ſecundũ aliquid ipſi intrinſecum. An vero poſsit pertinere ratione alicuius denominationis extrinſecæ à creatura prouenientis, nõ curant. Hęc de primo genere relatiuorum.

De ſecundo genere relatiuorum.

60 AD ſecundùm genus ſpectãt relationes *Cauſæ, & Effectus; Patris, & Filij; Domini, & Serui, &c.* quę fũdãtur in actione, & paſsione. Hę relationes coaleſcunt ex entitatibus fundamenti, & termini non ſolis; ſed coniunctis cum actione, & paſsione: neque enim hic ignis refertur ad alium relatione cauſæ, niſi intercedat actio, per quam vel illum actu cauſet, vel ſaltem cauſauerit anteà: neque Ioannes eſt pater Antonij, niſi intercedat generatio huius ab illo præſens, aut præterita: neq; Petrus eſt Dominus Pauli, niſi interueniat actio, per quam ius acquirat in illum: atque adeo relationes patris, & filij coaleſcũt ex entitate patris vt generante, & entitate filij vt genita; & relatio Domini ex entitate ſerui, & entitate Domini vt acquirente ius in illũ. Et ſic de alijs. Hinc eſt, quod generatio non tam eſt conditio requiſita ad relationem, quã de conceptu intrinſeco ipſius relationis patris, & filij quia, ſi ſolùm eſſet conditio, tota ratio formalis relationis patris, & filij conſiſteret in nudis horum entitatibus: ergo his exiſtentibus, exiſteret tota ratio formalis harum relationum: atqui ſi non præcederet generatio, poſſet vterque homo exiſtere, quin exiſteret ratio formalis relationis: ergo aliquid aliud addit relatio ſupra vtrunque. Hoc autẽ nihil aliud eſſe poteſt præter generationem præſentem, aut præteritã: quia ſiue generatio præſens ſit, ſiue præterita, verè dicentur illi homines pater, & filius.

61 Sed eſt difficultas: qua ratio

ne generatio pertineat ad cóceptu.n formalem relationis? Reſpondeo, pertinere vt rationem proximam fundandi ipſam relationem: quia entitas patris non eſt fundamentum proximũ huius relationis, niſi prout generãs: ergo generatio eſt ratio, propter quam hic, & nunc conuenit illi eſſe fundamentum proximũ talis relationis: hoc autem eſt, generationẽ eſſe rationem proximam fundandi. Eodem modo filius eſt fundamentũ filiationis prout genitus, & ideo generatio, prout ſe habet ex parte filij eſt illi ratio fundandi proximè relationem filiationis. Potẽtia vero generatiua ſi diſtinguitur ab entitate patris, erit ratio remota fundandi paternitatem. In his ergo entitatibus & eſt actu generare; & eſſe patrẽ, ac filium. Entitas patris conſtituitur actu generans per generationem actualem, per quam filius etiã conſtituitur actu genitus, tranſacta vero generatione, neque iſte generatur, neque ille generat, nihilominus vnus dicitur pater, & alter filius: quia his verbis nihil aliud ſignificatur, niſi quod exiſtentia entitatis filij, quæ defacto datur, debetur entitati patris: atqui eo ipſo quod præceſsit generatio, exiſtẽtia entitatis filij, quæ defacto datur debetur entitati patris, ſi hęc perſeueret: ergo datur relatio patris, & filij, trãſacta generatione actuali.

62 Hinc ſumitur ratio à priori, cur coexiſtẽtia entitatis patris & filij requiratur ad relationem paternitatis, & filiationis; quia, videlicèt, non exiſtente entitate filij, non poteſt dici, quod exiſtentia: quæ de facto datur in illo, debetur patri, vt ex ſe conſtat. Deinde, non exiſtente entitate patris, non poteſt dici, quod defacto illi debeatur exiſtentia filij, quia rei iam non exiſtenti nihil deberi poteſt de pręſenti, licèt debitum antea fuerit. Præterea, vt vnus dicatur pater, & alter filius, non eſt neceſſarium, quod tẽpore præceſſerit generatio; ſed ſufficit quod pręcedat aut prioritate tẽporis, aut prioritate naturæ; quia quocunq; ex iſtis modis præcedat, eſt verũ, quod exiſtentia, quæ defacto eſt in filio, debetur patri. Propterea diximus ſuprà, generationẽ pręteritã, aut pręſentem eſſe de conceptu paternitatis, & filiationis: quia quando præcedit tempore eſt iam præterita, & quando præcedit ſolùm prioritate naturæ eſt in eodẽ inſtanti tẽporis, in quo entitas filij procedit à patre & ideò tunc dicitur præſens.

63 Hinc etiam fit, quod, exiſtente entitate, quæ ſemel genuit, ſimul cum entitate genita, nó poſſint nó exiſtere relationes paternitatis, & filiationis (idẽ eſto de relationibus cauſæ, & effectus) quia cum hæ relationes ſupra has entitates nihil aliud inuoluãt, niſi generationẽ, & hæc non requiratur defacto præſẽs; ſed ſufficiat, quod præterierit, neceſſariũ erit quod ſemel poſita generatione perſeuerent illæ relationes, ſi perſeuerent entitates generans, & genita. Et idem dicendum eſt, etiam ſi potentia

tia generatiua ſit diſtincta â generante; quia in tali caſu ad rationem patris, & filij non requiritur, quod perſeueret ea potentia; ſed ſufficit, quod anteà fuerit, ſiquidē ea pereunte in patre, dicitur nihilominus eſſe pater, ſi non pereat filius. Secùs accidit in relatione dominij, & ſeruitutis: quia, cum hæ ſupra entitates domini, & ſerui inuoluant etiam ius vnius in alterum, & hoc poſsit perire, perſeuerantibus illis; poſſunt non eſſe eæ relationes, exiſtentibus prædictis entitatibus. Ex ijs colligi poteſt, quid dicendum ſit circa alias ſimiles relationes, quales ſunt relationes ſuperioris, & ſubditi; tutoris, & pupili, &c.

64 Rogas primò: an paternitas & maternitas diſtinguātur ſpecie? Inprimis certum eſt, ſpecie diſtingui, quando fœmina eſt ſpecie diſtincta à mare, vt contingit in generatione muli ex equa, & aſino: quia cum in maternitate includatur entitas fœminæ; & in paternitate entitas maris non poterunt non eſſe ſpecie diſtinctæ, quando fœmina, & mas ſpecie diſsident. Deinde, etiamſi mas, & fœmina nō differant ſpecie, exiſtimo, prædictas relationes diſtinguēdas eſſe ſpecie ſaltem ſecundū quid: quia maternitas præter generationem filij, & reliqua, quæ includit paternitas, inuoluit geſtationem prolis in vtero, & alia munera, quæ non ſpectant ad paternitatem hoc autem ſufficit, vt dicantur differre ſpecie ſecundū quid. Voco hanc ſpecificam differentiā ſecundùm quid, quia cum habeant fundamēta, & terminos (quæ ſunt partes præcipuæ relationis) eiuſdem ſpeciei; vna tamē inuoluit conditionem aliquam; aut circunſtātiam, quam altera nō inuoluit. Et idem dicerem in ſententiā aſſerēte, relationem eſſe modum ſuperadditū fundamēto: quia adhuc in hac ſententia relatio maternitatis petit ex natura ſua circunſtantiā aliquā in ſuo fundamento, quam non exigit paternitas.

65 Rogas ſecundò: an pater referatur ad plures filios per plures paternitates? In meâ ſentētiâ certum eſt, eſſe plures inadæquatè: quia cum relatio paternitatis ad hunc filium coaleſcat ex entitate illius, &c. ſingulæ partē aliquā inuoluunt, quam non inuoluunt aliæ. Sed quid dicēdum eſt in ſententia aſſerente, relationē eſſe modum ſuperadditum fundamento? Nonnulli Thomiſtæ dicunt, referri patrem ad plures filios per vnā indiuiſibilem relationē, quæ quidem adueniente nouo filio eadem perſeuerans extenditur denuò ad illum. Hi tamen benè impugnantur à Patre Hurtado: quia ex eo hi authores dicunt relationem eſſe modum additum fundamento: quia huic exiſtenti accidit ipſa relatio: ſed primæ paternitati exiſtenti accidit ſecunda: ergo erit modus diſtinctus ab illa. Et quidem, ſi fateris, vnam, & eandem relationem, poſito nouo termino, referri ad illum denuò ſine variatione ſui, neſcio, cur renuis concedere vnum, & idem

fundamentum, poſito termino, referri ad illum ratione ſui ſine aliqua variatione intrinſeca? Secundo, quia relatio per te connectitur cum fundamento, & termino tanquam modus illorum: ergo ad ſui exiſtentiam requirit eſſentialiter exiſtētiam vtriuſque, quia modus nō poteſt exiſtere ſine re, cuius eſt modus, atqui, non exiſtente ſecūdo filio, nō exiſtit terminus paternitatis referentis patrem ad illum ergo neque exiſtit talis paternitas.

66. Exiſtimo ergo ſuppoſitā prædictā ſententiā, dicendum eſſe adueniēte nouo filio, aduenire nouam paternitatē, quę vel perſeuerātibus reliquis paternitatibus antea exiſtentibus, denuo patrem referat ad nouum filium, ita vt dentur ſingulæ circa ſingulos, vel corruptā priori paternitate referente patrem ad duos filios, v.g. denuo referat illum ad tres. Inquocūque tamen euentu ſiue dentur plures paternitates ad plures filios, ſiue vna ſolùm, non dicendi ſunt eſſe plures patres, quotieſcūque in eadem entitate ex relationes cōiunguntur. quia cum pater ſit cócretum accidentale dicens in recto entitatem generantis, & in obliquo paternitatem, non ſunt multiplicādi patres ad multiplicatione n paternitatum; ſed ſolùm ad multiplicationem entitatum generantium iuxta doctrinam traditā diſput. 11. ſect. 1. num. 3. Ad hoc genus relationis pertinet etiam Deus: quia verè eſt cauſa, dominus, creator, &c. creaturarum. Id quod explicandum eſt modo dicto circa primum genus.

De tertio genere relatiuorum.

67. TErtiū relationis genus eſt menſuræ ad menſurabile, vt ſcibilis ad ſciētiā; intelligibilis ad intellectū, &c. cum enim ſcientę, & potētię ſpecificentur ab obiectis, hæc cenſentur eſſe mēſuræ, per quas illarū perfectionem diſcernimus. Dicit autem Ariſt. menſuram non referri ad menſurabile per relationem in illā exiſtentem, ſed per relationē, per quam ipſum menſurabile ad menſuram cōparatur; quia hoc, quod eſt eſſe ſcibile, eſt ſolùm denominatio extrinſeca in obiecto à ſcientiā illi proueniens, & propterea dicitur referri ad ſcientiā per relationē ipſius ſcientiæ. Circa hoc genus eſt difficultas apud authores, an inter prædicamentales, vel potius inter tranſcendentales relationes recenſeri debeat?

68. Ego exiſtimo annumerādū eſſe tranſcendentalibus: quia certum eſt, ſcientiā referri tranſcendentaliter ad ſuum obiectum: neque ad denominationes, quas tribuere ſolemus obiecto occaſione ſciētiæ alia requiritur relatio: cur ergo addemus aliquā prędicamētalē? Secundo, quia relatio prædicamentalis debet eſſe *ad aliud* ſimpliciter, & abſolutè aliud, hoc eſt, ens reale, & exiſtens; ſed ſcientia frequēter comparatur ad obiectum poſsibile: ergo non refertur prædicamētaliter ad illud; ſed ſolùm

lùm tranſcendentaliter: Deinde ſi nō nunquam habet obiectum exiſtens, nō comparatur ad illud diuerſo modo, ac ſcientia obiecti poſsibilis ad ipſum obiectū poſsibile: atqui ſcientia obiecti poſsibilis non comparatur niſi tranſcē dentaliter ad illud: ergo neq; ſciētia obiecti exiſtentis. Ariſto. verò hoc genus duobus prioribus annumerauit quia in hoc capite, & lib. 5. Met. cap. 15. vbi horum trium generum mentionē fecit, agebat promiſcuè de relationibus prædicamentalibus, & tranſcendentalibus. Hoc genus relationis nō inuenitur in Deo: quia ſcientia eius nō dicit ordinem tranſcendentalem ad obiectum creatū, vt dicemus in Phyſic., neque ad increatum, cùm non diſtinguatur realiter ab illo; neque enim reſpectus realis inueniri poteſt, niſi inter extrema realiter diſtincta.

SECTIO VIII.

De proprietatibus Relationis.

69 QVatuor relatiuorū proprietates recēſuit Ariſt. in hoc capite. Prima eſt *habere contrariū* quæ quidē, ſi intelligatur de propria cōtrarietate, non conuenit relationi ratione ſui formaliter, vt talis: quia cum relatio ſit coexiſtētia duorū extremorum, & coëxiſtētia duorum extremorū vt talis non ita cōparetur cum coexiſtentiā aliorū duorū, vt mutuò ſe expellant ab eodē ſubiecto, non poſſunt eſſe propriè cōtraria, de quorū ratione eſt mutuò ſe expellere ab eodē ſubiecto. In hoc ſenſu negauit Ariſt. ca. de Quant. relatiua habere contrarium. Poſſunt tamē dici habere contrariū ratione fundamenti, quia plures ſunt relationes fundatæ in qualitatibus habētibus contrarium. In hoc ſenſu dicunt aliqui, locutū Ariſt. in præſenti capite, dùm dicit relationē habere contrariū. Id tamen non conuenit omnibus, quia non omniū fundamēta habent contrariū. Si verò ſermo ſit de contrarietate late ſumpta pro quouis genere oppoſitionis, in nonnullis relationibus formaliter vt talibus datur cōtrarietas; quia opponuntur relatiue: vt, pater, & filius: cauſa, & effectus: duplum, & dimidium, &c.

70 Secunda proprietas eſt, *ſuſcipere magis, & minus.* Nonnulla enim relata dicūtur magis, aut minus ſimilia, aut diſsimilia; magis aut minus æqualia, aut inæqualia. Hæc tamen proprietas relationis non illi conuenit propriè ſecundū rem; ſed impropriè ratione alicuius variationis in fundamēto, aut termino: quia, vt illi propriè cōueniret ſecundùm rem, neceſſarium erat, quod exiſtentibus eodē fundamento, & eodē termino acciperet intenſionē, & remiſsionem; vt conſtabit ex dicendis in lib. de Generat.: atqui id nunquam contingit, quia, ſi duæ albedines omnino inuariatæ perſeuerant: eodem modo comparantur inter ſe, & idem eſt de reliquis: ergo &c. Vulgo tamen dicitur ſuſcipere magis & minus,

72 Quarta propietas eſt, quod correlatiua ſint *ſimul natura*. Dicũtur in pręſenti *ſimul natura* ea, inter quæ mutua datur cõſequentia ab vno in alterum quoad exiſtentiam, ita vt vnum non ſit alterius cauſa. Hæc ergo proprietas in mutuis relatiuis prout relatiua ſunt inuenitur; valet enim, *Eſt Pater, ergo Filius*: *Eſt* Filius, *ergo Pater*: ita vt neque pater vt talis ſit cauſa filij vt talis; neque ècontra: quia licet entitas patris, vtpotè, quę cauſa eſt entitatis filij, ſit priꝰ natura, quã illa; nihilominus relatio paternitatis nõ eſt prius natura relatione filiationis; neque ècõtra: quia neutra eſt cauſa alterius, vt notũ eſt: ac perconſequens pater vt talis rectè dicitur non eſſe priꝰ natura filio vt tali; & ècõtra.

73 Nonnulli addunt illã proprietatẽ, nempè, quod relatio reales verſari debeat inter extrema realiter diſtincta inter ſe ſe. Hæç conuenit omnibus relatiuis realibus, ſiue tranſcendẽtalia ſint, ſiue prædicamentalia. Probatur primo: quia nulla res dicitur ordinari, ſeu referri realiter ad ſe ipſam: neque enim quis dicitur eſſe ſimilis, aut æqualis ſibi ipſi; aut filius, vel pater ſui ipſius. Secundò: quia nõ aliunde explicamus diſtinctionem inter Diuinas perſonas, niſi ex eo, quod vna referatur realiter ad aliam: ergo ſignum eſt, relationem realem non poſſe dari niſi inter extrema realiter inter ſe diſtincta. Hæc de hoc prædicamento. Coordinatio illius facilè colligitur ex dictis ſect. 6.

DISPVTATIO XX.

De Sex vltimis prædicamentis.

SEx vltima prædicamenta ſunt *Agere, Pati, Vbi, Situs, Quando*, & *Habere*. Quorum naturas, principia, & proprietates inueſtigat philoſophia; & ideo in præſenti ea ſolũ explicabimus, quæ neceſſaria ſunt ad rectã eorum prædicamentalem coordinationem.

SECTIO I.

De Actione, & Paſſione: ſeu de Agere, & Pati.

1 DE natura actionis, & paſſionis, & earũ diſtinctione longè, latèq; diſputo in 3. lib. Phyſ. & ideò in pręſenti percurrã breuiter ea ſolũ, quæ ad logicum inſtitutũ neceſſaria ſunt. *Actio* in præſenti ſumitur pro ea entitate, per quam principium effectiuum conſtituitur actu producẽs ſuum effectũ: nam principiũ effectiuum, & entitas effectus ſæpè datur in rerum naturâ, quin iſte de facto ab illo producatur vt, cõtingit, quãdo ignis producens calorẽ in ligno, indè abio remouetur: tunc enim perſeuerat calor in ligno, & tamen ignis adhuc exiſtens in rerum naturâ non producit actu illum calorem: ergo quando illum actu producebat aliquid dabatur ab vtroque diſtinctum ratione, cuius & ignis conſtitueretur actu produ-

ducens, & calor actu productus ab illo. Hanc ergo entitatem vocamus *actionem* in præſenti diſputatione, & ideo ſic deſcribi poterit: *Eſt accidens, per quod principium effectiuum conſtituitur actu producens effectum.* Satis notũ eſt ex cõmuni modo loquendi, quod nam dicatur principium efficiens, & propterea à longiori explicatione eius abſtineo.

2 Principium effectiuum poteſt producere ſuum effectum, vel extra ſubiectum; vel in ſubiecto. Si illum extra ſubiectum producat, actio, per quam conſtituitur actu producens, dicitur creatio. Hac actione producuntur à Deo Angelus, anima rationalis, & materia prima: de qua actione ago 2. Phyſic. Si verò effectum ſuum producat in ſubiecto, actio, per quam illum producit, dicitur eductio. De hac locutus eſt Ariſtot. quotieſcumque ſermonẽ inſtituit de actione; quia vel non cognouit creationem, vel, ſi eam cognouit, adeò tamen confusè, vt non auſus ſit alijs eam explicare, & propterea apud Ariſt. nomine agentis ſolum ſignificatur principium productiuum per eductionem. Hæc autem, duo habet munera, nempè & eſſe id, quo principium effectiuum, ſeu agens producit effectum in ſubiecto, & eſſe id, quo ſubiectũ recipit effectũ ab agente. Ratione prioris dicitur *actio* (eductiuã intellige) & ratione poſterioris *paſsio.* Has docent communiter authores eſſe formaliter diſtinctas, ita vt vna non ſubordinetur alteri vt ſuperiori. Et deindè dicunt, conſtituere duo prædicamẽta diuerſa, quia ad diſtinctionem prædicamentorum non eſt neceſſaria diſtinctio realis entitatum, ſed ſufficit diſtinctio formalitatum, quæ neque inter ſe ſubordinentur tanquã genera, & ſpecies; neque ſub alio tertio genere collocentur.

3 Ego verò cenſeo, actionem eductiuam, & paſsionem non diſtingui formaliter ratione ratiocinata (vt probo ex Ariſtot. lib. 3. Phyſic. & propterea, ſi in abſtracto ſumatur, non conſtituere duo prędicamenta præciſsè, vt *actionem,* & *paſsionem*; ſed ratione cõcretorum, quę conſtituunt, *agens,* videlicet, & *patiens.* Nec parum mihi fauet Ariſt. in locis, in quibus meminit prædicamentorum: qui licet alia prædicamẽta receſſerit nonnunquã ſub nominibus concretis, & nonnunquã ſub abſtractis: nunquã tamẽ hæc duo ſignificauit nominib⁹ abſtractis; ſed ſemper cõcretis *Agere*, videlicet, & *Pati*, ſub quibus nominibus ſufficiẽter diſtinguuntur ad diuerſa prædicamenta conſtituenda: nam ſiue entitates agentis, & patiẽtis ſint realiter diſtinctę, ſiue idẽ realiter, ſemper *Agere*, ſeu *Agens* dicit virtutẽ actiuam in recto connotando paſsiuã (ſi agat per eductionẽ) *Pati* verò, ſeu *Patiens* dicit virtutẽ receptiuã in recto cõnotando actiuã: quod quidẽ ſufficit, vt duo prædicamenta conſtituant ſaltem formaliter diſtincta.

4 Sic ergo diſponẽda ſunt hæc duo

duo prædicamenta. *Agere*, ſeu *Agens* vt ſic eſt ſupremũ genus vni⁹ coaleſcens ex virtute actiua tanquã ex ſubiecto, & ex actione tanquã forma: Hoc autẽ diuiditur in agens, quod agit per creationẽ & in agens, quod agit per eductionẽ. Eductio vero cũ ſit productio effectus in ſubiecto, eſt etiã paſsio non ſolum realiter; ſed etiam formaliter; vt probo loco citato: duplicem tamen effectum formalẽ, ſeu duplex compoſitũ conſtituit; vnũ cum virtute actiua, quod dicitur agens, ſeu educens: alterũ cũ virtute paſsiua, ſeu receptiua, quod dicitur patiens, ſeu paſſum, quia licèt eductio, & paſsio nõ diſtinguãtur formaliter; virtus tamẽ eductiua; & paſsiua; formaliter ſaltẽ diſtinguuntur; & hoc ſufficit vt cõpoſita ex illis, & eductione, ſeu paſsione reſultãtia ſint formaliter diuerſa: quia ad diſtinctionẽ formalem vnius cõpoſiti ab alio ſufficit, quod in vnã ſaltem parte vtcumque diſsideat. Cum autem hæc duo compoſita non ſubordinentur inter ſe tanquã inferius, & ſuperius, neque alteri ſuperiori generi ſubijciantur, cõſtituunt, duo prædicamenta diuerſa.

5 Præterea agẽs, quod agit per eductionẽ, diuiditur in id, quod agit per eductionem ſubſtantialẽ, illam videlicet; quæ; licet in ſe ſit accidens, terminatur tamẽ ad ſubſtantiã, & in id, quod agit per accidentalẽ, hoc eſt, quę terminatur ad accidens. Rurſus vtrũque diuiditur in id, quod agit per actionẽ immanẽtẽ, hoc eſt, quæ manet in ipſo agente tanquã in ſubiecto, & in id, quod agit per actionem tranſeuntẽ, hoc eſt, quæ tranſit ad ſubiectum diſtinctũ ab agente. Exemplum actionis ſubſtantialis immanẽtis ſit nutritio viuentiũ, quę quidem eſt actio vitalis. Exemplũ trãſeuntis ſit generatio cuiuſcunque ſubſtantiæ. Deinde agens per actionem immanentem, aliud agit per actionem vitalem, quales ſunt ſenſationes, intellectiones &c. aliud per non vitalem, quales ſunt productiones potentiarũ vitaliũ, ſi ab anima diſtinguatur, & aliæ ſimiles. Cum autem actio vitalis accidentalis diuidatur in ſenſitiuã, & rationalem; & vtraque in cognoſcitiuã, & appetitiuã, totidem modis diuiditur agẽs per actionẽ vitalem accidentalem. Præterea actio trãſiens accidentalis diuiditur in augmentationem, alterationẽ, & lationẽ, hoc eſt, motũ localẽ: & duæ poſteriores in varias ſpecies, ac percõſequens eodẽ modo diuidetur agẽs, quod per actionẽ trãſcendentẽ operatur. Ex his poteris alias deducere diuiſiones. Eodẽ modo diuidendũ eſt paſsũ ac diuiſum eſt agens per eductionẽ.

SECTIO III.

De prædicamento Vbi, *& de prædicamento* Situs.

6 VBi eſt forma quædã, per quã res, quę in loco eſſe dicũtur ſibi inuicẽ approximãtur, & ab ſe ſe diſtantiã, cũ duę res poſſint eſſe ſimul in rerũ natura, quin ſint approximatæ, debet dari illis aliqua

ſtimatione, & ideò eſt moraliter idem, licet phyſicè ſit nu nero diuerſus. Inſtabis: cur ergo *vbi* de nuo adueniens nō dicitur idē moraliter cum præcedenti, cum non ſit plus quā numero diuerſum ab illo? Reſpondeo, ideò eſſe, quia cū propriū ſit *vbi*, aut præſentiæ eſſe id, quo corpora inter ſe, vel à puncto aliquo fixo diſtantia cōſtituūtur. & per nouū *vbi*, nouam diſtantiā acquirat maiorē, aut minorē, quàm anteà; ideo dicitur abſolutè acquirere nouū vbi. *Situi*, verò ſolū attribuitur modus diſponēdi partes in loco; & ideo, licet phyſicè mutetur, cenſetur idem, quandiu partes nouum diſpoſitionis modum non admittunt. *Situs* diuidi ſolet in rectum, & inflexum. Rurſus inflexus in plures ſpecies, in ſeſsionem videlicèt, cubationē genuflexionem, &c.

SECTIO. III.
De prædicamentis, Quando, & Habere.

9 NOn ſolū dicuntur res eſſe in loco; ſed etiā in tēpore, & proptereà ſicut ad ſpeciale prædicamentū pertinet res in loco cōſtituere, ſic etiam eſt aliud diſtinguendi, cuius ſit res ipſa in tempore collocare. Hoc vocatur *Quando*, & eſt id, per quod res tēpori reſpōdent. Talis eſt duratio cuiuſcunque rei, per hanc enim dicūtur res tēpori reſpondere, ſeu in illo exiſtere. An verò hæc ſic modus additus rei duranti, vel ſolū coaleſcat ex ſimultaneà coexiſtentià tēporis, & rei, quæ in illo exiſtere dicitur, diſcutiendū eſt in 4. Phyſ. vbi efficaciter probabo durationem motus ſucceſsiui nihil aliud eſſe præter partes eius ſibi immediatè ſuccedentes; durationē verò rerū permanētiū nihil aliud addere ſupra earū entitates præter coexiſtē tiā tēporis extrinſeci. *Quando* ergo ſic ſumptū diuiditur in quādo ſeu durationē rerū ſucceſsiuarū; & in durationē rerū permanentiū. Duratio rerum ſucceſsiuarū, quæ dicitur tēpus, diuiditur in præſens præteritum, & futurum. Duratio rerum permanētium in æternitatē, æuum, & tēporaneā durationē. Æternitatē dico non increatā Dei, ratione cuius dicitur æternꝰ quia hæc ad altiorē aliā claſsē ſpectat: ſed durationem, quā haberet creatura ab æterno creata, & in æternum pern āſura (octauo enim Phyſ. lib. dico, id fieri poſſe à Deo) Æuum dicitur duratio rerū, quæ inceperunt in tēpore, neque vllo tēpore deficient: vt duratio Angelorum, & animæ rationalis. Duratio tēporanea dicitur duratio rerum, quæ incipiunt in tempore, & in tempore deficiunt; vt, duratio hominis, equi &c.

10 *Habere*, ſeu *habitus* eſt vltimum prædicamentum, ratione cuius quis denominatur veſtitus: armatus &c. Nonnulli multum laborant in probādo, ex veſtium applicatione reſultare modum quēdā in homine intrinſecum, ratione cuius intrinſece denominatur veſtitus, vt hac ratione ſtabiliant, nullum dari poſſe prædicamentum,

falſam. De oppoſitione contraria egi iam diſp. 16. ſect. 5. nu. 54. & diſp. 18. ſect. 3. ſolùm addendū eſt in præſenti hanc diuidi ab Ariſt. in mediatam, & immediatā. Mediate dicuntur contrariari illa quorū neutrū neceſſe eſt ineſſe ſubiecto proprio, hoc eſt, petenti illā recipere ex natura rei; vt, album, & nigrū: neq; enim neceſſe eſt, corpus aliquod eſſe albū, aut nigrū, vt cōſtat. Immediatè dicuntur cōtrariari illa, quorū alterū neceſſe eſt in eſſe proprio ſubiecto: vt, ſanitas & ægritudo reſpectu animalis.

De modis prioris.

13 SEcundo agit Ariſtoteles de *modis prioris*, hoc eſt, de modis, quibus aliud alio priùs eſſe dicitur, & receſet quatuor, qui ſuo tempore vulgares erant; quibus poſteà ſubijcit quintum quaſi à ſe inuentum. Primò igitur vnum dicitur prius *tēpore*, quā aliud, quādo duratione præceſsit ſiue omnino, vt Adamus Dauidem; ſiue quoad aliquam partem, vt Plato Ariſtotelē. Hunc modum prioritatis dicit Ariſtotel. eſſe omnium præſtantiſsimum, vel quia notiſsimus eſt; vel quia cæteri prioritatis modi per ordinem ad iſtum explicantur. Secūdo, vnū dicitur priùs alio *exiſtendi cōſequentia*; tunc videlicèt, quādo vnū infertur ex alio illud tamen non infert: in quo caſu illud, quod infertur ex alio ita, vt illud non inferat, dicitur priùs exiſtendi cōſequentia. Hac ratione omnia prædicata ſuperiora ſūt priora ſuis inferioribus; Superius enim infertur ex inferiori; non vero è contra: vt, *eſt homo, ergo eſt animal*; nō vero, *eſt animal, ergo eſt homo*. Tertio dicitur vnum prius alio *ſecundū ordinē*; vt, præmiſſæ ſunt ordine priores, quam concluſio. Quartò illud dicitur prius quod *dignius eſt, & præſtantius* vel natura ſua vt, homo cum leone cōparatus: vel æſtimatione noſtra, ut quàndo nobis amiciſsimos cæteris anteponimus.

14 Vltimus prioritatis modus eſt *ſecundum naturam*, ſecundum quem id prius eſſe dicitur, ait Ariſtotel. quod licet cum alio exiſtendi conſequentia reciprocetur, eius tamen cauſa eſt. Itaque ad hoc, vt vnum ſit priùs alio ſecundùm naturam, non eſt neceſſarium, quod mutuam cum illo conſequentiam habeat quoad exiſtentiam; ignis enim in conſenſu omnium eſt priùs ſecundùm naturam calore ab eo in ligno pro ducto, & nihilominus non valet mutuò, *exiſtit hic calor, ergo exiſtit hic ignis, exiſtit hic ignis, ergo iſte calor*: cum hic ignis poſsit eſſe ſine iſto calore. Nihilominus ad prioritatē ſecundū naturam inter aliqua duo nō obeſt, quod mutuā conſequentiam habeant quoad exiſtentiam, dūmodò vnū ſit cauſa alterius. Exēplum adducit Ariſt. ſatis idoneum: nā ex ſuppoſitione, quod detur oratio affirmās rem aliquā eſſe; ſi fuerit vera, erit eius obiectum in rerum naturà, & ſi fuerit obiectū in rerum natura, erit verà: & nihilominùs exiſten-

 tia

cùm prædicamenta ſint mẽbra diuidentia entis, non poteſt nouum prædicamentum conſtituere, niſi quod eſt nouũ ens, vel nouũ modum eſſendi communicat ſubſtãtiæ. Quod vero motus, prout dicit terminũ *à quo*, non addat nouã perfectionẽ, eſt certum: quia mobile eatenùs perficitur per motũ, quaten' medio illo acquirit, quod anteà non habebat: atqui termin' *à quo* non acquiritur; ſed potiùs amittitur per motum: ergo non dicit nouam perfectionẽ præſciſsè, prout dicit terminum *à quo*.

17 Quintò denique Ariſtotel. ſeptem ſignificationes verbi *habere*, ſeu *habitus* diſtinguit. Prima eſt *habere diſpoſitionẽ*, ſeu *affectionem* qualitatis: vt, habere ſcientiã calorẽ, aut lucẽ. Secunda *habere tantã magnitudinẽ*; vt, vlnã, aut cubitũ. Tertia *habere aliquid circumpoſitũ*, vt, veſtes arma, &c. Quarta *habere partẽ conſtituentẽ* ſiue integralem, vt, manũ, aut pedem, ſiue eſſentialem, ut corpus, & animã. Quinta *habere aliquid cõtentum*: vt, vas aquam; arca pecuniam. Sexta *habere poſſeſsionem bonorũ*, ſeu, bona poſsidere: vt, vineam, domum. Septima denique *habere amicum*. Ex his ſeptem modis habendi ſolus tertius cõſtituit propriè vltimum prædicamentũ; ſed ad illud reduci poſſunt quintus, ſextus, & ſeptimus. Reliqui verò ad diuerſa pertinent prædicamenta. Primus enim pertinet ad prędicamentũ qualitatis in cõcreto ſumptũ: *quale* enim, &, *calidũ* eſt idem, ac, *habens qualitatem*, *calorem*. Secũdus pertinet ad prædicamentum quantitatis. Quartus denique ad prædicamentum illius rei, quæ coaleſcit ex partibus, quas habere dicitur.

De modis per ſe.

18 Licet Ariſt. nihil in præſenti dixerit de modis *per ſe*; placuit tamen hic illos ſubiungere: quia eorum cognitio valdè neceſſaria eſt Tyronibus; & forſam nõ occurret alibi opportuna occaſio illos explicandi. Ariſt. ergo lib. 1. Poſt. cap. 4. modos *per ſe* quatuor aſsignat. Primus dicitur *per ſe prædicandi*, quando de aliquo ſubiecto cõceptus aliquis eſſentialis prędicatur: vt, *animal, rationale, viuens de homine*, & propterea prædicata eſſentialia rei dicuntur illi cõuenire *per ſe primo modo*. Secũdus modus *per ſe* dicitur, *per ſe inhærendi*; quando, uidelicet, in definitione eſſentiali prædicati ponitur ſubiectũ, de quo prædicatur. Pro cui' explicatione noto primò concreta accidẽtalia, quæ quidẽ eſſentialiter coaleſcunt ex ſubiecto, & forma accidentali, rectè definiri per ſubiectũ, ꝗ determinatè petit ipſa forma accidentalis. Cuius ratio eſt facilis: quia definitio data per per partes eſſentiales eſt bona: atqui ſubiectũ, quod determinatè exigit forma accidẽtalis, eſt pars eſſentialis concreti ex tali forma reſultantis: ergo rectè per illud definitur ipſũ concretũ.

19 Noto ſecundò, duplex eſſe genus formarum accidentalium;

vnum, earum, quæ ita determinatè petunt inhærere in aliqua determinata ſpecie, vt ex natura rei non poſsint in altera inhærere; vt, riſibilitas, & riſus, quæ ex naturà rei non poſſunt in alio eſſe ſubiecto, niſi in homine. Aliud eſt earum, quæ ex natura ſua non magis petunt inhærere in hac ſpecie, quàm in illa; vt, albedo, quæ non magis petit inhærere in homine, quam in lapide, aut pariete, &c. Eſt autem hoc diſcrimen inter concreta reſultantia ex iſtis formis, quod concretum reſultans ex formà petente inhærere in ſpecie determinatà, poteſt eſſentialiter definiri exprimendo tale ſubiectum in definitione: quia, cùm per definitionem explicetur id, quod res petit habere ex natura ſua, & tale concretum ex natura ſua petat coaleſcere ex illo determinato ſubiecto, per eius expreſsionẽ explicatur rectè materia illius. Exẽplum huius ſit *riſibile*; quod rectè definitur, *homo aptus ridere*; quia ex natura ſuà petit illud concretũ ex hoc determinato ſubiecto reſultare. At verò concretum reſultans ex formà nõ petente inhærere in hàc determinatâ ſpecie, etiã ſi de facto ex eâ ſpecie coaleſcat, non definietur eſſentialiter per illam, quia per accidẽs omnino eſt tali concreto hoc, aut illud ſubiectum includere; vt, albũ, etſi de facto reſultat ex albedine, & pariete, nõ definietur eſſentialiter hoc modo *eſt paries diſgregatiuus viſus*: quia per accidẽs omnino eſt albo vt tali, coaleſcere ex pariete.

20. Ea igitur accidentia, in quorum eſſentiali definitione ponitur ſubiectum, de quo prædicãtur, dicuntur cõuenire tali ſubiecto *per ſe ſecundo modo*, & vocatur modus *per ſe inhærendi*, quia formæ cõſtitutiuæ eorum ex natura ſua petũt in eo ſubiecto inhęrere. Hac ratione dicuntur cõuenire per ſe cuilibet ſpeciei omnes eius proprietates, & paſsiones; vt eſt riſibile reſpectu hominis hinnibile reſpectu equi &c. Prætereà accidẽtia, quę illis ſolis conueniunt, & omni earum indiuiduo, licèt non ſemper; vt riſus actualis reſpectu hominis. Imò & quæ illis ſolis conueniunt, etſi non omni earũ indiuiduo, neque ſemper vt, eſſe grammaticũ reſpectu hominis, hæc enim ita determinate petunt ex natura ſuà inhærere in tali ſpecie, vt in nullo altero eſſe queãt. Eſt tamẽ aduertendũm primo, quod prædicta accidentia non dicuntur per ſe hoc ſecundo modo de indiuiduis ſpeciei, quã determinatè perũt; quia riſibili, ridenti, &c. per accidens omnino eſt ex hoc, aut illo ſingulari homine coaleſcere: & ideo nõ poſſunt eſſentialiter per hunc, aut illũ determinate definiri. Ad uerto ſecũdò, cõcretis, quibus accidẽtale eſt coaleſcere ex hac, aut illa ſpecie determinatà, poſſe eſſe eſſẽtiale coaleſcere ex aliquo genere cõmuni talib' ſpeciebus, & in tali caſu ea cõcreta dicẽtur per ſe ſecũdo modo de illo genere, quia cõparãtur ad illud tãquã ad ſubiectũ propriũ, & determinatũ, vltra quod ſe extendere non poſſunt.

21 Ter-

21 Tertius modus dicitur *per ſe exiſtendi*: ad quem ſpectant prædicata, in quibus inuoluitur ſubſiſtentia, ſeu modus perſeitatis proprius ſubiecti, de quo prædicatur vt *ſubſiſtens*, *exiſtens per ſe*, *&c.* quæ de ſubſtantia prędicatur. Hic autē modus *per ſe*, ſoli ſubſtantiæ accōmodari poteſt, quia illi ſoli cōuenit, per ſe, & ex natura ſuâ in ſe ſubſiſtere, aut in ſe ſtare: accidētibus verò, ſi quādo per ſe exiſtūt & non in ſubiecto, omnino peraccidens cōtingit talis perſeitas: & ideò nō dicitur per ſe de illis; ſed omnino accidentaliter. Quartus modus dicitur *per ſe cauſandi*, quādo effectus cōparatur cum cauſa, ex qua procedit neceſſariò, vel ſine qua ipſe nō poteſt eſſe ex naturâ ſuâ. In his enim caſib⁹ rectè dicuntur cauſa, & effectus cōparari per ſe: quia in primo caſu ex naturâ ſuâ competit cauſæ effectū producere; & in ſecundò ex natura ſuâ competit effectui procedere â tali cauſa, & ideo ex poſitione cauſæ rectè deducitur effectus, & ex poſitione effectus rectè deducitur talis cauſa. Hinc ortum eſt quod *per ſe quarto modo* dicantur cōducere ad effectū quæcunque vel ratione effectus, vel ratione cauſæ neceſſario requirūtur ex parte huius ad illius productionem. Poſt prædicamenta ſubiungit Ariſt. libros de Interpretatione, ſeu Peri hermenias, vbi agit de his, quæ ad primā & ſecundā intellectus operationem ſpectant, vt ſunt oratio definitio, diuiſio, & propoſitio. Plura ex his dedimus in Inſtitut. Dialect. alia verò quia Logicorū captum exſuperant ad lib. 3. de Anima reiecimus, vbi propriam ſedem obtinent.

TRACTATVS QVINTVS
DE DISTINCTIONE SYLLOGISMORVM DESVMPTA ex parte materiæ.

1 EX duplici capite ſumitur eſſentialis, ac ſpecifica diſtinctio ſyllogiſmorum ex forma videlicèt, & ex materiâ. Forma vt diximus lib. 5. Inſtit. Dialect. coaleſcit ex diſpoſitione medij cū maiori, & minori extremitate ſecundum debitā ſubiectionē, & prædicationē in præmiſsis vniuerſalibus aut particularibus;

bat. Primũ dici nõ poteſt, quia nemo ſcire cupit ea, quę iam cognoſcit. Neq; ſecundũ: nam, ſicut fruſtra aliquis quęreret hominẽ, quẽ nunquã nouit, quia licet illũ inueniat, agnoſcere nõ poterit: ita fruſtra conaretur aliquis ſcire illud, quod nunquã nouit, quia, licet ſe ſe illi offerat, nõ poterit illud cognoſcere: ergo ea ſolũ dicendi ſumus velle ſcire, quæ ſemel iã nota obliuioni dedimus, atq; adeo dũ ea reuocamus, non tam denuò aliquid diſcimus, quam antiquorum recordamur.

2 Has duas ſententias refellit Ariſt. in 1. ca. lib. 1. Poſt. Et quod ad primã attinet, clarè conuincitur falſitatis vel ipſo argumento, quod pro ſe afferunt aduerſarij. Nam eo argumẽto putant, demõſtrari, non dari ſcientiã: ergo iam admittunt, & ſe ſcire nõ dari ſciẽtiam, & eſſe aliquã demonſtrationẽ, qua ſuam ſententiã oſtendant: atque adeò, dum deſtruere conãtur ſcientiam, & demõſtrationẽ, eam tenentur adſtruere. Argumẽtum verò, ſi ſecundũ ſe conſideretur, facilem habet ſolutionẽ: fatemur enim, quidquid datur in rerum naturã eſſe ſingulare à parte rei; ita tamen, vt plura ex ſingularibus poſsint per intellectum in vnum conceptum cõmunẽ conuocari ratione cuius ſcientiam terminare poſsint. Pręterea licèt omnia creata cõtingentia ſint quoad coexiſtentiam, non tamen quoad connexionẽ prædicatorũ eſſentialium, quæ ita neceſſario connectũtur, vt neceſſariũ ſit, quod, ſi fuerit res, eam comitentur prędicata eſsẽtialia ipſius. Propterea eę propoſitiones, in quibus prædicatum aliquod eſſentiale prædicatur de re, cui eſſentialiter cõuenit, incõmuni omnium exiſtimatione cenſetur eſſe ęternę, & neceſſarię veritatis; vt hę, *homo eſt animal, equus eſt hinnibilis, &c.* quia, videlicet ſenſus earũ nõ eſt, quod homo de facto ſit animal verè exiſtens, aut equus hinnibilis; ſed ſolùm, quod quotieſcunque fuerit homo, erit animal; &, quotieſcunque fuerit equus, erit hinnibilis: quod quidẽ neceſſarium eſt, vt omnibus compertum eſt; & ideo dari poteſt ſciẽtia de iſtis, & ſimilibus propoſitio fitionibus Hæc circa ſententiam Heracliti, & Cratilli.

5 Sententiam verò Platonis ſic impugnat Ariſtot. *Omnis doctrina, omniſque diſciplina, quæ ratione perficitur, ex antecedẽte fit cognitione*: ſed ſcientia, quę de aliqua concluſione per demonſtrationem acquiritur, eſt doctrina, & diſciplina, quæ perficitur ratione: ergo fiet ex antecedenti cognitione. Maiorem probat inductione deſumpta ex Mathem. Dialect. & alijs, quæ ex præſuppoſitis præmiſsis deducunt ſuas concluſiones. Doctrinam hic vocat Ariſtot. quamlibet conluſionem propriã induſtriã, aut labore comparatam, Diſciplinam verò vocat concloſionem à Magiſtro acceptam. Vis ergo huius rationis in eo cõſiſtit, quod, cum intellectus talis ſit naturæ, quæ diſcurrẽdo poſſit ex cognitione vniusprocedere

ad cognitionẽ alterius, cum quo illud primum connectatur, rectè poteſt denuò acquirere ſcientiam obiecti, quod antea non cognouerat, nam per cognitionem eorũ, quæ per ſenſus percipit, manu ducitur ipſe intellect' ad cognitionem aliorũ, quæ ſenſus ipſos prætерfugiunt. Ex gr. nouit aliquis per tactum, eſſe calorem in manu; deinde experitur, perſeuerante eâ dem extenſione man' cum eâdem partium poſitione, deſtrũi calorem per acceſſum frigoris, & in de colligit dari ibi aliquod ſubiectũ commune vtrique, à quo mutuo ſe pellant. Præterea videt quis, hominem modo quieſcere, & poſteà, nullâ accedente cauſa extrinſeca, moueri; & inde colligit, dari in illo aliquod principium intrinſecum talis motus; & ſic de alijs. His confutata manet ſententia Platonis.

4 Et ſanè, ſi ratio Platonis aliquam vim haberet, pugnaret etiã contra ipſum: quia, ſi non poſſet quis velle ſcire ea, quæ anteà non nouit. neque poſſet velle ſcire ea, quæ, cum anteà nouerit, obliuioni tradidit, ſi quidem ea, quæ è memoriâ exciderunt, non poſſunt voluntatem ad ſui deſiderium excitare, niſi iterum memorię occurrant. vt nullus non concedit. Vel ergo dum homo eorum recordari deſiderat, memoriæ occurrerunt, vel non. Si dicatur primum, non conabitur recordari: quia nullus recordari deſiderat eorum, quæ memoria tenet. Si dicatur ſecundùm, non poteſt habere deſiderium talis recordationis quia deſiderium alicuius rei ſupponit notitiam eius: ergo, cùm per te nulla notitia præcedat eorum, quæ obliuioni tradidiſti, non poteris deſiderare eorum recordationem. En tuum argumentum te oppugnat, &, ſi aliquam illi adhibes ſolutionem pro tua ſententiâ; eandem adhibeto pro eâ, quã impugnas.

5. Poſteà procedit Ariſtot. ad aſsignan da præcognita, & præcognitiones, quæ ad demonſtrationem prærequiruntur: & quamvis duplicem ſpeciem demonſtrationis admittat inferius in fine huius libri; vnã, quę dicitur *propter quid*, in qua effectus per cauſam cognoſcitur, & ideò dicitur demonſtratio à priori; alteram, quæ appellatur *quia*, quam cõmuniter dicunt eſſe illam, in qua cauſa oſtenditur per effectum (quod, an ſit verum? Examinabimus inferius) & proptereà vocant eâdem demonſtrationem à poſteriori. In præſenti tamen ſolũ agit Ariſt. de Demõſtratione *propter quid*, eiuſque præcognita, prænotiones, & definitiones aſsignat; de quibus aliqui lõgã texunt diſp.: ego tamen facilè me expediam. Præmiſſæ cognoſci debent ante cõcluſionẽ, cum hæc ex illis deducatur. Deinde ante præmiſſas prænoſci debẽt mediũ, & extrema, ex quibus coaleſcunt quia ad quodlibet iudiciũ præmitti debet appræhenſio terminorũ. Præterea ſi per demonſtrationem probatur à priori paſsio aliqua de ſubiecto, aſſumi debet vt medium

dium eſſentia ipſius ſubiecti ad illam concludendam, ac per conſequens præcedat neceſſe eſt cognitio eſſentiæ ipſius ſubiecti. Hæc dixiſſe ſufficiat de præcognitis.

SECTIO II.

Explicatur prima definitio demonſtrationis propter quid, *& ratio ſcientiæ aperitur.*

9 POſtquam præcognita requiſita ad demōſtrationē *propter quid* aſsignauit Ariſtot. capit. 1. lib. 1. Poſter. in 2. cap. procedit ad eam definiendam, & duas tradit definitiones; quarum prima explicabitur in hac ſect. & ſecunda in ſubſequenti. Prima ergo ſic ſe habet. Demōſtratio *eſt ſyllogiſmus ſcientialis*, hoc eſt, *ſyllogiſmus ſecundùm quē; eo quod ipſum habeamus, ſcimus*. Ante hanc verò præmiſſerat ſcientiæ definitionē, quā modo expiicabimus, vt lucem accipiat demonſtrationis definitio. Sic ergo definit ſcientiam Ariſt. *ſcire autē arbitramur, cū cauſā exiſtimamus cognoſcere, propter quam res eſt & quod illius eſt cauſa; & nō contingere hoc aliter ſe habere.*

7 Itaque cognitio ſcientifica ita debet ſuum obiectum attingere, vt ſimul attingat cauſam propter quam eſt, hoc eſt, cauſam proprimam ipſius obiecti, quia licet ſcientia nō raro ſumatur pro quacumq; cognitione iudicatiua; propriè tamē ſolùm ſumitur pro perfecta cognitione obiecti; nō vero cēſetur perfecta cognitio rei, quæ illā ſolū ſecundum ſe attingit, niſi propriā etiā illius cauſam cognoſcat. Nec ſufficit cauſam remotam cognoſcere; ſed neceſſaria eſt cognitio cauſæ proximæ, & immediatæ: quia ſicut dependētia effectus vltimo completur in causâ proximâ, ita perfecta illius ſcientia, niſi cauſa proxima teneatur, haberi nō poteſt. Deinde requiritur, quod ita cognoſcatur cauſa, vt hoc moueat, & determinet intellectū ad cognitionē effectus. Sic explicant cōmuniter interpretes illā particulā, *cū cauſam exiſtimamus cognoſcere, propter quā res eſt*, hoc eſt, cū cauſam taliter cognoſcimus, vt nos determinet ad cognitionem effectus, & iſtū affirmemus de aliquo ſubiecto, quia videmus, in eo contineri cauſam talis effectus.

8 Hinc eſt, quod effectus, qui attingitur per cognitionē ſcietificā, nō ſolū depēdet à cauſa in ſuo eſſe, ſeu in eſſendo; ſed etiam in cognoſcēdo; quia eadē cauſa, quæ illi dat eſſe, mouere debet, ac determinare intellectū ad eius cognitionē. Cæterū cauſa poteſt eſſe aut vera, & realis, causás realiter eſſe ctū, ab illâ realiter diſtinctum; aut rationis, quę, licèt ſit realis quoad entitatem, per rationē tantùm noſtrā cum fundamento in re, in effectum ab ipſa realiter indiſtinctum concurrat. Ad ſcientiam ergo non requiritur, quod cauſa mouens ad cognitionē effectus ſit vera cauſa realiter in illū influēs; ſed ſufficit, quod ſit cauſa illius per rationem noſtrā cum fundamento in re fingen-

gentem talem cauſalitatē. Id probat communis authorum ſententia, qui dum immutabilitatē Dei probant ex eius infinitate; & æternitatem ex immutabilitate, putant, ſe id ſcientifice probare per veram demōnſtrationem *propter quid*; & tamen infinitas Dei non eſt cauſa realis immutabilitatis; neque hæc æternitatis; ſed ſolùm per rationem noſtram cum fundamento fingentem ſubordinationem aliquam, & dependentiam inter hæc attributa. ergo in communi omnium exiſtimatione non requiritur ad veram ſcientiam alicuius entitatis, quod hæc cognoſcatur per cauſam realiter in illam influentem; ſed ſufficit, quod per rationem noſtram dependeat a re; quam nos cum fundamento aliquo fingimus eſſe cauſam.

6 Eſt tamen aduertendum, duobus modis poſſe determinari intellectum per cauſam ad cognitionem effectus. Primò, ita vt per eandem cognitionem attingatur cauſa, & effectus, quod quidem contingit, quando cauſa connexa cum effectu cognoſcitur, vt in ſe eſt: quia eo ipſo quod connexio vnius cum alio cognoſcitur, vt in ſe eſt, debet cognoſci eadem cognitione illud aliud, ad quod talis connexio terminatur, vt dicemus in lib. de Anim. & propterea connexio illa ſe habens ex parte cauſę dicitur determinare intellectū, & illum ducere ad cognoſcendum effectum. Hæc dicitur cognitio effectus in cauſa, & eam habet Angelus, & quotquot cauſas creatas cognoſcunt, vt in ſe ſunt per ſpecies proprias. Secundò, poteſt intellectus determinari per cauſam ad cognoſcēdū effectū: ita vt cauſa cognita per vnā cognitionē determinet intellectū ad habendam aliam circa effectum, quod quidē eſt cognoſcere effectū per diſcurſum, quo ex cognitione cauſæ deuenitur in cognitionem effectus, & propterea talis cognitio dicitur cognitio effectus ex cauſa. Vterque iſte modus cognoſcēdi effectum per cauſam ſufficit ad rationē ſcientiæ, ſi illis adiungantur reliquæ conditiones. Cæterū poſterior ſolùm, cōuenit demonſtrationi: nam cum hæc ſit ſyllogiſmus, debet effici per diſcurſum.

10 Dices Ariſtoteles hic ſolum intendit definire ſcientiam, quam ipſe cognouit: ſed non cognouit ſcientiam, qua Angelus cognoſcit cauſas creaturarū per ſpecies proprias illarum; ſed ſolū ſcientiam, quæ habetur per diſcurſum; ergo hanc ſolam definiuit. Fateor, Ariſtotelem ſolùm intendiſſe definire ſcientiā, quam cognouit; & admitto non cognouiſſe ſcientiam illam Angelorū per ſpecies proprias rerum: nihilominus tradidit definitionem, ſub quà ea ſcientia comprehenditur, & ideò nos eam extendimus ad vtranque. Hæc circa primam particulam definitionis ſcientiæ, nempè *cognoſcere cauſam, propter quam res eſt.*

11 Deinde additur, *& quod illi eſt cauſa*, vt denotetur, nō ſatis eſſe cognoſcere effectū per illius cauſam

ſam proximã; ſed neceſſarium eſſe vt ſciamus eſſe cauſam talis effe-ctus, alioqui neſciemus propter quid ſit talis effectus. Denique dicitur, *& non contingere hoc aliter ſe habere*: quibus verbis ſignificatur, ad rationem ſcientiæ requiri, & quod cauſa neceſſario cauſet effectũ, qui per illã cognoſcitur; & quod talis neceſsitas cognoſcatur quia ſi cauſa nõ cauſet neceſſariò effectũ, nullatenus poterit, quatenus ex ſe eſt, intellectum illã cognoſcentẽ determinare ad ipſius effectus cognitionẽ: ſi enim ipſa poteſt eſſe ſine effectu, & cognitio eius poterit eſſe ſine cognitione effectus. ac perconſequens illa nõ determinabit, quatenus ex ſe eſt, ad huius cognitionem, ſiquidẽ id, quod ad aliud determinat, nunquam poteſt eſſe ſine illo. Deinde ſi intellectus talem neceſsitatem non agnoſcat, non poterit ex cognitione cauſæ certo deuenire in cognitionẽ effectus, ac per conſequens neq; habere ſciẽtiam huius per illã, cũ certitudo ad rationem ſcientiæ requiratur in cõſenſu omnium. Aſſumptũ probo: quia cauſa determinat ad cognitionẽ effectus ratione neceſſariæ cõnexionis, quã cum illo habet: ergo ſi intellectus hanc cõnexionẽ non attingat, nõ attinget rationẽ determinantẽ ad cognitionẽ effectus atqui, ſi rationẽ determinantẽ non attingat, nõ poterit determinari: ergo, &c. Minor eſt certa: quia vnũ obiectũ nõ aliter determinat ad cognitionem alterius, niſi media cognitione ſui, vt omnibus cõpertũ eſt, atq; adeò hac deficiente, deficiet determinatio.

12 Sed dices: ſcientia eſſentialiter eſt vera, & euidens: atqui hoc nõ explicatur per definitionẽ prædictam: ergo nõ benè explicat naturã ſciẽtiæ. P. Tolet. hic cap. 2 q. 1. reſpondet, veritatẽ ſcientiæ explicati per priora verba, nempè *cũ cauſam cognoſcimus, ob quã res eſt*: euidentiã verò per ſubſequẽtia verba, *& quod huius eſt cauſa*: certitudinẽ denique per vltima verba *& non contingere hos aliter ſe habere*. Cęterũ nõ video, vnde, deducat hanc ſignificationem in prædictis verbis: quia, qui per fidẽ humanã, aut per cognitionem probabilem cognoſceret, *animal rationale eſſe cauſã neceſſariã riſibilitatis in homine*, reuera cognoſceret animal rationale, & eſſe cauſam riſibilitatis, & eſſe cauſam neceſſariã illius; & nihilominus, id non cognoſceret certo, & euidenter; quia ſi des humana, & cognitio probabilis non ſunt cognitiones certæ, & euidentes, ergo, &c.

13 Exiſtimo ergo, Ariſtotelem non attuliſſe prædictã definitionem ad explicandam veritatẽ, certitudinem, & euidentiã ſcientiæ: id enim ſupponebat tanquam omnino certum, & ab omnibus admiſſum; ſed ſolùm intendit explicare id, circa quod verſari debet talis cognitio, vt ſciẽtiæ rationẽ obtineat, quod quidẽ nõ adeo clarum erat apud omnes. Id colligo ex eo, quod in primo capite huius lib. ſentẽtiã ſtatuit cõtra Platonẽ, & nõnullos alios philoſophos,

certò, ac clarè cognoſcamus effectum per cauſam, vt, ſi reflectamus ſupra talem cognitionē, facile animaduertamus, eſſe certam, & euidentem.

16 Id colligo ex eo, quod Ariſt. paulò poſt traditam definitionem ſcientiæ addit, demonſtrationem eſſe ſyllogiſmum ſciētialem, & ex eo dici ſcientialem, quia, *eo quod ipſū habemus, ſcimus*; ergo apertè ſentit, nos reddi ſciētes per demōſtrationem: atqui demōſtratio nō inuoluit formaliter cognitionem aliquā reflexam, ſed ſolùm coaleſcit ex cognitionibus certis, & euidentibus cauſę, & effectus taliter, vt cognitio huius deducatur euidenter ex cognitione illius, vt cōſtat ex dictis in Inſtit. Dialect. lib. 5. cap. 1. n. 5, & 6. circa naturam ſyllogiſmi vt ſic, à quo in eo ſolùm diſtinguitur demonſtratio, quod hæc verſatur certò, & euidenter circa materiam neceſſariam; ille vero præſcindit à materia neceſſaria, vel contingenti, & à certitudine, vel probabilitate: ergo ex mente Ariſt. non inuoluitur formaliter in ratione ſcientię cognitio aliqua reflexa; ſed ſolū cognitiones directæ, quibus certò & euidenter cognoſcitur effectus ex cognitione cauſæ.

17 Ex his rectè explicata manet ratio formalis ſcientiæ, quæ cōſiſtit in cognitione vera, certá, & euidenti effectus per cauſam neceſſariam ipſius, quę vt talis euidenter, & certò cognita determinet ad prædictam cognitionē effectus. Hinc facilis eſt iā intellectu definitio demonſtrationis ſuprà adducta ex Ariſt. nēpè *ſyllogiſmus ſcientialis*. In hac ergo, *ſyllogiſmus* ponitur loco generis, in quo conuenit cum alijs ſpeciebus ſyllogiſmi, cū probabili videlicet, Theologico, &c. *Sciētialis* dicitur, quia vt explicuit Ariſt. eo reddimur ſcientes, conſtat enim præmiſſis, & concluſione certis, & euidētibus; ex quibus illę, præmiſſæ videlicet, attingunt cauſam, quæ affirmata eſſe idem cum vno ſubiecto, determinat intellectum ad effectum, quem neceſſariò producit talis cauſa, affirmandum de eodē ſubiecto in concluſione. Propterea hæc dicitur eſſe cognitio effectus per cauſam neceſſariam talis effectus; ac per cōſequens dicitur eſſe ſcientia effectus, quia iuxta Ariſtotelem ſupra adductum ſcientia nihil aliud eſt, quam cognitio effectus per ſuam cauſam neceſſariam.

18 Hinc fit, nos reddi ſcientes per demonſtrationem *formaliter*, *efficienter*. *Formaliter*; quia cōcluſio, quę attingit effectum ex pręcedenti cognitione cauſæ neceſſarię illius, eſt ſcientia actualis formaliter, & cum informet noſtrum intellectum, illum reddat formaliter ſciētem neceſſe eſt. *Efficienter* verò, quia præmiſſæ attingentes cauſam neceſſariā ipſius effectus mouent, & determinant intellectum ad concluſionem, & ideo ſe habēt vt cauſa efficiens ipſius cōcluſionis quæ eſt ſciētia formalis. Porrò ſcientia formalis diuidi ſolet in actualē, & habitualē. Actua-

lis

lis eſt ipſe actus concluſionis procedens ex præmiſsis eo modo, quo dictū eſt. Habitualis eſt facilitas quædam ab ipſo actu concluſionis relicta in intellectu, vt eū reddat facilem ad ſimilē concluſionē in poſterum eliciendam. Hæc facilitas dicitur habitus ſciētię, & producitur efficienter ab actu concluſionis, ac per cōſequens à demonſtratione, cuius eſt pars intrinſeca actus ipſe concluſionis. De natura habituū intellectus, & voluntatis eorum productione; & actiuitate ago in lib. de Anim. & ex ibi dicēdis colligetur, an non ſolùm concluſio demonſtrationis; ſed etiam principia eius, & præmiſſæ relinquant habitus in intellectu. Ibi etiam ago de modo, quo prę miſſæ concurrunt ad concluſionem, earum veritate, certitudine, euidentia, & efficacia: ac proinde in hoc loco ab horum omnium tractatione ſuperſedeo.

SECTIO III.

Explicatur ſecunda definitio demonſtrationis.

19 VT clariorem redderet Ariſtot. definitionem, quam primo tradidit demonſtrationis, paulò poſt illam traditam in ſecūdo capite, ſubiungit ſecundā hac ratione: Demōſtratio eſt *ex veris primis, & immediatis, notioribus & prioribus, cauſiſq; cōcluſionis.* Hæc tamen definitio nonnullas patitur difficultates, quas oportet in hoc capite complanare. Ratio ergo dubitandi, quæ primo intuitu ſe ſe offert contra prædictam definitionem, eſt; quod videatur nōnulla habere ſuperuacanea: quia demōſtrationem procedere *ex primis*, idem eſt, ac *ex immediatis*: Deinde procede *ex cauſis* eſt idem, ac *ex prioribus, & notioribus*: ergo nonnullæ ex his particulis redundāt. Ex alia parte videntur deficere aliæ, quas infra ſubiungit Ariſt. nempè, quod præmiſſæ debeant eſſe *de omni, per ſe*, ac *de prædicato vniuerſali*: ergo vtroque pede claudicat prædicta definitio.

20 Nihilominus defendenda eſt Ariſtotelis definitio. Pro cuius explicatione noto primò, id, quod ſuprà monui num. 5, nempè hic ſolùm definiri demonſtrationem *propter quid*. Noto ſecundò, duo inuolui in demonſtratione, nempè & conceptus formales, & conceptus obiectiuos. Illi ſunt cognitiones, per quas attingimus in præmiſsis cauſam propter ſe, & in concluſione effectum per cauſam. Conceptus verò obiectiui ſunt obiecta talium cognitionum, hoc eſt, cauſę ipſę, circa quas verſatur intellectus per cognitiones pertinentes ad præmiſſas; & effectus, circa quos verſatur per cognitionem pertinentem ad concluſionem. Noto tertio, conceptus formales demonſtrationis ita ſe habere inter ſe ipſos, vt ij, qui pertinent ad præmiſſas, ſint cauſæ concluſionis, quia intellectum determinant per ſuū

ſui informationem ad eliciẽdam concluſionem. De modo, quo cõcurrunt, ago in libris de Anim. Hinc eſt, quod in demonſtratione duo genera cauſarum inueniuntur: vnum ſe habens ex parte obiectorum taliter, vt vnum ſit cauſa alterius; alterũ ſe habens ex parte cognitionum, ex quibus præmiſſæ concurrunt ad efficiendam concluſionem.

21 Noto quartò, Ariſtotelem in præſenti definitione non agere de cauſalitate, quam exercent pręmiſſæ formales circa concluſionem formalẽ; ſed de cauſalitate, quam ex parte rerum exercet obiectum præmiſſarum circa obiectum concluſionis. Id colligitur ex verbis ipſius definitionis, & ex contextu: quia cum hîc definiat Ariſtot. demonſtrationem *propter quid* prout diſtinctam à demonſtratione *quia*, debet loqui de cauſalitate pertinente ad illam prout ab hac diſtinctam: ſed cauſalitas, quæ datur inter præmiſſas formales, & concluſionem eſt communis demonſtrationi *quia*, & *propter quid*; ſecus ea, quæ datur inter obiecta præmiſſarum, & cõcluſionis; ergo de hac loquitur Ariſtot. & non de illa. Minor eſt certa; quia in quocumque ſyllogiſmo ſiue probabili, ſiue euidenti; ſiue à priori, ſiue à poſteriori determinant præmiſſæ ad aſſenſum concluſionis, vt conſtat ex dictis lib. 5. Inſtit. Dialect. cap. 1 & ab omnibus receptum eſt. Dein de ſola demonſtratio *propter quid* requirit ex parte obiecti cauſam, & effectum taliter, vt illa neceſſariò influat in iſtum: ergo, &c. Secundò: quia in præſenti definitione loquitur Ariſt. de cauſis, quæ ſunt notiores ſuo effectu: atqui in ſyllogiſmo id quod dicitur notius, aut ignotius; ſunt conceptus obiectiui, non formales, quia illi ſunt, qui noſcuntur; non hi, vt omnibus compertum eſt: ergo de cauſa, & effectu, quæ ſe habent ex parte obiecti loquitur Ariſt. in præſenti definitione. His poſitis.

Debet eſſe demonſtratio ex veris.

22 Dico, definitionem eſſe bonam, & nihil in ea redundare, aut deficere. Quod nihil redundet, facilè cõſtabit, ſi ſingula perpendamus. In primis ergo demonſtratio dicitur eſſe *ex veris*, hoc eſt, debet habere præmiſſas quarũ obiecta re ipſa dẽtur eo modo, quo attinguntur per cognitiones, alioqui concluſio nõ erit vera ex vi demonſtrationis, ac per cõſequens neque ſciẽtia; quia de ratione ſcientiæ eſt, quod ſit cognitio vera effectus per cauſam, non quæ ſolum exiſtimetur; ſed quæ re ipſa ſit talis, vt conſtat ex n. 14. Si autẽ in præmiſsis non detur cauſa, quæ re ipſa ſit cauſa effectus in concluſione, non dabitur cognitio vera effectus per veram cauſam, ac per conſequens neque ſcientia.

23 Dices: ex antecedẽti falſo poteſt ſequi conſequens verum: ergo quamuis in pręmiſsis non daretur vera cauſa effectus cogniti in concluſione, poſſet eſſe hęc vera: ergo

poſſet eſſe ſcientia. Diſtinguo conſequens, poſſet eſſe concluſio vera ex vi antecedentis; nego: aliunde, concedo conſequentiam. Itaque etſi ex antecedenti falſo conſequens verum inferri poſsit; non tamen erit verum ex vi antecedētis, vt diximꝰ lib. 1. Inſtit. Dialec. cap. 7. num. 14. & propterea illa cognitio non poſſet eſſe ſcientia: quia ad rationem ſcientiæ non ſufficit cognitio effectus vera, ſed eſt neceſſarium, quod ſit per veram cauſam. In caſu autem poſito, non eſſet cognitio vera effectus per veram cauſam, cum non daretur talis cauſa.

Expenditur, quæ ratione ſit ex primis.

24 DEinde dicitur *ex primis* Primū duo inuoluit, nēpe & negationem alterius præcedentis, & ordinem ad aliud ſubſequens. Per hanc ergo particulam ſignificat Ariſtot. negationem alterius præcedentis, nam ordinem ad aliud ſubſequens explicuit per poſteriora verba definitionis. Et quidem non incongruè id præſtitit: quia *Primum* iuxta communem loquendi modum, ſæpê vſurpari ſolet pro eo, quod non ſupponit aliud antecedens. Dicitur ergo demonſtratio eſſe *ex primis*, hoc eſt, ex propoſitionibus, quarum obiecta nequeunt à priori demonſtrari (intellige in eodem genere cauſæ, in quo alia per illa demonſtrantur; ſi fortè alia per illa demonſtrentur) talia ſunt tum principia aliqua communiſsima; vt, *quodlibet eſt, vel non eſt: Quæ ſunt eadē vni tertiō, ſunt eadē inter ſe, &c.* tum etiam principia propria cuiuslibet ſcientiæ: vt in ſcientia de homine, *Homo eſt animal rationale*; & in ſcientia de equo, *Equus eſt animal hinnibile*: nam hæ propoſitiones continent rationes eſſentiales hominis, & equi, quæ non ſupponunt in ipſis alia principia intrinſeca, ex quibus oriantur, ſicut ex ipſis oriuntur proprietates, & paſsiones.

25 Eſt tamen difficultas an Ariſtot. in præſenti loquatur de principijs communiſsimis, vel de proprijs cuiuslibet ſcientiæ? Albert. & Philoſop. docent Ariſtot. per *To ex primis*, intelligere principia communiſsima, quę *dignitates*, & *proloquia* appellari ſolent. Probant: quia iſtis nititur tota vis demonſtrationum, & in illa reſoluitur quælibet demonſtratio. Alij, inter quos eſt P. Tolet. dicunt, loqui Ariſtot. de principijs proprijs cuiuslibet ſcientiæ: quia paulò poſt traditam prædictam definitionem colligit ex ea, demonſtrationem habere conſtare ex principijs proprijs. Ego verô exiſtimo, Ariſtot. in præſenti per *To ex primis* neque principia propria, neque communiſſima intelligere; ſed præſcindere ab vtriſque: quia ea verba ſunt communia tam principijs communiſsimis, quàm proprijs cuiuslibet ſcientiæ: cur ergo ea reſtringemus ad hæc, vel illa ſolum ſig-

ſignificāda. Per ſubſequētia verò verba determinatur ea particula ad principia propria cuiuſuis ſciētiæ; quia ijs ſolum conuenit, eſſe propria, notitia, & cauſa proprietatum, & paſsionū, quę ſcientificè demonſtrantur de ſubiecto neque enim principia illa communiſsima aliquam cauſalitatem exercent, circa prædictas proprietates, & paſsiones.

26 Ad rationem primæ ſententiæ admitto totam vim demōſtrationum niti principijs illis cōmuniſsimis; non tamen nititur illis tanquam cauſis proprietatum, quæ demonſtrantur de ſubiecto, & ideo non debent adduci in definitione demonſtrationis, *propter quid* (de qua agimus in præſenti.) Dicitur autem niti illis vis demonſtrationis, quia, quando quis admiſſa ſemel vnà propoſitione, negat aliam, quæ neceſſariò infertur ex illâ, conuincitur ex illis principijs ad propoſitionem negatam concedendam ex ſuppoſitione, quòd alteram cōceſſerit. Et proptereà non minus conducunt ad demonſtrationem *quia*, quam ad demonſtrationem *propter quid*. Ad rationem ſecundæ ſententiæ reſpondeo, Ariſtotel. non colligere ex ſolâ illâ particulâ *ex primis*, demonſtrationem debere procedere ex principijs proprijs cuiuslibet ſcientiæ; ſed ex tota definitione demonſtrationis, vt probatum eſt.

27 Dices: principia propria ſcientiæ de homine (& idem eſt de proprijs aliarum ſcientiarum) poſſunt à priori demonſtrari: ergo non poteſt definitio Ariſtotelis intelligi de illis. Conſequentia eſt bona: quia vt ſupra diximus, per *To ex primis* intelligunt principia, quæ non poſſunt à priori demonſtrari per alia. Antecedens probatur; quia principium proprium ſcientiæ de homine eſt eius differentia eſſentialis, nempè *rationalis*: ſed de homine demonſtrari poteſt à priori, quod ſit *rationalis* per hoc, quod eſt eſſe *capacem Beatitudinis* tanquam per cauſam finalem illius, vt apparet in hoc ſyllogiſmo: *Quidquid eſt capax Beatitudinis, eſt rationale; ſed homo eſt capax Beatitudinis, ergo eſt rationalis*: ergo proprium principium ſcientiæ de homine poteſt à priori demōſtrari per aliud principium.

28 Reſpondeo: *rationalitatem* non probari de homine per *capacitatem Beatitudinis* in eodē genere cauſæ, in quo proprietates, & paſsiones ipſius hominis probantur per *rationalitatē*; ſed in diuerſo: quia *rationalitas* probatur à priori per *capacitatem Beatitudinis* in genere cauſæ finalis; at verò proprietates probantur per *rationalitatem* in genere cauſæ efficientis intrinſecę, imo & eſſentialis ipſi homini. Ad hoc autem vt *rationale* dicatur primum principiū in homine, ſufficit, quod nō poſsit à priori demonſtrari de ipſo homine in eodem genere, in quo per illud demōſtrātur proprietates, vt ſuprà dictū eſt. Imò, licet rationale poſſet à priori demōſtrari de homine

per cauſam efficientem hominis: non cenſeretur eſſe in eodem genere cauſæ: quia cauſa efficiens hominis eſt intrinſeca ipſi homini; & rationalitas eſt cauſa proprietatum, quæ per illam in genere cauſæ efficientis demonſtrantur non extrinſeca, ſed intrinſeca, & eſſentialis ipſi homini, quod quidem ſufficit, vt cenſeantur concurrere ad demonſtrationem in diuerſo genere cauſæ.

Oſtenditur quomodo ſit ex immediatis.

29 ADditur in definitione, & *immediatis*. Immediata propoſitio dicitur illa, quæ attingit ſuũ obiectũ propter ipſum, & nõ per medium aliquod ab illo diſtinctum; excluditque medium non ſolùm, quod ſit cauſa; ſed etiam quod ſit effectus talis obiecti. Demonſtratio ergo debet procedere ex propoſitionibus immediatis, quarum obiectum propter ſe ipſum cognoſcatur, & non per aliquod medium diſtinctum ſiue à priori, ſiue à poſteriori, ſiue alio quocunque modo. Et hoc addit propoſitio *immmediata* ſupra *primã*, quod *prima* ſolùm dicit, quod nõ poſsit à priori demõſtrari per aliã in eodem genere cauſæ, quo aliȩ demonſtrantur per ipſam; hoc enim ſufficit vt dicatur prima in eo genere; at verò ad propoſitionem *immediatã* requiritur, quod non aſſentiamur illi propter aliud ſiue à priori, ſiue à poſteriori, &c. Si ſit, quocunque modo aſſentiamur illi propter aliud, habebit medium, atque adeò non erit immediata.

30 Dices: ex doctrinâ tradita videtur ſequi, demonſtrationẽ nõ procedere ex propoſitionibus immediatis: quia demonſtratio pertinens ad aliquã ſcientiã debet eſſe ex principijs proprijs talis ſciẽtiæ: ſed principia propria ſciẽtiȩ attinguntur per mediũ aliquod, quod ſit effectus illorũ: ergo ſi propoſitio immediata excludit quodcũque mediũ, non poteſt ex illa procedere demonſtratio. Minor eſt certa: quia principia propria ſciẽtiarũ ſunt definitiones, & eſſentiæ ſubiectorũ, de quibus habetur ſciẽtia, atqui eſſentias rerum nõ cognoſcimus immediate propter ſe ipſas; ſed per ſuos effectus, vt experientia docet: ergo, &c. Reſpondeo, primã notitiã ſcientiarũ acquiri à nobis per effectus: poſteà tamen hæc notitia reliquit in intellectu ſpeciem intelligibilem ſui ipſius, & eſſentiæ, quã attingit per effectus quæ ſpecies determinat in poſterũ intellectũ, vt eſſentiam immediatè attingat propter ſe ipſam nullâ factâ mentione effectuum.

31 Id explico, & late probo in lib. de Anim. ex eo, quod concluſio non attingit immediatè obiectum præmiſſarum; ſed ſuum ſolũ obiectum; ita tamen vt ad eius aſſenſum determinetur per præmiſſas tanquam per cõditiones applicantes tale obiectum, quarum loco ſubſtituitur ſpecies intelligibilis relicta in intellectu ab aſſenſu concluſionis: vt intellectus poſteà de-

determinet ad ſimilem aſſenſum abſque poſitione premiſſarũ. Hinc eſt, quod transactâ primâ notitiâ eſſentiæ, quæ vt potè habita per effectus non poteſt deſeruire ad demonſtrationem *propter quid*, quia hæc debet reſolui in cauſas, & illa reſoluitur in effectus, ſuccedit poſteà alia, quæ cum immediatè attingat eſſẽtiã propter ſe ipſam, poteſt eſſe principium deſeruiens ad demõſtrationẽ *propter quid*. Hinc eſt aduertendum, non eſſe neceſſarium ad demonſtrationem *propter quid*, de qua loquimur in præſenti, quod eius concluſio immediatè procedat ex propoſitionibꝰ *primis, & immediatis*; ſed ſufficit quod vel immediate ex illis procedat, vel mediatè, hoc eſt, quod procedat ex præmiſsis, quæ, licet non ſint primæ, & immediatæ formaliter; deductæ tamen fuerint ex primis, & immediatis taliter: vt facilè poſsint, ex iſtis probari, quod quidem eſt virtualiter ex illis procedere.

Reliquæ particulæ definitionis enucleantur.

33 DEnique dicitur *notioribus, & prioribus, cauſisq; cõcluſionis*. Debet *ex cauſis* procedere; quia vt dicebamꝰ ſect. præced. demonſtratio inuoluit ſciẽtiam, quæ eſt cognitio rei per cauſam; & quidem neceſſariam, quia cauſa non mouet ad certam, & determinatã cognitionem effectus, niſi neceſſariò influat in illum, vt ibidem dicebamus. Deinde, cum quælibet cauſa ſit prior naturâ, & notior ſuo effectu, eo ipſo quod demonſtratio procedat *ex cauſis*, debet procedere *ex prioribus & notioribus* reſpectu effectus cogniti in cõcluſione. Eſt autẽ neceſſariũ, quod demonſtratio procedat ex cauſis proximis, & immediatis, quia vt dicebamus n. 7. nõ habetur perfecta ſcientia rei, niſi cauſa proxima illiꝰ attingatur. Deinde ſi res, quę per demonſtrationem attingitur, habeat etiam cauſam remotã eiuſdem generis, ac proxima, debet etiam ex illa procedere, ſaltẽ virtualiter demõſtratio, quia cũ hæc debeat eſſe ex primis, hoc eſt, ex principijs, quę demõſtrari nõ poſſint â priori in eodem genere cauſæ, quo effectus per illa demõſtrantur originẽ ducant neceſſe eſt à remotioribus cauſis, quando inter has, & effectus intercedunt aliæ proximiores.

34 Hæ cauſæ dicuntur notiores ſuo effectu: quia iſte cognoſcitur per cauſam; cauſa verò vel immediatè propter ſe ipſam, vel per ſuã cauſam. Si immediatè per ſe ipſam certũ eſt, eſſe notiorẽ, quia id, quod per ſe ipſum cognoſcitur, notius eſt in conſenſu omnium, quam id, quod cognoſcitur per aliud. Et idem dicendũ eſt, ſi cauſa cognoſcatur per ſuã cauſam: quia, cũ ad cognitionẽ vltimi effectus nõ ſolũ requiratur cognitio cauſæ proximæ; ſed etiã eorũ omnium, quę ad cognitionẽ talis cauſæ requirũtur neceſſariũ erit, quod cognitio effectus pluribus ſemper ad ſuã exiſtentiam indigeat, quàm cognitio

ſuæ cauſæ. Id autem, quod ad ſui cognitionem paucioribus indiget adminiculis, notius communiter exiſtimatur, quam id, quod pluribus eget. Quod cauſa debeat eſſe notior ſuo effectu, probat Ariſtot. ex illo communi proloquio. *Propter quod vnunquodque tale, & illud magis*, ex quo infert. quod, cũ effectus cognoſcatur propter cauſam; hæc erit magis nota, quam effectus.

35 Cæterũ eſt magna difficultas apud interpretes, in quo ſenſu ſit verum prædictum proloquiũ. Omiſsis aliorum ſententijs; dico cum P. Tolet. hic intelligendum eſſe, quando idem prædicatum cõuenit duobus, aut multis; ita tamẽ vt vni, vel reliquis cõueniat propter aliud tanquam propter rationem formalem, ratione cuius tale prædicatũ illis formaliter conueniat: & cum tam cauſa quam effectus ita cognoſcantur per demonſtrationẽ, vt iſte cognoſcatur propter illã tanquã propter rationẽ formalem illã attingendi, neceſſariũ eſt, quod illa ſit notior effectu.

Breuis toti⁹ definitionis explicatio.

36 EX dictis conſtat per ſingula verba definitionis explicari ſingulas formalitates demõſtrationis. Nam per prima vocem *ex veris*, explicatur veritas præmiſſarum: per ſecundam *exprimis* oſtenditur, ſupponẽdas eſſe præmiſſas, quæ non poſsint à priori demonſtrari per alias in eodem genere, in quo concluſio demonſtratur per illas. Deinde ponitur, *& immediatis* ad ſignificandũ præmiſſas ſuppoſitas fore tales, quibus aſſentiatur intellectus propter ipſas abſq; vllo medio, quod à priori, aut à poſteriori, aut alio quouis modo illum moneat ad ipſarum aſſenſum. Additur *notioribus*, vt oſtendatur obiectum præmiſſarum ita debere cognoſci propter ſe ipſum vt moueat intellectũ ad aſſenſum concluſionis, & propterea notius cenſendum eſſe, quam obiectum ipſius concluſionis.

37 Subiungitur *prioribus*, vt oſtendatur obiectum præmiſſarũ fore tale, quod prioritatem aliquã naturæ exerceat circa entitatem obiecti concluſionis. Cæterũ; quia non ſolùm dicitur priùs natura alio id, quod eſt cauſa illius; ſed etiã quidquid eſt conditio ad cauſandum, demum additur, *cauſiſq; concluſionis*, vt denotetur, ad perfectã demonſtrationẽ non ſufficere quanlibet prioritatẽ naturæ inter obiectum præmiſſarum, & obiectũ concluſionis; ſed neceſſariũ eſſe, quod illud aliquam cauſalitatem neceſſario exerceat circa hoc vel realem, vel rationis cum fundamento in ipſis rebus confictam. Quod autẽ demonſtratio debeat cõſtare ex prẽmiſsis certis, & euidentibus ſupponit Ariſt. tanquam certum, vt dicebamus ſupra n. 13. & ideo hic non meminit certitudinis, & euidẽtiæ. Præterea licẽt nõ nullæ ex prędictis particulis ſignificatum aliarum contineant: confusè tamen, & ideò alias addidit Ariſt. vt naturã demonſtrationis

om-

omnino exprimeret vel rudi vulgo ſcholaſticorum. Et ex his conſtat ad primam rationem dubitandi adductam ſupra initio huius ſectionis.

38 Dices: plures ſunt demonſtrationes *propter quid*, quæ non conſtant præmiſsis *primis*, & *immediatis*: ergo non benè definita eſt demonſtratio propter quid per ea verba. Antecedens cõſtat: quia ſæpè contingit vltimam proprietatem alicuius ſubiecti demonſtrari à priori, & nõ per eſſentiam; ſed per aliam proprietatem proximiorem, vt contingit, quando de homine demonſtratur riſibilitas ex eo, quod ſit admiratiuus, in hoc ſyllogiſmo, *Omne admiratiuum eſt riſibile, omnis homo eſt admiratiuus, ergo omnis homo eſt riſibilis*; atqui hæc demonſtratio eſt *propter quid*, vt ex ſe patet; & tamen non conſtat *ex primis*, quia præmiſſæ eius poſſunt a priori demonſtrari per alias proprietates priores, aut per ipſam ſcientiã hominis; neque conſtat *ex immediatis*, quia per effectus earũ proprietatũ deuenimus in ipſam cognitionem: ergo datur demõſtratio *propter quid* quæ non conſtat *ex primis, & immediatis*.

39 Reſpondeo duplici modo poſſe demonſtrari riſibilitatem de homine per hoc, quod eſt eſſe admiratiuum. Primò, ita vt in cognitionem potentiæ admiratiuæ deuenerimus per eſſentiam hominis, quæ eſt eſſe *animal rationale*. Secundo, ita vt non per eſſentiam hominis, ſed per effectus proprios potentiæ admiratiuæ, huius notitiam obtinuerimus. Si primo modo fiat demonſtratio, erit perfectè *propter quid*; quia licèt immediatè non ſit ex præmiſsis *primis, & immediatis*, remote ſaltẽ procedit ex illis: quod quidem ſufficit ad perfectam rationem demonſtrationis *propter quid*, ſiquidem id ſufficit, vt dicatur niti *primis, & immediatis*, & in illas vltimo reſolui. Si vero demonſtratio ſecundò modo contingat, vel cognitio potentiæ admiratiuæ ita deducta eſt ex cognitione effectuum, vt tunc temporis nitatur in iſta; & ſic ea demonſtratio non erit *propter quid*, quia licet immediatè nitatur in cognitione cauſę; remotè tamen nititur in cognitione effectus, & in illam vltimo reſoluitur, vel ita deducta eſt ex cognitione effectuum, vt iam non nitatur in iſta; ſed procedat ex ſpecie intelligibili obiecti, quã prima illa notitia reliquit in intellectu; & ſic erit quidem demonſtratio *propter quid*, quia nititur in cognitione cauſę; erit tamẽ imperfecta; quia nititur in cognitione cauſæ ex natura ſua ſupponentis aliam; ita tamen vt cognitionem huius, alterius adhuc remote non ſupponat, ac per conſequens non procedit *ex primis*.

40 Ariſtot. autem in præſenti, dum definitionem explicatam tradidit, non intendebat definire quancumque demonſtrationem *propter quid*; ſed eam ſolum quæ perfectam huius rationem participat. Hinc ad argumentum

in formâ, diſtinguo primum antecedens plures ſunt demonſtrationes *propter quid* imperfectæ, quæ non ſunt *ex primis*, concedo: perfectę, nego antecedens. Et deinde nego conſequētiā: quia hic nō eſt definitio demonſtrationis *propter quid* in tota ſua latitudine: ſed ſolùm prout comprehendit ea, quæ perfectam eius rationem inuoluunt: alioqui non ſibi cōſtaret Ariſtoteles.

De propoſitionibus de omni. *&* per ſe, *ac* de prædicato vniuerſali.

41 **P**Oſt explicatam prædictam definitionem addit Ariſtot. cap. 4. huius lib. Demonſtrationem debere procedere ex propoſitionibus de *omni*, & *per ſe*, & *de prædicato vniuerſali*, hoc eſt, vniuerſaliter conueniente ſubiecto. Propoſitiones de *omni* vocat in præſenti eas, quarum prædicatū ita conuenit ſubiecto, vt cōueniat etiā ſēper omnibus, quę ſub tali ſubiecto cōtinētur, ſi aliqua ſub illo contineantur. Talis eſt hęc, *nix eſt alba*, quia ita cōuenit albedo niui, vt ſemper omnibus ſub niue contentis cōueniat. Propoſitiones *per ſe* vocat eas, inter quarum prædicatum, & ſubiectum neceſſaria interuenit connexio. Tales ſunt eæ, in quibus prædicatum eſt de eſſentia, ſeu proprietas ſubiecti; vt, *homo eſt animal*; *homo eſt riſibilis*. Propoſitiones *de prædicato vniuerſali* vocat eas, quarū prædicatū ita per ſe conuenit ſubiecto, vt cū illo cōuertatur. Tales ſunt eę, in quibus definitio affirmatur de definito, aut differētia cōſtitutiua ſpeciei de ipſa ſpecie: vt, *homo eſt animal rationale*; *homo eſt rationalis*. Hinc conſtat omnem propoſitionem *de prædicato vniuerſali* eſſe *per ſe*, & *de omni*; & omnem propoſitionem *per ſe* eſſe de *omni*; non verò è cōtra: quia propoſitio de *omni* latius patet, quā propoſitio *per ſe*; & hæc latius, quam propoſitio *de prædicato vniuerſali*, vt conſtat ex ſupra poſitis exemplis, & ideò ea comparātur inter ſe tāquàm inferius, & ſuperius.

42 Hæc tria comprehendit Ariſtot. in definitione ſupra dictā; nam, eo ipſo quod demonſtratio perfecta *propter quid ſit ex primis & immediatis*, debet procedere ex pręmiſſis in quarū vna affirmetur eſſētia de proprio ſubiecto, & in aliā, prima proprietas de eſſentia; vt cōtingit in hac demōſtratione, *omne animal rationale eſt capax diſciplinæ*: *omnis homo eſt animal rationale*; *ergo omnis homo eſt capax diſciplinæ*; atq; adeò debet eſſe ex propoſitionib⁹ de *omni*, quia prædicatū illarū ita cōuenit ſubiecto, vt comprehendat ſemper omnia quæ ſub illo cōtinentur. Deinde ſunt *per ſe*; quia inter prædicatum, & ſubiectū neceſſaria interuenit connexio, prætereà ſunt *de prædicato vniuerſali*; quia conuertitur cū ſubiecto illo. Et inde etiā colligitur, quod demonſtratio debeat eſſe *ex proprijs*, quia nihil aliud eſt magis propriū alicui⁹ ſubiecti, quam quod eſt de eſſentia, aut proprietas illius. Hinc conſtat,

ſtat, non opus fuiſſe, ea verba ponere in definitione demonſtrationis: tum quia non magis expreſsè eius naturam declarant quam verba in ea poſita, tum etiã quia tot verborum aggregatione obſcura fieret definitio. Ex quo ſoluitur ſecunda ratio dubitandi adducta initio ſectionis contra definitionẽ demonſtrationis.

43 Rogas; An propoſitio *immediata* ſit idẽ, ac propoſitio *per ſe nota*? Reſpondeò affirmatiuè: quia propoſitio *per ſe nota*, vt voces ipſe præſeferunt, eſt illa, quæ propter ſe ipſam attingitur, & nõ per aliquod mediũ: atqui hoc idẽ diximus eſſe propoſitionem *immediatam*: ergo propoſitio *immediata* eſt idem, ac propoſitio *per ſe nota*. Propoſitionem per ſe notam diuidit Ariſtotel. in varia membra, quæ lubens omitto, quia ſunt parui momenti.

SECTIO IV.

Diuiſio demonſtrationis in quia, *&* propter quid *explicatur.*

44 Demonſtratio diuiſa eſt ab Ariſtot. in *quia*, & *propter quid*. Demonſtratio *propter quid* dicitur illa, quę non ſolùm probat paſsionem in eſſe ſubiecto; ſed etiã oſtẽdit *propter quid* illi cõueniat, quod quidem tunc ſit, quando in premiſsis adducitur propria cauſa talis paſsionis ita diſpoſita cum ſubiecto, vt ex ea in concluſione ipſa paſsio de ipſo ſubiecto euincatur. Hęc autem demonſtratio erit omnino perfecta, ſi per præmiſſas adęquata cauſa tam proxima, quam remota formaliter, aut virtualiter attingatur. Si vero aliqua ſolum ex cauſis proximis, vel ſi omnes proximæ; remotæ tamen, è quibus proximæ per ſe dependent, neque formaliter, neque virtualiter attingantur, non erit perfecta demonſtratio, vt conſtat ex ſuperius dictis. Formaliter dicuntur attingi omnes cauſæ, quãdo expreſse cognoſcuntur, omnes, ita vt non ſolum intellectus effectum vltimum per cauſas proximas, ſed etiam has per remotas vſque ad primam actualiter attingat. Virtualiter dicuntur attingi cauſæ remotæ, quando proximæ, licet actualiter non cognoſcantur per illas, deductæ tamen fuerunt ex illis taliter, vt facilè adduci poſsint in ratione cauſarum proximarum.

45 Circa demonſtrationẽ *quia* eſt maior difficultas: nam aliqui recentiores eam confundunt cum demõſtratione *à poſteriori*, & ideò docẽt eſſe cognitionem cauſæ per effectum. Sed neſcio, quo fundamento ad id fuerint inducti. Nam Ariſt. dùm de his loquitur, in eo diſtinguit has demonſtrationes; quod per vnam non ſolùm ſcimus rem eſſe; ſed etiam *propter quid* eſt: & ideò vocat eã *propter quid*: per aliam verò ſolúm ſcimus, rem eſſe; & ideò vocat eam, *quòd*, hoc eſt, per quam ſcimus, *quod res eſt*. Vndè particula *quia*, per quam

authores communiter hanc demonſtrationem ſignificant, nõ eſt particula cauſalis; ſed mera coniunctio idem ſignificans, ac, *quòd*, hoc eſt, *quod res eſt*.

46. Igitur quilibet ſyllogiſmus rem aliquam certo, & euidenter attingens; ita tamen vt illam non attingat propter eius cauſam propriam, & neceſſariò influentem in illam, dicitur demonſtratio *quia*, ſeu *quod*, nam per talem demonſtrationem ſolum cognoſcitur *quod res eſt*, vel *quod non eſt*, abſque eo, quod *propter quid* eſt attingatur: & propterea ad eam pertinent omnes demonſtrationes, quæ non ſunt *propter quid*. Demonſtratio *quia* diuiditur ab Ariſtotele in eam; quæ habetur per effectum, & ideo dicitur *à poſteriori*, vt cum rationalitas deducitur ex riſibilitate; & in eam, quæ habetur per cauſam remotam, in cuius exemplum adducit hanc, *omne quod reſpirat, eſt animal; ſed lapis non eſt animal; ergo lapis non reſpirat*: cauſa enim proxima reſpirationis non eſt animal; ſed habere pulmones: & ideò negatio animalis non erit cauſa proxima negationis reſpirandi; ſed remota. Hinc deducunt aliqui, omnem demonſtrationem, quæ habetur per cauſam remotam ſine interpoſitione proximæ, eſſe *quia*, & non *propter quid*.

47. Sed diſtinctione opus eſt: nam cauſa remota, vel talem habet connexionem cum effectu, vt ea poſitâ ponatur neceſſario effectus; vel non habet hanc connexionem. Si hoc vltimum, non poterit determinare intellectum ad effectus cognitionem; quia ſicut ipſa poteſt eſſe ſine effectu, ita & cognitio eius eſſe poterit ſine cognitione effectus, ac per conſequens, cum quælibet demonſtratio inuoluat cognitionem vnius ex alio, ad nullam deſeruire poterit. Si dicatur primum: vel cognoſcitur cauſa remota, ita vt etiam cognoſcatur vt cauſa neceſſaria effectus, & ſic pertinebit ad demonſtrationem *propter quid*; nam hæc eſt cognitio rei per cauſam neceſſariam, & quod illius eſt cauſa neceſſaria, vt ſupra dicebamus: vel ita cognoſcitur, vt non cognoſcatur vt cauſa; ſed ſolùm vt res, quæ ſemper coniungitur cum effectu præſcindendo ab eo quod ſit cauſa, vel non; & ſic non poteſt deſeruire ad demonſtrationem *propter quid*; quia ad hanc non ſufficit eſſe cauſam. Sed eſt etiam neceſſarium, quod vt talis cognoſcatur: & propterea pertinebit ad demonſtrationem *quia*, ad quam pertinent omnes, quæ non attingunt rationem demonſtrationis *propter quid*.

48. Ariſtoteles ergo dum demonſtrationem, quæ habetur per cauſam remotam, reuocat ad demonſtrationem *quia*, loquitur de causâ remota nõ cognita vt talis ſed ſolum vt res, cum qua ſolet eſſe cõiunctus effectus & in hoc ſenſu ſumit negationẽ animalis ad probandam negationẽ reſpirationis,

vt conſtat ex contextu, in quo eã demonſtrationem comparat cum illâ, in quâ ex negatione prædicati ſuperioris infertur negatio inferioris, quæ quidem non infertur ex illa tanquam ex cauſa: ſed tanquam ex aliquo, quod ſemper cõiungitur cum negatione inferioris prædicati.

49. Hic eſt difficultas: an diuiſio demonſtrationis in *quia*, & *propter quid*, ſit generis in ſpecies: vel analogi in analogata? Ratio dubitandi ſumitur ex Ariſt., qui initio horum librorum agens de demonſtratione ita abſolutè definit: demonſtrationē *propter quid*; ac ſi ſub illo nomine ſola hæc comprehenderetur: ergo ſentit, ſolā demonſtrationē *propter quid* eſſe abſolutè, & propriè demonſtrationem, demonſtrationē verò *quia*, ſecundū quid ſolùm; & per analogiam quādam ad illam. Si autem hæc eſt ſolùm demonſtratio ſecūdùm quid; & per analogiam ad illam, diuiſio demonſtrationis in has duas, erit ſolū analogi in analogata attributionis.

50. Nihilominùs dicendum eſt prædictam diuiſionem eſſe generis in ſpecies. Ratio eſt: quia demõſtratio vt ſic conſtituitur in eſſe talis per hoc; quod eſt eſſe ſyllogiſmum certum, & euidentē, ſed hæc ratio eſt communis, & vniuoca demonſtrationi *quia*, & *propter quid*: ergo diuiſio demonſtrationis in hæc membra eſt vniuoci in vniuocata: ergo, & generis in ſpecies, quia iuxta doctrinam in ſuperioribus traditam, conceptus vniuocus, qui diuiditur in mēbra eſſentialiter diſsidentia non poteſt non eſſe genus reſpectu illorum. Maior eſt certa: quia omnis ſyllogiſmus aut eſt fallax: aut probabilis, aut demonſtratio: hæc autem ſufficienter diſtinguitur à fallaci, & probabili ex eo, quod ſit ſyllogiſmus certus, & euidēs: atque adeò per hanc rationē debet cōſtitui in eſſe demōſtrationis. Minor probatur, nā à demōſtratione *quia* & *propter quid* præſcindi poteſt ratio ſyllogiſmi certi, & euidētis; cum poſsit concipi ſine illis, vt cōſtat: deinde non tranſcendit earū differentias, vt facile conſtabit ex pendenti: ergo ea ratio eſt vniuoca reſpectu harū demonſtrationū. Ariſtotel. autem in initio horum librorū abſolutè definiuit demonſtrationē *propter quid*: quia eſt perfectiſsima, & eâ cognita, facile erat alterius naturam declarare.

SECTIO V.

Expediuntur aliqua de Scientia.

51. DEmonſtratio conſtat præmiſsis, & cōcluſione. Præmiſſæ dicūtur principia, & intelligentiæ, & habitus illis reſpondentes dicūtur intellectꝰ: cōcluſio verò appellatur ſciētia; & propterea ſciētia dicitur acquiri per demonſtrationem hoc eſt, per præmiſſas demōſtrationis. Dicitur præterea ſciēntia diſcurſiua, quia acquiritur per diſcurſū. Hæc ergo diuiditur in ſciētiā *quia*, & *proter quid*.

Scien-

Scientia *propter quid* eſt cognitio certa, & euidens rei deducta ex cognitione certa, & euidente cauſæ neceſſariæ vt talis, ipſius rei. Hæc dicitur ſciētia *à priori*, quia habetur per cauſam rei cognitam vt talem Scientia *quia* eſt quælibet cognitio certa, & euidens deducta ex præmiſsis certis, & euidentibus, quæ non contineant cauſam rei cognitæ, vel ſi eam contineant, non tamen cognoſcatur vt talis. Hæc aliquando habetur per effectum, & tunc dicitur ſcientia *à poſteriori*; aliquãdo per ſignum; aliquando per aliquod extremum ita connexum cum altero extremo, vt illud non poſsit eſſe ſine iſto. Tales ſunt cõcluſiones, per quas prædicatum ſuperius deducitur ex inferiori, aut eius differentia. Hæc omnia ſatis probata manēt ex dictis pro demonſtratione *quia*, & *propter quid*. Hinc conſtat, latius patere diuiſionem ſcientiæ in *quia*, & *propter quid*, quã in ſcientiã à *priori*, & à *poſteriori*: nã ſcientia *quia* extenditur ad omnes, quæ ſunt per cauſam; ſcientia vero à *poſteriori*, ad illas ſolum, quæ habentur per effectus.

5 Deinde ſcientia diuiditur in *ſubalternantē*, & *ſubalternatam*. *Subalternata* dicitur illa, quæ cõtinetur ſub aliã. *Subalternans* illa ſub qua altera continetur. Cæterum duplici modo poteſt vna ſub altera contineri. Primo ratione principiorũ, tunc videlicēt, quando una aſſumit principia, quæ in altera demonſtrari ſolent tanquã concluſiones propriæ illius. Hac ratione Medicina ſubalternatur Philoſophiæ, quia illa probat calida frigidis curanda eſſe, ex eo quod *oppoſita curari debent oppoſitis*, & *calida opponũtur frigidis*. Hæ verò præmiſſę demonſtrantur in Philoſophia, ad quam pertinet probare, tum quod oppoſita curari debent oppoſitis, ex eo, quod vnum oppoſitum deſtruitur per aliud: tum quod calida opponuntur frigidis ex eo, quod mutuo ſe expellant. Secundo poteſt vna ſcientia ſub altera contineri ratione ſubiecti; tunc videlicēt quã de ſubiectum vnius ſub alterius ſubiecto continetur, ita tamen vt ſupra illud addat differentiam aliquam accidentalem, ratione cuius attingatur à ſcientia ſubalternata; nam, ſi differentiam ſolùm eſſentialem addat, non erunt duæ ſcientiæ; ſed vna ad quã pertineat non ſolum naturam generis, sed etiam ſpecierum, quæ ſub illo continentur; ſedulo inueſtigare. Vide, quæ diximus diſputat. vnica proæmial. ſect. 7. num. 127. & latius de his agam in lib. de Anim. Hac ratione Geometria ſubalternatur Philoſophię quia ad huius ſubiectum pertinet quantitas ſecundum ſe: Geometriæ verò ſubiectum eſt quantitas, prout ſubeſt huic, uel illi figuræ, triangulo videlicēt, aut quadrangulo, &c. Prætereà diuiditur ſcientia in practicam, & ſpeculatiuam, de quibus nonnulla dixi in proæmio Logicæ ſect. 8. dicturus reliqua in lib. de Ani.

De-

Demum diuiditur ſcientia in ſciẽtias omnes particulares, vt in Philoſophiam, Logicam, Mathematicam, &c. De quibus in ſuis locis.

54 Hic eſt difficultas primò: An ſcientia debeat eſſe de neceſſarijs, & perpetuis? Pro hui⁹ deciſione noto, duplex eſſe neceſſarium vnũ, ſimpliciter, & abſolutè, quod independẽter à qualibet ſuppoſitione non poteſt non eſſe, ſeu aliter ſe habere. Talis eſt Deus, & cõnexio prædicatorum eſſentialium cuiuslibet rei. Alterũ neceſſarium eſt, ex ſuppoſitione, quod quidẽ, licet abſolutè loquendo ſit cõtingẽs, tamen, factâ aliqua ſuppoſitione, nõ poteſt non eſſe. Talis eſt deſtructio vnius cõtradictorij ex ſuppoſitione quod ponatur aliud licèt enim tã eſſe albedinis in ſubiecto, quàm non eſſe illius ſit ſimpliciter, & abſolute cõtingens; tamẽ ex ſuppoſitione, quod albedo ſit in aliquo ſubiecto, neceſſarium eſt, quod non ſit in illo nõ eſſe ipſius albedinis. Deinde *neceſſarium ex ſuppoſitione* poteſt eſſe neceſſariũ neceſsitate phyſica, vel metaphiſica, Neceſsitate phyſica dicitur neceſſariũ, quod non poteſt aliter ſe habere ex vi cauſarũ naturalium, benè tamen de potentia Dei abſoluta. Neceſsitate metaphyſica eſt neceſſariũ, quod adhuc de potentia Dei non poteſt non eſſe. His poſitis.

55 Dico ſcientiam non ſolùm eſſe de neceſſarijs neceſsitate abſoluta, ſed etiã de neceſſarijs ex ſuppoſitione. Probatur: nã ratio propter quam ſcientia debet eſſe de neceſſarijs, eſt, quia debet eſſe talis, ut illi nõ poſsit ſubeſſe falſum: hanc aſsignat Ariſt. & communiter authores: ſed, ſi verſetur circa neceſſarium ex ſuppoſitione, non poterit illi ſubeſſe falſum, ergo poteſt eſſe de neceſſarijs ex ſuppoſitione. Minorẽ probo: quia impoſſibile eſt, quod ex ſuppoſitione, quòd Petrus exiſtat, nõ ſit albus, aut nõ albus, & quod ignis ex ſuppoſitione, quod applicetur paſſo capaci, nõ calefaciat: ergo cognitioni affirmanti vnã ex iſtis propoſitionibus non poteſt ſub eſſe falſum. Prçtereà talis cognitio dicetur eſſe de perpetuis: quia ſicut obiectũ eius eſt neceſſariũ ex ſuppoſitione, ita etiã, ſeruatâ eâ ſuppoſitione erit perpetuũ. Eſt tamẽ aduertendũ, quod quãdo, facta ſuppoſitione, obiectũ eſt neceſſarium neceſsitate tantũ phyſica ſemper inuoluitur in aſſenſu talis obiecti conditio quædã implicita, nempè, quod ſic fiet, ſi miraculoſe nõ impediatur.

56 Secundo eſt difficultas: an ſcientia debeat eſſe de vniuerſalibus? Ratio dubitandi ſumitur ex Ariſt. aſſerẽte plurib⁹ in locis, de ſingularibus non dari ſcientiam. Hic eſt diſtinguendum: nam vel ſermo eſt de ſcientia *propter quid*, vel de ſciẽtia *quia*. Rurſus ſciẽtia *propter quid* vel poteſt eſſe de proprietate per conceptum primariũ rei, vel de quolibet effectu perquãlibet cauſam. In primis certũ eſt, de ſingularibus poſſe dari ſcientiã à poſteriori: quia ex eo, quod Petrus

trus, v.g. bene diſcurrat in quacũque materia, certò, & euidenter colligitur, pollere pręſtanti in genio: & ex eo, quod hic ignis in tenſum calorem producat in quo uis paſſo applicato, certo, & eui denter colligitur, habere intenſiſſimum calorem.

57 Secundò certum eſt, poſſe de ſingularibus dari ſcientiã *propter quid* per cauſam aliquam illi extrinſecã quia ex eo, quod ignis ſit applicatus Petro, euidẽter de duco, Petrum concipere calorẽ: & ex eo, quod hæc corpora Cœleſtia tali motu moueantur, demõſtrãt Mathematici, futurã Ecclypſim Solis, aut Lunæ tali die, & tali hora. Tertio certũ eſt, poſſe de Deo, qui eſt ſingularis, haberi ſciẽtiã *propter quid*, per quã à priori demonſtrentur eius attributa per conceptũ primarium, & eſſentialem ipſius: quia per Philoſophiã naturalẽ ex eo, quod Deus ſit ens à ſe, conuincitur eſſe Omnipotentem, Omniſcium, &c.

58 De indiuiduis creaturãrum corruptibilium, vt ſunt indiuidua hominis, equi, &c. nõ poſſunt demonſtrari proprietates indiuidua les à priori per conceptum prima rium indiuidualem illorum: quia differentia indiuidualis vel nõ eſt principium aliquarum proprietatum, vt dicemus in lib. de Anim. vel, ſi eſt principium alicuius pro prietatis, adeò difficilis eſt nobis cognitu pro hoc ſtatu, vt nunquã poſsimus deuenire in certã cogni tionem illius, ac per conſequens, nec ex illa demõſtrare à priori talem prioritatem. De hac locutus eſt Ariſt. cũ negauit de ſingularibus dari ſcientiã. Difficultas huius cognitionis oritur ex frequẽti variatione morum, inclinationum, &c. in quolibet indiuiduo taliter, vt certo deprehendere nõ poſſimus, an peculiares inclinationes, quas in quolibet ſingulari experimur, proueniant ex propria eius naturã, vel potiùs ex tali, vel tali aſtrorum ac aliarũ cauſarũ externarum concurſu; his enim variatis, frequẽter variantur inclinationes, & affectiones indiuiduorum.

SECTIO VI.

De Syllogiſmo probabili, & fallaci.

56 SYllogiſmus probabilis eſt, qui ex propoſitionibus probabilibus coaleſcit. Propoſitio probabilis eſt *aſſenſus alicuius partis determinatæ, cum formidine. Aſſenſus* dicitur, quando eſt iudiciũ affirmatiuũ; erit verò *diſſẽſus* ſi ſit negatiuũ. Additur *alicuius partis determinatæ*, vt diſtinguatur à dubio, quod eſt actus neutri parti cõtradictionis determinatè aſſentiens, vel diſſentiens; ſed ſolũ indicans, non dari fundamẽtũ ad vni, vel alteri aſſentiendũ, aut diſſentiendum. Actus vero probabilis determinatè aſſerit, vel diſſentit vni ex partibus contradictionis. Denique dicitur *cum formidine*, quia non ita certò adhæret intellectus illi parti, vt putet, non

poſſe

poſſe, aliter ſe habere; ſed ſimul cum aſſenſu probabili admittere poteſt iudiciũ reflexum, quo iudicat propoſitionẽ, cui aſſentit poſſe eſſe falſam (in quo iudicio reflexo cõſiſtit formido) & proptereà talis aſſenſus, quatenùs ex ſe eſt, poteſt admittere falſitatẽ. Eſt tamen aduertendum; quod adhoc, vt detur aſſenſus probabilis, non eſt neceſſariũ, quod ſimul cũ illo detur formido; ſed ſufficit; quòd ipſe ex naturá ſuà poſsit admittere formidinem.

60 Per hanc particulam ſecernitur propoſitio probabilis à certa, & ab euidẽte: quia euidens ſecũ non patitur formidinẽ; neque certa admittit falſitatem, vt latè probo in lib. de Anim. Porrò hæc formido poteſt prouenire aſſenſui probabili vel ex obiecto, quia videlicèt, iſtud eſt contingens, & fallibile, potens eſſe, & nõ eſſe: vel ex principijs, quibus nititur talis aſſenſus, quia, videlicet, & ſi obiectũ ſit in ſe neceſſariũ; tamen non recte penetratur ab intellectu talis neceſsitas, aut connexio prædicati cum ſubiecto.

61 Ex præmiſsis probabilibus oritur cõcluſio etiam probabilis; quæ dicitur opinio; & generat in intellectu habitũ, qui eodẽ nomine nũcupatur. Deinde hæc cõcluſio aliquãdo oritur ex præmiſsis, quibus probabiliter aſſentit intellectus propter ipſas, & ideo dicũtur probabiles ex aprehenſione terminorum: aliquando vero ex præmiſsis, quibus nõ aſſentitur intellectus propter ipſas; ſed propter alias vſque ad aliquas primas; quibus aſſentiatur propter ipſas. Hic diſputant aliqui: an opinio ſimul cum ſcientia eſſe poſsit in eodem intellectu circa idẽ obiectũ? Ego verò opportunius id tracto in lib. de Anim.

62 De ſyllogiſmo probabili, & opinione egit Ariſt. per octo libros Topicor. in quorum ſeptem totus eſt Philoſophus in inueſtigãdis locis, ex quibus deſumi poſsint argumenta, & media ad probabiliter differendũ de quacunque re. In lib. verò octauo loca inuenta diſponit in modo, & figura taliter vt varios ſyllogiſmos probabiles ex eis cõficiat. Proptereà vocauit hos libros Topicorũ, hoc eſt, locorũ; quia *Topos* Græce idẽ eſt, quod Latinè *locus*, & *Topicos*, idem, ac *ars inueniendi loca*. Tot ſunt hæc loca apud Philoſophũ, vt difficile capi poſsint, proptereà nõnulli ea ad decẽ tantum reduxerunt. Nẽpè ad locũ *a cauſis; ab effectibus; à ſubiectis ab adiunctis; á diſſentaneis*, hoc eſt diſparatis, ſeu oppoſitis; *à cõparatis*, hoc eſt, ab his, à quibus paritas ſumi poteſt; *à nomine*, hoc eſt ab interpretatione ſermonis, ſeu etimologia nominis; *à definitione, á diuiſione*; & denique *à teſtimonio*. Ex his facile quis poterit medium aliquod ſumere ad probabiliter differendum in quacunque materia.

63 Syllogiſmus fallax dicitur ſophiſtica quædam, & captioſa ratiocinatio ex apparentibus propoſitionibus cõſtãta ad decipiẽdũ reſpondentem. De hoc egit Ariſt. in

duo-

duobus libris Elenchorum ſic dictis à nomine Græco *Elenchos*, quod latine eſt idem, ac *redargutio* ordinata ad decipiẽdum. Hic ſyllogiſmus poteſt eſſe fallax vel ratione materiæ tantũ; quia licet ſit rectè diſpoſitus in forma, & figura, prædicatum tamen maioris, aut minoris, aut non conuenit ſubiecto, licet videatur cõuenire, aut ſi conuenit in vno ſenſu, non tamen in alio. Vel eſt fallax ratione formæ tantum, quia licet propoſitiones ſint veræ tamen non ſunt rectè diſpoſitæ in formà ſyllogiſticà. Vel eſt fallax ratione vtriuſque, hoc eſt, ratione materiæ, & ratione formæ. Si fuerit fallax primo modo, examinandæ ſunt attẽtè præmiſſæ, & negãda vel diſtinguenda illa, in qua dolus continetur. Si fuerit fallax ſecundo modo, cõceſſà maiori, & minori, negãda eſt cõſequentia, & aſſignandus eſt defectus ſyllogiſmi: quod facile fiet, ſi in prõptu ſint regulæ quas lib. 5. Inſt. Dialect. c. 5. dedimus ad dignoſcendã ineſficaciam ſyllogiſmorũ ex defectu formæ. Deniq; ſi fuerit fallax tertio modo reſpõdebis, vt malueris vel oſtendendo vitiũ materiæ, vel defectũ formæ. An verò ſyllogiſmus fallax ſit propriè ſyllogiſmus an potius metaphoricè? cõſtat ex dictis in Inſt. Dialect. lib. 1. ca. 7. n. 28. & hæc de tota Ariſt. Dialecticà. Reliqua quę ad lib. de Priori, & Poſt. reſolutione pertinent, dabo in lib. de Anima.

IN.

Digitized by Google

INDEX RERVM. QVÆ IN HOC VOLVMINE contiuentur, in quo prior numerus paginam, poſterior marginis nume-rum dicat.

A.

Abſtractio, Abſtractum.

ABſtractio à materia eſt triplex Pap.41.num.109. & ſeqq.

A nulla ex his abſtractionibus de ſumitur ſpecies ſcientiæ, p.42. n.112.

Quid ſit abſtractum, p.234.n.1.

Abſtractum, & concretum variè diuiduntur. Ibid, n.2.

Abſtractū, ſicut & concretū aliud phyſicum; aliud metaphyſicū, p.238.n.11. & 12.

Ea, quę ſunt abſtracta phyſica poſſunt eſſe cōcreta metaphyſica, p.240.n.15.

Abſtractum; ſicut & concretum aliud primæ intentionis; aliud ſecundæ. Ibid.n.16.

Nullum abſtractum metaphyſicū ſiue genericum, ſiue differētiale vere prędicatur de abſtracto ſpecifico; neque hoc de indiuiduali in ſenſu formali, p.245.n. 28. & 29.

Abſtractum metaphyſicū de alio abſtracto metaphyſico nō prædicatur verê adhuc in ſenſu idētico, p.246.n.30.

Abſtractum genericum, ſeu differentiale nunquam poteſt vere prædicari de concreto ſpecifico, aut abſtractum ſpecificum de concreto indiuiduali, pag. 251.n.40.

Y.. Præſciſsio, Grad. Prædicatio.

Accidens.

Quibus definitionibus definierit accidēs Prophirius, p.205.n.2

Accidēs aliud ſeparabile; aliud inſeparabile. Ibid.

Accidens ſecundum ſe ſumptum aliud prædicabile, aliud entitatiuum, p.212.n.21.

Explicantur definitiones accidentis allatæ à Porphirio, p.213.n 21. & ſeq.

In definitione accidētis verba illa, *quòd poteſt adeſſe, & abeſſe* nō ſunt intelligēda de abſentia & præſentia reali; ſed per cognitionem, p.216.n.30. & ſeq.

.. quo diſtinguatur accidēs àpro..io, p.217.n.33.

Acc.. ..s vt Vniuerſale, & Prædicab.. ..efinitur, p.218.n.36.

Acciden.. ..t tale non eſt vniuerſale reſpectu propriorū inferiorū ſed reſpectu ſubiectorū, in quibus recipitur. Ibid.n.37.

Accidēs nō eſt vniuerſale uniuerſalitate accidentis in abſtracto ſumptū; ſed in cōcreto, p.216. num.38.

An accidens in cōcreto ſit vniuerſale reſpectu ſubiectorum, quæ actu non afficit forma talis cōcreti? p.220.n.42. & ſeq.

An, vt accidēs ſit vniuerſale reſpectu ſubiectorū, requiratur, ſingula habere ſingulas albedines an vna in omnibus ſufficiat? p. 223.n.47.

Ac.

Accidens aliud phyſicum, aliud logicum, p. 327. n. 1.

Accidens phyſicu aliud reale, moda le aliud, p. 328. n. 2.

Quibus modis poſsit accidẽs phyſicũ ſubſtantiã attingere. Ibid.

Quomodo ſubiectum afficiat accdens modale. Ibid. n. 3.

Quid ſit accidens prædicamentale in tota ſua latitudine ſumptũ p. 329. n. 4. & 5.

Quid ſit accidens phyſicũ, prout comprehendens omnia accidẽtia phyſica tàm realia, quã modalia. Ibid. n. 6. & ſeq.

De eſſentia accidentium realiũ, prout à modalibus diſtinguuntur eſt inhærentia aptitudinalis, p. 331. n. 9.

De eſſentia accidẽtium modaliũ, quę ſe ipſis vniũtur ſubiecto, & ſe ipſis in illo recipiuntur, eſt in hærentia actualis, p. 331. n. 10.

De eſſentia eorum accidẽtiũ modaliũ, quę ex natura ſu[illegible]rtunt non recipi in ſubiect[illegible], nõ eſt in hæreutia actualis, [illegible]ut aptitudinalis; ſed ſolum adhærentia actualis, p. 332. n. 11.

Ad quæ poſsit comparari accidẽs vt ſic? p. 332. n. 12.

Accidens prout abſtrahit à cõpleto, & incõpleto, non tranſcẽdit omnes differentias, p. 333. n. 14

Accidens cõpletũ non eſt vniuocum ad nouem prædicamenta accidentium. Ibid.

Nequit ab accidenti reali, & modali abſtrahi vna ratio accidentis, quæ ſit vtrique eſſẽtialis, p. 334. n. 17. & ſeq.

Cõcedenda eſt vna ratio accidentis realis, altera modalis, quarũ quælibet præſcindi queat à ſuis inferioribus, p. 335. n. 19.

Qui modi cõprehendãtur ſub ratione accidẽtis modalis? p. 336 num. 22.

Accidens prædicamentale, prout cõprehendit omnia accidentia phyſica, & logica eſt analogũ analogia proportionalitatis. Ibid. n. 23.

Qua analogia ſit analogum accidens phyſicũ, prout cõprehendit omnia accidentia tã realia, quam modalia? p. 337. n. 25.

Accidens phyſicũ reale eſt analogum analogia tranſcendentiæ reſpectu omnium accidẽtium phyſicorũ realium. Ibid. n. 26.

Nequit dari conceptus vniuocus ſubſtantiæ, & accidenti phiſico qui vtriq; ſit eſſentialis, p. 339. n. 30. & 31.

Nequeunt omnia accidẽtia pertinere ad vnum prædicamẽtum, p. 348. n. 6.

An accidẽtia ordinãda ſint in prædicamentis in cõcreto phyſico vel in abſtracto? p. 350. n. 11.

Accidẽtia in cõcreto, quomodo ſubiectũ, & formã inuoluãt? Ib.

In accidentibus panis, diſtinctis à quãtitate impenetrabilitas, vt pote impertinens, eſt neganda, p. 387. n. 20.

Actio, & Paſsio.

Actio extrinſecè agẽs, terminum verò productũ intrinſecè afficit, non tanquã inhæſionis, ſed tanquam adhæſionis ſubiectũ, p. 338. n. 27.

Actio, & poſsio nõ conſtituuntur

ſub

ſub vno genere dependentiæ vt ſic? p. 348. n. 7.

Actio quid ſit, & quotuplex, pag. 475. n. 1. & 2.

Actio eductiua eſt realiter actio, & paſsio, p. 476. n. 2.

De hac locutus eſt Ariſt. quotieſcunque agit de actione. Ibid.

Actio eductiua, & paſsio nõ diſtinguãtur adhuc formaliter ratione ratiocinata. Ibid. n. 7.

Agens, & patiens in ratione taliũ diſtinguuntur ſaltem formaliter. Ibid.

Non datur duo diſtincta prædicamenta actionis, & paſsionis, ſed agentis, & patientis. Ibid.

Diuiſio horum prædicamẽtorum in ſuas ſpecies. Ibid. n. 4. & ſeqq.

Videns. Vide *Habitus*. *Logica*.

Æquiuoca.

Quid ſint æquiuoca, p. 297. n. 9.

Analoga. *Analogia*.

Analogorũ definitio, p. 303. n. 25 & 26. Quæ requirãtur ad rationem analogorum? p. 304. n. 27.

Quot ſint analogorũ ſpecies? Ibi. n. 28, & ſeq.

Quæ dicantur analoga propria, quæ impropria, p. 306. n. 31.

Quomodo definiantur analoga proportionalitatis? p. 308, n. 34

Proportionalitas eſt vera analogiæ ſpecies. Ibid. n. 35.

Quę ſint analoga tranſcendentiæ? p. 309. n. 37.

Quomodo intelligatur cõmune proloquiũ: *analogũ per ſe ſũptũ ſtat pro famoſiori analogato*? p. 311. n. 44. Diſtinctio analogiæ tranſcendentiæ & analogiæ attributionis: p. 326. n. 80.

Analoga non pertinent ad prædicamentum, p. 347. n. 4.

Vide *Ens accidens*.

Animal.

Diſtinctio inter ſignificata harum vocũ *animal*, & *animalitas*, p. 239. n. 13.

Vide *Vniuerſale*, Abſtractum.

Aptitudo.

Aptitudo ad eſſendum in multis alia fundamentalis, formalis alia, p. 106. n. 19.

Actus ad quẽ ordinatur aptitudo vniuerſalis non eſt exiſtẽtia in pluribus per identitatẽ realem ſed per cognitionem, quæ illã repræſentet. Ibid. n. 20. & 21.

Argumentatio: *Argumentum*.

In argumento probabili duo cõſideranda, p. 21. n. 54.

Ars Artifex.

Quid ſit ars in communi, p. 23. n. 56, & ſeqq.

Ars diuiditur in liberalem, & mechanicam, p. 23. n. 58.

An iudicium practicum dirigens artificem ſit vniuerſale? p. 25. n. 64. & ſeq.

An verſetur circa operationes ex ſe liberas, Ibid. n. 73.

Attributio. Vide *Subiectum*.

C.

Carentia.

Omnis carẽtia vt talis datur à parte rei, p. 262. n. 21.

Vide *Ens rationis*. *Negatio*.

Cognitio.

Dupliciter ordinatur ad opus, p. 56. n. 159.

Cognitio alia intuitiua, abſtractiua alia, p. 86. n. 3.

Cognitio abſtractiua poteſt vnum præ-

prædicatū abalio præſcindere. Ib.
Quid ad cognitionē præcedat, & quomodo hæc fiat, p. 1⁵⁹. n. 1, & 2
Cognitio abſtrahēs hominē à proprijs indiuiduis, & equū à ſuis nō diſtinguuntur ſpecie quo ad modū repreſentādi, p. 110. n. 31
Quid ſit cognitio directa, & quid reflexa? p. 277. n. 55.
Vide *Ens rationis*.
Compoſitio.
Cōpoſitio metaphyſica ex genere, & differētia ad ſimilis eſt phyſicæ ex materia, & forma, pag. 135. n. 4.
Quomodo compoſitio ſit diſtinctorum vnio, p. 172. n. 8.
Conceptus.
Quid requiratur ad hoc, vt inter cōcept⁹ reales eiuſdē rei detur diſtinctio formalis, p. 312. n, 47
An poſsit dari cōceptus vniuocus Deo, & creaturis, p. 339. n. 32.
Concretum.
Quid ſit concretum, p. 234. n. 1.
Concretū adiectiuum dicit ſubiectum in recto, & formam in obliquo. Ibid. n. 3.
Concreta ſubſtantialia ſubſtātiuè ſumpta dicunt vtramque partē in recto; ſed dicūt determinate illam, quæ primario, & per ſe ſignificatur per nomen, & alterā vagè, p. 236. n. 6. & ſeq.
Concretum accidentale ſubſtantiuè ſumptum vtramque partem dicit in recto determinate, pa. 238. n. 10.
An concreta ſubſtantialia phyſica dicenda ſint denominatiua, p. 302. n. 20.
Vide, *Abſtractū, Gen⁹ Prædicatio*
Cōtractio *Vide* differētia, diuiſio.
Contrarietas *Contrarium*.
Duplex diſtingui poteſt cōtrarietas, p. 374. n. 54.
Quæ cōtrarietas inueniatur in ſubſtantia. Ibid.
Explicatur definitio contrariorū p. 438. n. 29. & 30.
Calor, & frigus; &c. ſunt propriè contraria, p. 440, n. 33.
Nonus gradus caloris, neque cōtrariatur, neque opponitur cū octauo, & reliquis eiuſdē caloris. Ib.
Corpus.
Quid ſit corpus, p. 409. n. 67.
Cur corpus dicatur *continuum ad tris*. Ibid. n. 68.
An, in ſententia Zenonis circa nō poſitionē continui, linea, ſuperficies, &c. diſtinguantur ſpecie p. 411. n. 71.
Ex quibus componatur corpus in ſententia, Ariſt. Ibid. n. 72.
Corpus verè eſt ſpecies quantitatis, p. 412. n. 74.
Si daretur corpus infinitè extenſum pertineret ad hoc prædicamentum, p. 413. n. 75.
Quomodo ſuperficiei, & corpori conueniat impenetrabilitas, p. 416. n. 82.
D.
Definitio, Definitum.
Quotuplex ſit definitio, p. 73. n. 2.
Duplex apud Ariſt. aſsignatur, p 141. n. 17.
Quando poſsit definitio tradi per negationes, p. 217. n. 35.
Vide *Vnum*.
Demonſtratio.
Demonſtratio eſt ſubiectum attributionis Logicæ, p. 37. n. 98.

De-

Demonſtratio alia *quia*, alia propter *quid*, p.503.n.44.
Prima definitio demonſtrationis propter *quid*. p.489.n.6.
Explicatur definitio hæc, p.493. num.16.
Demonſtratio reddit nos ſciẽtes formaliter, & efficiẽter, p.493. num.18.
Secunda definitio demonſtrationis propter quid, p.494.n.19.
Obiectum præmiſſarũ huius debet eſſe cauſa obiecti cõcluſionis, p.495.n.21.
Qua ratione debeat eſſe *ex veris*? Ibid, n.22.
Qua ratione *ex primis*? p.496.nu. 24. & ſeq.
Quomodo ex immediatis? p.498. n.29. & ſeq.
Ex quibus cauſis debeat procedere, p.499.n.33.
Debet cõſtare propoſitionibus de *omni*, & *per ſe*, ac de *prædicato vniuerſali*, p.502, n.41. & ſeqq.
Quid ſit demonſtratio *quia*, & quotuplex? p.503, n.45.
Latius patet quã demonſtratio à poſteriori, p.504.n.47.

Denominatio,

Quid ſit denominatio extrinſeca p.269.n.37.
Omnes denominationes extrinſecæ prouenientes ſubiecto reali à forma reali, ſunt reales ſecundũ ſe, p.270.n.39. & ſeq.
Prout à nobis cognitæ, ſunt entia rationis, p.272.n.43.
Quibus modis denominatio ſumatur, p.300.n.16.
Vna, & eadẽ res non poteſt diuerſas denominationes intrinſecas ſubire ex ſola variatione extrinſeca connotati extrinſeci, pag. 457.n.36.

Denominatiua.

Quid ſint denominatiua? p.300. num.15.
An cõcreta ſubſtantialia, phyſica ſint denominatiua, p.302.n.20

Deus,

Simplex apprehenſio à Deo releganda eſt, p.285.n.77.
Deus nõ debet cognoſcere res aliter, ac ſunt in ſe, p.286.n.78.
Deus eſt primum ens, & perfectiſſima ſubſtantia: p.353.n.7.
Deus non collocatur in prædicamento ſubſtantię, p.361.n.28.
Vide *Ens rationis*.

Dialectica.

Dialectica vide dicta, p.2.n.1.
Vide *Logica*.

Differentia.

Differentia in communem, propriã, & propriiſſimam adæquatè diuiditur, p.177, n.1.
Quomodo genus per differentiam contrahitur, ad hanc, & illam ſpeciem. Ib.n.5. & 6.
Per cognitionem, per quam differentia genus contrahit, conſtituitur ſpecies, p.179.n.7.
Quæ requirãtur ad rationem differentiæ, p.182.n.13. & ſeq.
Sola differentia propriiſſima eſt verè, & propriè differentia, p. 183.n.16. & 17.
Diuiſio differentiæ in communẽ, &c. eſt analogi in analogata, p. 184.n.18.
An à differẽtiis propriiſſimis poſſit abſtrahi vnus conceptus faciendi differre, p.186.n.22.

Differentia ſpecifica in communi comparatur ad particulares; vt ſpecies logica, p.187.n.25.
Differētia infima, & ſubalterna in ratione faciendi differre ſolum numerice diſtinguuntur, pag. 189.n.27.
Differentia proprijſsima facit differre per operationem intellectus. Ibid.n.29.
Idem dicito de communi, & propria, p.190.n.31.
Differentia non includit formaliter genus tanquam partem, ex qua componitur, p.192.n.36.
Nullus gradus genericus, poteſt differentias inferiores tranſcendere, p.193.n.38.
Differentia inferior non includit formaliter ſuperiorem, p.195. n.41.& ſeq.
Quo ſenſu ſubſtantia tranſcendat differentias? p.196.n.45.
Quomodo differentia proprijſsima, vt prædicabilis definiatur p.199.n.53.
Sola differentia ſubalterna definitur à Porhirio, p.201.n.58.
Aſsignatur definitio omnes comprehendens, p.202.n.59.
An differentia ſit vniuerſalis reſpectu ſpecie, vel reſpectu inferiorum ipſius ſpeciei? Ibid. num. 60.& 61.
An poſsit eſſe vniuerſalis reſpectu ſpecie, & vnius tantum indiuidui? p.203.n.62.
An differentia vniuerſalis, vt ſic comparetur ad infimā, & ſubalternam, ut genus, p.203.n.63.

Dirigibilitas.

Alia formalis; alia radicalis, p,36. (n.97.
Dirigibilitas formalis operationū intellectus non poteſt eſſe obiectum formale Logicæ. Ibid.

Diſtintio.

Quid ſit, & quotuplex, p.75.n.2. & ſeq.
Diſtinctio fundamentalis datur à parte rei inter gradus eſſentiales, p.79.n.13.
Diſtinguuntur ratione ratiocinata, p.79.n.14.
Diſtinctio rationis ratiocinatę eſt duplex, p.85, n.2.
Quid ſit vtraque? Ibid.
Vide. *Præciſsio, Grad*°*; Diuiſio.*

Diuiſio.

Per quā cognitionē fiat diuiſio generis in ſpecies, p.181.n.11.
Quæ reperiantur in diuiſione generis vt totum potentiale eſt, p.181.n.22.
Membra bonæ diuiſionis non debent eſſe diſtincta à parte rei, p.387.n.19.
Docens. *Vide* Logica
Duratio. *Vide*, Quando.

E.

Effectus.

Si effectus aliquis ponitur ad præſentiam cauſæ naturalis tribuēdus eſt tali cauſæ: ni fides, aut ratio efficax oppoſitū ſuadeat, p.387.n.19.

Ens, Entitas:

Entitates incōpletæ aliæ ſunt partes eſſentiales: aliæ integrales p.130.n,91.
Quibus modis poſsit cognoſci nō ens vt ens? 290.n.88.
Quibus modis ens ſumi poſsit? p. 310.n.38.
Ratio entis inuenitur intrinſecè in

ſub-

ſubſtantiæ,& in accidenti. Ibi. num. 39.
Quæ comprehendat nomen *ens*? p. 311. n. 43.
Ratio entis tranſcendit, vſque ad vltimas differentias, p. 312. n. 46. & ſeq.
Ratio entis, nequit præſcindi ab inferioribus præſciſsione poſitiua: neque negatiua adæquata, p. 316. n. 57.
Ab omnibus entibus realibus præſcindi poteſt negatiuè inadæquatè, p. 317. n. 58. & ſeq.
In quo conſiſtat ratio entis realis? p. 318, n. 61.
Ratio entis nequit fieri formaliter vna ſimpliciter, p. 321. n. 67.
Ens non eſt vniuocũ Deo, & creaturis, ſubſtantiæ, & accidenti, p. 322. n. 70. & 71.
Reſpectu quorũ ſit ens reale analogum, analogia tranſcendentiæ p. 325. n. 77.
Ens eſt analogũ analogia attributionis reſpectu Dei, & creaturarum, ſubſtantiæ, & accidẽtis, p. 325. n. 78.
Nequeunt omnia entia creata ad vnum prædicamentũ reduci, p. 348. n. 6.
Ratio primi entis nequit eſſe ſupremum genus prædicamenti ſubſtantiæ, p. 356. n. 16.
Ens rationis.
Cur logicus diſputet de ente rationis? p. 253. n. 1.
Ens rationis varijs modis uſurpatur. Ibid. n. 1.
Quando fit ens rationis datur ex parte obiecti aliquid denuò in illo confictum, p. 256. n. 7.
Definitur ens rationis. Ibid. nu. 7. & ſeq.
In entib' rationis duplex poſsibilitas poteſt diſtingui, p. 257. n. 9.
Quãdo ens exiſtens, aut poſsibile cognoſcitur, vt impoſsibile ſit ens rationis. Ibid n. 10.
Dãtur entia rationis cum fundamento in rebus exiſtentibus extra intellectum, p. 259. n. 15.
Quomodo carentia ſit ens rationis? p. 262. n. 22.
In entibus rationis duplex diſtingui poteſt relatio, p. 263. n. 24.
An diuiſio entis rationis in priuationẽ: &c. ſit adæquata, p. 263. n. 25. & ſeq.
An fiat ens rationis, quando cõcipitur Angelus ad modũ iuuenis, p. 265. n. 28. & ſeq.
Ens rationis factum per ſimplicẽ apprehenſionem nõ deſtruitur per iudicium ſubſequens verũ, p. 274. n. 50.
Ens rationis fit etiam per iudiciũ, p. 265. n. 51.
Et per quamlibet cognitionẽ repræſentantẽ rem aliter ac eſt in ſe, p. 276. n. 53. & ſeq.
Nõ omnia entia rationis fiũt per cognitionem reflexam. p. 17. num. 59.
Plura non fiunt, niſi per cognitionem reflexam, p. 279 n. 61.
Ens rationis, neque per voluntatẽ neque per appetitum ſenſitiuũ fieri poteſt, p. 28. n. 66.
Voluntas nõ efficit ens rationis, p. 282. n. 67. Ens rationis, neq; à ſenſu externo, neque ab interno fieri poteſt. Ibi. n. 70.
Quibus modis poſsit intelligi; quod

quod Deus cognoſcat, & faciat entia rationis, p.284.n.73.
De⁹ cognoſcit entia rationis, pro vt facta, vel factibilia ab intellectu creato, p.289.n.86.
An ens rationis cognoſcatur à Deo per diſſenſum; an per aſſenſum, p.291.n.89.

Eſſentia.

Quomodo diſtinguatur in Deo eſſētia ab attributis, p.362.n.29

Extenſio.

Extenſio conſiſtit in forma poſitiua cōſtituente partes quantitatis in diuerſis locis, p.381.n.5.
Vide *Quantitas.*

F. *Forma.*

Forma materialis cōſtitutiua cōpoſiti ſubſtantialis eſt ſubſtantia, p.352.n.6. (n.8.
Forma dicitur *prima radix*, p.353
Forma non conſtituitur directe in prædicamento ſubſtantię, pag. 359.n.23.
Vide *Materia, Vnitas Vniuerſale.*

G.

Genus.

Genus duplex apprehenſionum, p.53.n.149.& 150.
Quomodo genus definiatur, pag. 134, n.1.& ſeq.
Cur in definitione, Generis ponatur particula *differentibus ſpecie*, p.138.n.7.
In definitione generis definitur concretū, prout dicit naturam in recto, & ſecundā intentionē in obliquo, p.140.n.15.
Genus in cōmuni non prædicatur in actù exercito de plurib⁹ ſpeciebus; ſed in actu ſignato, pag 143.n.22.
Genus de indiuiduis incōpletis ſibi reſpōdentibus non prędicatur vt genus, ſed vt ſpecies, p. 145.n.25.
Genus de indiuiduis cōpletis prædicatione immediata ex parte cognitionis prædicari poteſt, p.146.n.28.
Diuerſa relatione reſpicit indiuidua, ac ſpecies, p.147, n.30.
Genus vt tale eſſentialiter inuoluit reſpectū ad plures ſpecies, p.150.n.36.
Si natura animalis ad vnicam ſpeciē eſſet determinata, ad quod prædicabile pertinerent prædicationes, quib⁹ affirmaretur de indiuiduis? p.151.n.39.& ſeq.
Reſpectu cuius genus ſit totū, & reſpectu cuius pars, & quomodo, p.152.n.41.& ſeq.
Cur repugnet conceptus genericus, in quo Deus conueniat cū creaturis, p.364.n.32.
Vide *Diuiſio.*

Gradus.

Gradus eſſentiales re ipſa, & ante operationē intellectus ſunt inter ſe indiſtincti, & à differētia indiuiduali, p.77, n.8.& ſeq.
Hi gradus diſtinguūtur per rationē ratiocinatam, p.79.n.14.
Gradus eſſentiales objectiuè præſcindi impoſsibile eſt; ſec⁹ tamē formaliter, p.89.n.11.& ſeqq.
Quibus modis poſsit dubitari An grad⁹ ſuperior poſsit ab vno ſolo inferiori præſcindi, p.95.n. 30, & 31. In vno ſenſu poteſt gradus ſuperior prçſcindi negatiuè ab vna ſpecie, aut indiuiduo, quin à reliquis præſcindatur.

tur,p.95.n.32. Inprecipuoque ſtionis ſenſu nequit gradus ſuperior ab vno inferiori præſcindi, quin à reliquis preſcindatur p.97.n.35.& ſeq.
Vide *Diſtinctio.*

H.

Habere habitus.

Quomodo habitus generetur ex actibus,p.8.n.19.& ſeq.
Habitus logicæ docentis,& vtentis eſt idem,p.11.n.26.
An ſit idem ſecũdum eandem formalitatem,p,16.n.39.
Habitus actiuus eſt duplex,p.23. n.57. Prædicamentũ *habere* eſt denominatio extrinſeca. Eius ſpecies,p.479.n.10.
Quot ſint ſignificationes verbi *habere*,p.483.n.17.
Vide *Logica, Qualitas.*

I.

Impenetrabile. Impenetrabilitas,

Impenetrabile cum alio quid dicatur? p.380.n,4.
Impenetrabilitas eſt ratio formalis conſtitutiua quantitatis,p. 381.n.7.
Ex impenetrabilitate prouenit extenſio actualis, &c.p.382.n.8.
Et, quod quantitas poſſit diuidi in ſuas partes ab agente corporeo. Ibid.n.9.

Indiuiduatio indiuiduum.

Indiuidua alia metaphyſicè incõpleta;alia metaphyſice cõpleta,p.144.n.23.
Indiuiduũ dupliciter ſumitur, p. 166.n,28. (n.31.
Indiuidui variç diuiſiones,p.167
Indiuiduũ primò intentionaliter ſumptũ tria dicit vt tale,p.168 n.32.
Ab indiuiduis vt indiuiduaſũ trealiter, nequit abſtrahi vna ratio indiuidui communis omnibus, p. 169.n.34.& ſeq.
Poteſt ab indiuiduis abſtrahi una ratio *vnius*, quæ ſit communis omnibus,p.171.n,40.
An indiuiduum vagum ſit vna ratio communis omnibus indiuiduis,p.174.n.46.
Indiuiduum prædicabile quomodo definiatur,p.175.n.48.
An indiuiduum vagum prædicetur indiuidualiter;an vniuerſaliter,p.177.n.52.
Vide,*Prædicatio,Genus,*

Incluſio.

Quibus modis poſsit vna res in altera includi, p.415.n.79.&ſeq.

Intellectus.

Ex pręmiſsis euidẽtibus neceſsitatur ad aſſenſum concluſionis, quoad ſpeciẽ; non quoad indiuiduum,p.54.n.153,
Quibus ſpeciebus vtatur intellectus ad aliena obiecta cognoſcenda,p.267.n.33.
Vide,*Vniuerſale.*

Iudicium. (n.151.

Iudicium euidẽs duplex eſt;p.53
Iudicium eſt ſimplex quædam entitas,p.117.n.54.
Iudicium verum non deſtruit ens rationis factum per ſimplicem apprehenſionem , p.274.n.50.
Vide,*Artifex.*

L,

Libertas. *Vide*, Ars;Opus.

Linea.

Quid ſit linea, p.409.n.67.
Cur linea dicatur,*cõtinua ad vnũ* Ibid.n.68.

Linea in ſententia Ariſt. coaleſcit ex partibus in infinitũ diuiſibilibus,p.411.n.72.
Partes lineæ ſpecie diſtinguuntur à partibus ſuperficiei.Ibid.
Partes lineæ vniuntur inter ſe per puncta.Ibid.
Linea vere eſt ſpecies quantitatis p.412.n.74.
Linea, & ſuperficies ſunt entitates incõpletæ non ſolum prout indiuiſibiles,ſed & prout diuiſibiles,p.414.n.78.
Differentię lineę, & ſuperficiei nõ includũtur formaliter in ratione corporis,p.416.n.83.
Linea, & ſuperficies diſtinguũtur à corpore per conceptum poſitiuum,p.417.n.84.

Locus.

Quid ſit locus?p.419.n.89.
Non eſt ſpecies quantitatis diſtincta à ſuperficie.Ibid.

Logica.

Quid ſit Logica?p.3.n.2.
Quis ſit finis Logicæ.Ibid.
Quomodo ſit neceſſaria ad alias ſcientias,p.4.n.6.& ſeq.
Logicæ docẽtis varij actus,p.11 n.24,& 25.
Logica eſt vtens ſecundum omnes partes,p.12.n.28.
Logicę habit⁹ non acquiritur per actus vtẽtis,p.14.n.32.& ſeqq.
Act⁹ logicæ docẽtis, & vtẽtis ſunt diſtincti,p.16.n.38.&p.17.n.4
Logica ſecundum omnes partes eſt ſcientia,p.18.n.47.
Logica eſt ars,p.20,n.75.
Quibus modis dubitari poſſit de logica ſit ne vnus ſimplex habitus,p.43.n.106.
Logica nõ eſt vn⁹ ſimplex habit⁹ neq; cõpoſit⁹ ex partibus phyſicè vnitis,p.44.n.120.& ſeqq.
Logica eſt abſolutè practica,& ſecũdũ quid ſpeculatiua.Ib.n.158.
Vide, *Vniuerſale.*

M.

Materia, Materiale.

Cur materia non ſit prima radix form.p.354.n.9.
Materia non cõſtituitur directè in prædicamento ſubſtantiæ, ſed indirecte,p.359.n.23.
Materia, & forma ſubſtãtialis ſecũdũ ſe ſumptæ non ſunt primæ ſubſtantiæ,p.365.n.36.
Nequit dici, quod materia vt diſtincta à quãtitate ſolũ habeat partes in potentia, & nõ in actu p.392.n.30.& 31.
Materia prima, & cõpoſitũ ſubſtãtiale habent ratione ſui partes integrantes, quæ conſtituuntur per quantitatẽ impenetrabiles proximè,p.397.nu.42. & 43.
Quid inuoluat hoc, quod eſt materiam habere partes extenſas, p.399.n.46.
Si materia quantitate nudaretur, pręsẽs eſſet in loco,p.400.n.48
Materia quantitate nudata ab Angelo poſſet ad punctum ſpatij reduci: ſecus ab agente corporeo.Ibid.
Neq; materia, neq; quãtites ſunt per ſe requiſitæ ad diſtinguẽda indiuidua intra eandem ſpeciẽ infimam,p.402.n.52.& 53.
Ad indiuiduationẽ huius materiæ non pertinet hæc numero quãtitas.Ibid.n.54.& 55.
Vide, *Abſtractio, Quantitas.*

Mo-

Modus.

Quatuor ſunt modi per ſe, p. 484. num. 19. & ſeq.

Modi prioris. Vide prius, prioritas.

Modi ſimul. Vide ſimul, ſimulas.

Motus.

Quid, & quotuplex ſit, p. 420. n. 90. & 91.

Motus non eſt ſpecies quantitatis ratione partium ſubiectiuarum, p. 421. n. 93.

Neque ſucceſsiuus adhuc ratione partium ſucceſsiuarum p. 422. n. 95. & ſeq.

Motus rerum corporearũ, eſt quantum per accidens, p. 424. n. 100

N. *Natura.*

Natura realis, quę eſt obiectũ cognitionis vniuerſalis, eſt ipſa ſingularia cognita ſolũ, penes ordinem ad operationes, in quibus aſsimilantur, p. 103. n. 11.

Vide. *Vnitas, Vniuerſale, Genus.*

Neceſſarium, Neceſsitas.

Neceſſariũ quotuplex ſit, p. 3. n. 5

Neceſſitas alia quoad ſpeciẽ, alia quoad exercitium, p. 54. n. 152

Vide, *Logica.*

Negatio.

An, & quomodo negationes, ſeu carentiæ ſubire poſsint rationẽ vniuerſalis, p. 131. n. 94. & ſeq.

Negatio latè ſumitur pro carẽtia entis, & ſic ſumpta variè diuiditur, p. 261. n. 20.

Numerus.

An numerus ſit propriè ſpecies quantitatis, vel ſolũm impropriè, p. 405. n. 56. & 62.

Innumeris, quæ ſunt diſtinguenda p. 406. n. 61.

O.

Obiectũ *Vide* Subiectũ.

Oppoſitio, oppoſitum.

Quid ſit oppoſitio, & quotuplex? p. 480. n. 11.

Diſcrimen inter oppoſitionẽ priuatiuam, & contradictoriam. Ibid. n. 12.

Vide *Contrarietas, Repugnantia.*

Opus.

Quibus modis poſsit opus cadere ſub libertatẽ agẽtis p. 50. n. 137

P. *Pars.*

Partes integrales aliæ homo geneę aliæ ætherogeneæ p. 130. n. 91.

Quæ dicãtur partes integrãtes quæ eſſentiales, p. 389. n. 24.

Practicum, Praxis.

Practicum iudicium dirigens artificem, an vniuerſale, an ſingulare ſit? p. 25. n. 64.

Quid facultas practica; quid ſpeculatiua? p. 48. n. 132. & pag. 49. num. 136.

Quid ad rationem practici requiratur, p. 48. n. 133. & ſeq.

Quid ſit praxis? pag. 50. num. 138

Vide, *Opus. Logica.*

Præſciſsio.

Alia obiectiua, alia formalis, & quid ſit vtraque, p. 85. n. 2.

Præſciſsio obiectiua gradum eſſentialium eſt impoſsibilis, pag 89. n. 11. & ſeq.

Præſciſsio alia negatiua, poſitiua alia, p. 96. n. 34.

Præſciſsio negatiua alia inadęquata; alia adæquata, p. 316. n. 56.

Præſciſsione poſitiua nequit pręſcindi ratio entis ab inferiorib⁹. Ibid. num. 57.

Vide. *Ens.*

Prædicabile.

Prędicabilia prout ad logicũ attinent

nent diſtinguuntur ſpecie, penes diuerſos modos reſcipiendi terminos, p. 145. n. 26.

Prædicabilia; ſicut & vniuerſalia ſunt quinque, nō plura, nec pauciora, p. 223. n. 2. & 5.

Prædicamenta.

Quid ſit Prædicamentum, pag. 346. num. 1.

Quæ inuoluat Prædicamentum vt ad logicum attinet. Ibid. n. 2.

Prædicamentum pro formali non eſt quid fictum. Ibid, n. 3.

Quid requiratur vt aliquid directè in Prædicamento ponatur, p. 347. n. 4, & 5.

Nequeunt omnia entia creata ad vnum Prędicamentum reduci, p. 348. n. 6.

Ob quam rationem decem tantum aſsignentur Prædicamenta p. 349. n. 8. & 10.

Quæ vnitas requiratur ad Prædicamentum p. 405. n. 60.

Prædicatio.

Prædicatio immediata poteſt cōtingere aut ex parte obiecti aut ex parte cognitionis, p. 146. n. 27.

Vt prædicatio ſit vera requiritur, quod prædicatū, & ſubiectū ſit idem ſecundū ea, quæ dicunt in recto; ſecus ſecundum ea, quæ dicunt in obliquo, p. 219. n. 40.

Ad quod prædicabile pertineat prædicatio indiuidui vagi, 226 n. 8. Quid ſit prędicatio, & quotuplex p. 241. n. 17. & ſeq.

Prædicatio formalis diuiditur, p. 241. n. 19.

Omnes prædicationes cuiuſuis prędicati eſſentialis de proprio ſubiecto in cōcreto phyſico ſūt formales, & directæ. Ibid. n. 21.

Quando duæ formæ accidentales ſunt in eodem ſubiecto concretum vnius adiectiuè ſumptum prædicatur verè, & formaliter de concreto alterius etiā adiectiuè ſumpto. Ibid. n. 23.

Quales ſint prædicationes, in quibus concretum genericum, vel differentiale prædicatur de abſtracto ſpecifico, p. 251. n. 41.

Vide *Genus.*

Præmiſſæ Vide *Intellectus.*

Priuatio.

An priuatio, & negatio eſſentialiter diſtinguantur, p. 263. n. 23.

Prius Prioritas.

Quot ſint prioritatum genera, p. 481. num. 14.

Quid dicatur eſſe prius ſecundum naturam. Ibid. n. 15.

Propoſitio.

Quid ſit propoſitio immediata, p. 498. n. 29. & ſeq.

Eſt idem cum propoſitione per ſe nota, p. 503. n. 43.

Quid ſit propoſitio *per ſe de omni & de prædicato vniuerſali*, pag. 502. num. 41.

Proprium.

Quot ſint genera proprij? p. 204. n. 1. Quomodo definiatur proprium primo intentionale pag. 205. num. 3.

Quot modis ſit proprium extra eſſentiam. Ibid. n. 4.

Proprium ſpecificum, & genericum, p. 206. n. 6.

Non datur proprium phyſicum indiuiduale, datur tamen metaphyſicum. Ibid.

Quod proprium ſit propria paſsio p. 207. n. 7.

Pro

Propria paſsio illi ſolum eſſentiæ conuunit, quam conſequitur. Ibid.n.8.

Reſpectu quorum ſit vniuerſale vniuerſalitate proprij, pag.203 n.12.& 13.

Quid requiratur, vt de ſpecie ſecundum ſe prædicetur propriū. p.210.n.16.

An prædicetur de indiuiduis ſpeciei mediatē, an immediatē. Ibid.num.17.

An propriū ſit vniuerſale reſpectu inferiorum æxiſtentium, vel reſpectu poſsibilium, p. 212.n.20.

Q. *Qualitas.*

Quot habeat acceptiones, p.426. num.1.

Qua ratione definitur ab Ariſtot. pag.427.num.2.

Diuiditur qualitas in quatuor ſpecies, p.432.num.14.

Habitus, & diſpoſitio quid ſit, & quotuplex, & quibus cōueniat. Ibid.num.15.& 16.

In quonam diſtinguantur habitus & diſpoſitio, p.433.n.17.

Potentia, & impotentia quid ſit, pag.435.num.21.& 22.

Quid ſit paſsio, & paſsibilis qualitas, & vnde ſumpſerit appellationem. Ibid.n.24.

Omnes qualitates continētur ſub ſpecieb⁹ aſsignatis ab Ariſt. & vna, & eadē qualitas poteſt ad plures ſpecies pertinere, p.438 num.28.

Soli qualitati conuenit admittere de facto intenſionem, & remiſſionem ratione ſui, p.441.n.35

Quando.

Quid ſit? & quæ eius ſpecies, pag. 479.num.9.

Quantitas, Quantum.

Cur prius de quantitate, quam de qualitate tractetur, p.378.n.62

Quantum ab Ariſtot. definitur, p. 379.num.1.& ſeq.

Per hanc definitionem quātitas in abſtracto definitur. Ibid. n. 2.

Quātitatas cōſtat partib. petētib⁹ occupare diuerſū locū, p.381.n.5

Cōceptus formalis quantitatis eſt eſſe ratione ſui impenetrabilē. Ibid.num.7.

Quomodo componenda ſit definitio quantitatis, p. 384.n. 14.

Quantitas realiter diſtinguitur à materia prima, p.386.n.18.

Quantitatis variæ diuiſiones, pag. 404.num.57.

Quæ menſura ſit proprietas quantitatis, p.408.num.65.

In quantitate datur punctū omnino indiuiſibile partes lineæ inter ſe continuans, p.409.n. 67.

Nomen *quantum* qua ratione prædicari poſsit de linea, & corpore, p.419 num. 88.

Quantitas non habet contrarium neque admittere poteſt intenſionem, p.424.n.101.

Eſſe æqualem, aut inæqualem ratione ſui apritudinaliter eſt proprium quantitatis quarto modo. p.425.num.102.

Hæc proprietas non poteſt conuenire quātitati infinitæ, ſi detur. Ibid, num.105.

Vide, *Materia*, *Subſtantia*.

R.

Relatio, Relatiuum, Reſpectus.

Quotuplex diſtingui poſsit relatio rationis in entibus rationis.

pag

pag.263. num. 24. & 62.
Relatio rationis. Vide, *Vniuerſale* ens rationis Genus.
Relatio realis verſari debet inter extrema realiter diſtincta, pag. 44. num. 2.
Quotuplex ſit. Ibid. & ſeq.
Diſcrimen inter relationem prædicamentalem, & tranſcendentalem. p. 444. n. 4. 5. & 6.
Qua ratione ſit verũ quod relatiua tranſcẽdentalia nõ reſpiciãt terminum, vt purè terminũ, ſecus prædicamentalia p. 445, n. 7.
Relatio prædicamentalis non eſt entitas realiter diſtincta à fundamento, & termino, p. 447. n. 12. & ſeq. & 458. n. 37.
Relatio Patris, & Filij ſupra entitates fundamẽti, & termini addit generationẽ actualẽ præſentẽ, vel preteritam, pag. 454. n. 27.
Relationes diuinarũ perſonarum ſunt tranſcẽdentales. Ibi. n. 28.
Relatio prædicamentalis nõ conſiſtit formaliter ſolum in fundamento, p. 455. n. 31. & ſeq.
Non licet argumentũ ducere ex diuinis ad creata in ijs, quæ rationẽ naturalem tranſcendunt, p. 457. n. 35.
Per eandem realiter relationẽ refertur pater ad filium, & filius ad patrem. Ibid. n. 39.
Pater dicit in recto entitatem generantẽ, & in obliquo genitã; è contra filius, p. 460. n. 40.
Diſcrimen inter patrem, & paternitatem. Ibid.
Paternitas non eſt forma ſecundũ totum, quod eſſentialiter includit. Ibid. n. 41.
Relatio prædicamentalis non datur ſine termino poſitiuo reali, & exiſtente. Ibid. n. 42.
Relatiuũ prædicamentale nõ terminatur ad reſpectiuum, ſed ad abſolutum, p. 461. n. 43.
In omnibus relationibus prædicamentalibus datur eſſe *ad*; ſecus eſſe *in*; p. 462. n. 44.
Quod ſit ſuppremum genus huius prædicamẽti, p. 464. n. 49. & 50
Nõ datur ex parte termini aliquod genus reſpectu omniũ entitatũ terminantiũ, p. 465. n. 51. & 52.
Tria genera relatiuorum aſsignauit Ariſt. p. 466. n. 53.
Similitudo, & diſsimilitudo fundãtur in vnitate, & diuerſitate graduum qualitatis intra eãdẽ ſpeciem. Ibid. n. 54.
Idẽtitas, & diuerſitas; ſimilitudo, &c. datur inter ipſas relationes p. 467. n. 55.
A duabus relationibus diuerſitatis, & diſsimilitudinis poteſt abſtrahi vnus conceptus vniuocè diuerſitatis, & diſsimilitudinis &c. Ibid.
Ad primum genus relationis poteſt pertinere Deus. Ibid. n. 58. & ad ſecundum, p. 471. n. 66.
Pater refertur ad plures filios per plures relationes; & in quacumque ſententia adueniente nouo filio, aduenire debet noua paternitas. Ibid. n. 65. & 66.
Relatio mẽſuræ ad mẽſurabile eſt tranſcendentalis, p. 472. n. 68.
Habere cõtrariũ nõ conuenit relationi ratione ſui; benè tamẽ ratione fundamenti, p. 473. n. 69.
Qua ratione relatiua dicantur ad

cõuertentiam, p.474.num.71.
Quæ relatiua vt talia ſint ſimul na tura, p.475.num.72.

Repugnantia.

Vnde nam colligendũ ſit, ex quo proueniat, mutua duorum repugnantia circa idem ſubiectũ, p.436.n.31.& 32.
Nõ eſt certũ vnde oriatur repugnãtia duarũ formarũ ſubſtantialiũ circa idẽ ſubiectũ, p.441.n.34.

Res.

Quam diuiſionem ad res pertinẽtem *eorum, quæ ſunt* aſsignauit Ariſt.p.341.n.36.

S. *Scientia.*

Sciẽtia quotuplex, pag.18.n.48.
Scientiæ, duplex datur materia, p.21.n.52.
Scientiæ nõ ſignificantur per abſtractionẽ à materia, p.42.n.112.
Quæ ſcientiæ dicantur ſubalternari, p.43.n.117.
Scientiæ diſtinguuntur penes ordinem ad diuerſum ſubiectum attributionis, p.46.n.127.
Probatur cõtra aliquos Phyloſophos dari ſcientiam, p.486.n.1 & ſeq.
Qua ratione ſciẽtia acquiratur per demonſtrationẽ, p.505.n.51.
Nonnullę diuiſiones ſciẽtię. Ibid. & ſeq.
Quot modis vna ſcientia ſubalternetur alteri. Ibid.
Explicatur definitio ſcientię propter *quid*, p.489.n.6.& ſeq.
Ad hanc requiritur cogni tio effectus per cauſam, quæ verè ſit cauſa, p.62.n.14.
Qua ratione ſcientia debeat eſſe ex neceſſarijs, & perpetuis? pag.507.num.54 & 55.
An poſsit eſſe de ſingularibus. Ibidem, n.56. & ſeq.

Senſus.

Senſus externi nequeunt efficere vniuerſale, p.111.n.34.
Simile, ſimilitudo. Vide *vniuerſale relatiu.*

Simul ſimultas.

Quot ſint modi ſimul? pag.482.n.15.
Quæ dicantur ſimul natura? Ibid.

Situs.

Quid ſit, & an diſtinguatur ab vbi p.478.num.7.
Qua ratione variato Vbi non varietur ſitus. num.8.

Species.

Vna ſpecies impreſſa poteſt deſeruire intellectui ad diuerſas cognitiones. p.100.n.3.
Implicat ſpecies quæ eſſe nõ poſſit in pluribus indiuiduis. Ibid. num.72.
Species, quæ vnum ſolùm indiuiduũ habere poſſet, vniuerſalis non eſſet, p.126.n.79.
Species reſpicit genus vt ſubijci bilis, & indiuidua vt prędicabilis p.156.num.1.
Quid ſit ſpecies ſubijcibilis, pag. 158.num.5.
Vniuerſalitas logica ſpeciei, & ſubijcibilitas non ſe habent vt eſſentia, & propria paſsio, pag. 160.num.14. & ſeq.
In ſpecie ſubijcibili duplex vniuerſalitas logica diſtingui poteſt, p.162.num.17.
Quid ſit ſpecies vniuerſalis. Ibid. num.18. & ſeq.
Cur ſpecies dicatur eſſe tota eſſentia

tia metaphyſica in indiuiduorum p.163.n.20. & ſeq.
Non quælibet ſpecies intelligibilis poteſt deſeruire intellectui ad aliena obiecta cognoſcenda, p.267.n,33,
Vide *Genus Cognitio.*

Speculatiuum.

Quid ſit facultas ſpeculatiua, p. 51. num. 141.
Vide *Logica Practicum.*

Subiectum.

Diſcrimen inter ſubiectum, & obiectum, p.30.n.80.
Subiectum multitariã diuiditur, p.29.n.77.& ſeq.
Subiectum attributionis Logicæ eſt demonſtratio, pag. 37. n.98.
Quæ dicantur eſſe in ſubiecto, p. 342.n.38.& 39.
Documẽta Ariſt. circa ea, quæ dicuntur de ſubiecto, p.343.n.40
An hęc intelligẽda ſint de prędicatis eſſentialibus. Ibid.n. 41.
An etiam de prædicatis accidentalibus. Ibid.n.42.
Primum ſubiectum, & prima radix accidentiũ vſurpari poteſt in actu exercito, & in actu ſignato, p.356.n.15.
Non ſunt propriè contraria, quæ non ſunt propriè in ſubiecto, p. 374.n.54.& p.439.n.30.

Subſtantia. Subſiſtere.

Quibus modis poſsit ſumi hoc, quod eſt per ſe ſubſiſtere. pag. 355.num.12.

Subſtantia.

Quot modis vſurpetur ſubſtantia, pag.356.num.1.
Conceptus eſſentialis ſubſtãtię nõ eſt ſubſtare accidẽtibus, p.351 n.2.& 3.
Neque in independentia à ſubiecto receptionis. Ibid.n.5.
In quo conſiſtat conceptus ſubſtãtię prout diſtinguitur cõtra accides? Ib.n.6.
Qua ratione ſubſtãtia dicatur *Primum ens*? p.353.n.7.
Qua ratione ſubſtantia ſit ens per ſe? p.356.n.14.
Ratio primi entis nequit eſſe ſupremum genus prædicamenti ſubſtantiæ. Ibid.n.16.
Sed hoc quod eſt exigere ſubſiſtẽtiam. p.357.n.19.
In hoc prædicamẽto ponuntur cõcreta metaphyſica ſubſtantiarum realium. Ibid.n.21.& 22.
Quæ nam ſint in hoc prædicamẽto? p.356.n.23.
Deus non conſtituitur in hoc prædicamento. Ibid.n.28.
Subſtãtia diuiditur in primam, & ſecũdam, & vtraque definitur, p.364.n.33.& 34.
Materia, & forma ſubſtãtiales nõ ſunt primæ ſubſtãtiæ. Ibid.n.36
Quod ſit diuiſum diuiſionis ſubſtãtię in primã, & ſecũdã, & quę ſit hæc diuiſio, p.367.n.39. & 40.
Quid definiatur per definitionem primę ſubſtantiæ? p.370.n. 47.
An indiuiduum vagum ſit prima ſubſtantia? p.372.n.50.
Quot proprietates ſubſtãtiæ aſsignauerit Ariſt. Ibid.n.51.& ſeq
Qua ratione ſubſtãtia poſsit ſuſcipere magis, & minus, pag. 375 num.55.
Quib⁹ cõueniat hoc, quod eſt eſſe ſuſceptiuũ cõtrariorum in actu exercito, vt ſubiectum *quod*, q. 376.n.57.

Cui

Cur continuum ſit eſſe ſuſceptiuum cō trariorum in actu ſignato. Ibid. n.55. Coordinatio prædicamē ti ſubſtantiæ, p.378.n.62.

An ſubſtātia corporea ſeparata à quantitate poſſet moueri natiua virtute, p.401.n.50.

Vide Accidens.

Superficies.

Quid ſit ſuperficies? p.409.n.67.

Cur ſuperficies dicatur *Continua* ad duo? Ibid.n.68.

Non rectè dicitur diuiſibilis ſecū dum longitudinem, & latitudi nem tantum, p.410.n.69.

Partes ſuperficieſ ſpecie diſtinguū tur à partibus corporis in ſenté tia Ariſt. p.411.n.72.

Quot ſint genera ſuperficierum. Ibid.n.73.

Superficies ſunt modi partium cor poris, Ibid.

Superficies verè eſt ſpecies quan titatis, p.412.n.74.

Si duæ ſuperficies ſint in eodē lo co eruuit penetratę, p.428.n.85

Duæ ſuperficies verſus nullā par tem penetrantur, p.148.n.87.

Vide Corpus Linea.

Syllogiſmus.

Quotuplex ſit forma; & materia Syllogiſmi? p.485.n.1.& 2.

Triplex ſyllogiſmi ſpecies diſtin guitur ratione materiæ. Ibid.

Syllogiſmus probabilis quid ſit? p.508.n.59.

De ſyllogiſmo fallaci, p.509.n.60

T.

Tempus.

Quid ſit, & in quo conſiſtat? pag. 423.num.92.

Non eſt propriè ſpecies quantita tis, pag.424.num.99.

Eſt quantū per accidēs, quādo eſt in ſubiecto quanto. Ibid.n.100

Tranſcendentia.

Quādo dicatur aliqua ratio trāſcē dere differentias, p.310.n.38.

Id quod tranſcendit differentias nequit ſortiri rationem generis p.356.n.15.

Vide *Differentia.*

V.

Vbi Vbicatio.

Vbicatio eſt cōditio requiſita ex parte quātitatis ad cauſandam impenetrationē, p.388.n.22.

Quid ſit vbi, & quæ eius ſpecies, pag.477.num.6.

Vnitas vnum.

Vnū, aliud vnitate phyſica, aliud vnitate ordinis. p.47.n.128.

Quibus modis poſſit aliquid eſſe vnum, p.60.n.5.

Vnitas vniuerſalis in quo conſi ſtat. Ibid.n.6.& ſeq.

Vnitas eſt aliquid poſitiuum, pag 63.n.13.& 14.

Vnitas media inter numericā, & vniuerſalē nō datur, p.83.n.22.

Vnitas rationis ad præciſionem ſuperfluit, p.86.n.56.& ſeq.

Vnitas rationis non eſt forma con ſtruens vniuerſale, pag.104.n. 12.

Vnitas vniuerſalis eſt cognitio, per quam negatiue præſcindi tur ab inferioribus, pag. 207. n.22.& ſeq.

Vnum per accidens poteſt ſumi dupliciter, p.141.n.18.

Quomodo poſſit vnum per acci dens definiri. Ibid.

Vnitas non tranſcendit differen

Digitized by Google

tias indiuiduales, p. 172. n. 14.
Vide, *Prædicamentum.*
Vniuerſale, Vniuerſalitas.
Cur de Vniuerſali diſputetur in Logica, p. 58. num. 165.
Vniuerſale diuiditur variè, pag. 59. num. 1.
Diuerſo modo pertinet ad logicā; ac ad Metaphyſicam. Ibid. n. 4.
Vniuerſalis vnitas in quo cōſtat, p. 60. n. 6. & ſeq.
Vniuerſale definitur, pag. 64. n. 18. & 21.
Vniuerſale non datur ante operationem intellectus; ſed per ipſam, p. 72. n. 17.
In conſtructione vniuerſalis attingitur natura realis; non idolum fictum, p. 102. n. 8.
Vniuerſale non conſtituitur per vnitatem rationis, p. 104. num. 12. & ſeq.
Conſtituitur vnum formaliter per cognitionē præſcindentē ab inferioribus, p. 107. n. 23. & ſeq.
Cōſtituitur formaliter aptū ad exiſtendū in inferioribus per cognitiones poſsibiles per quas poteſt cognoſci in illis, p. 112. n. 35.
Per quid conſtituatur vniuerſale logicum in eſſe vniuerſalis, & per quid in eſſe prædicabilis, p. 116. n. 49. & 50.
Vniuerſalitas ex parte ſubiecti per actualem prædicationem non deſtruitur, p. 117. n. 53.
...tus vniuerſalitas ex parte prædicati, p. 118. n. 55.
...natura ſit vniuerſalis vniuerſate generis ſpeciei, & differētiæ nō requiritur actualis exiſtentia inferiorum, p. 128. n. 84.
Ratio vniuerſalis ab entitatibus phyſicè completis abſtrahi poteſt, p. 130. n. 9. & ab incompletis, n. 91.
An, ſubire poſsint rationem vniuerſalis negationes, & carentiæ p. 131. n. 94. & ſeq.
Vniuerſale eſt gen⁹ reſpectu quinque vniuerſalium, p. 227. n. 11.
Mediatum tamen, p. 252. n. 22.
Cur vniuerſalitas, & prædicabilitas vocentur ſecundæ intentiones, p. 279. n. 61.
Vide *Diſtinctio Gradus, Prædicabile.*
Vniuocum.
Quid ſint vniuoca? p. 294. n. 1.
An plus requiratur ad vniuocationem, quam ad vniuerſalitatem, p. 296. n. 7. & 8.
Vide *Accidens. Ens.*
Voces.
Quomodo voces pro cognitionibus ſubſtituantur, pag. 265. n. 4. & ſeq.
Quam diuiſionem ad voces pertinentem adduxerit Ariſtot. pag. 340. num. 33.
De voce complexa, & incomplexâ. Ibid, n. 34. & ſeq.
Vſus; vtens.
Quid ſit vſus? p. 8. num. 18.
Quid requiratur, vt ſit vſus? pag. 10. num. 22.
Quid requirat actus Logicæ vtentis? Ibid. num. 23. & pag. 13. n. 30. & ſeq.
Vide *Actus logici.*

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. RO... VITTORIO EMANUELE

PANDIMIGLIO
2 1 DIC. 1970
LEGATORIA - ROMA
Digitized by Google